

Urbina del Collegio Mayor 348 e

# ALLEGATIONVM

## IN CAVSIS

### PRAESERTIM FEVDALIBVS ILLVSTRIVM VIRORVM

### D. MARCELLI DE MAVRO

### PATRICII AVERSANI I. C.

INTER PRIMARIOS CAVSARVM PATRONOS DISERTISS.



Almi Collegij Neap. Senatoris, PHILIPPI II. Hispaniarum Regis Patrimonij  
acerrimi defensoris, ac Regiae Camerae Summariae integerrimi  
Praesidis, IACOBI ANTONII filij.

~~1772~~  
XI-6  
~~1775~~

### PARS PRIMA.

NVNC PRIMVM PER ABB. IO. HIERONTMV M FILIVM I. C.

Vatic. Fabr. Tribunalis in Neap. Regno Praefectum in lucem edita, atq; Additionibus,  
Summarijs, Argumentis, & Indice illustrata.



EXCUSD DE FERRARIO


NEAPOLI, Ex Typographia Tarquinij Longbi. MDCXIV.

CVM LICENTIA SVPERIORVM.



# MARCELLVS DE MAVRO

olim Regij Patrimonij Aduocatus, & Præsidents  
 Reg. Cam. Sum. ob senectutem, & valetudinem  
 obtinuit á Regia Maiestate licentiam vacatio-  
 nis à seruitijs cum solito salario, & honore, &  
 cum magna commendatione seruitiorum  
 factorum, prout clarius continetur in  
 his litteris Regiæ Camere, in quibus  
 includuntur litteræ Ill.<sup>mi</sup> Vicere-  
 gis, ac litteræ Regiæ Maiesta-  
 tis ipsi Marcello directæ.



A ter-  
 go.



**E**XCELLENTI Militi V.I.D. Marcello de  
 Mauro Presidenti Regiæ Camere Summarie, Conso-  
 cioq; nostro Carissimo, Regni Siciliae Magnus Came-  
 rarius. intus vero. Excellens Miles Consocie no-  
 ster carissime. Essendo, come sapete, Sua Maestà Gat-  
 tolica restata seruita contentarsi, che per la vostra conti-  
 nua indisposizione, il che causa, che non facilmente potete  
 essercitare di persona l'officio di Presidente di questa Regia Camera, fossi-  
 uo di quello essonerato, e che senza obligo di seruire in esso, vi si habbia ad con-  
 tinuare il salario ordinario di quello, come ve si è pagato, e continuato per  
 lo passato, il che S.E. con sue lettere n'ha ordinato eseguirsi del tenor seguente  
 a vide-



*videlicet . Philippus Dei Gratia Rex Castellae, Aragonum, utriusque Siciliae, Hierusalem &c. Illustriss. & Magnifici Viri Collateralis Consiliarij Regij fideles dilectissimi . Per lettere della Maestà del Re nostro Sig: delli 22. d' Agosto prossimo passato ci viene auisato , come hauendo inteso la predetta Maestà , che il Magnifico Marcello di Mauro Presidente di questa Regia Camera per le sue continue indispositioni non può essercitare il detto suo officio, come hà fatto per lo passato, & alla qualità di quello si conuiene , Sua predetta Maestà si è contentata essonerarlo del predetto officio, & che senza seruirlo se li continui, & paghi il salario ordinario di quello come se li è continuato, & pagato infino al presente , & volendo noi obedire, come semo tenuti, l'ordini , & mandati della predetta Maestà , con la presente ue decimo, & ordinamo, che debbiatè prouedere, & dare ordine , che al predetto Marcello di Mauro si continui , & paghi il salario del detto officio di Presidente di questa Regia Camera nella medesima forma, e maniera, come se li è pagato per lo tempo passato , & come se essercitasse di persona il predetto suo officio , non fando lo contrario &c. Neap die 28. Nouembris 1587. El Conde de Miranda. Vidit Moles Reg. Vidit Lanarius Proregens. Torres pro Secretario. In negotiorum Camera primo fol. 48. Et essendo di più Sua Maestà restata seruita oltre il detto ordine dato à S. E. inuiare sue reali lettere à voi ancora dirette, acciò per la quiete di vostra salute vi habbiatè à riposare in casa con il salario di Presidente, come vi si pagaua prima, quali sono del tenor sequente videlicet.*

A ter-  
go.

**Al Magnif. fiel, y amado nuestro, el Doctor Marcelo de Mauro, intus vero, El Rey, Magnif. fiel, y amado nuestro. Por lo que os harà dicho el Ill. Conde de Miranda mi Visorey, Lugartiniente, y Capitan General en esse Reyno haureis sabido, como en consideracion de vuestra edad, y continua indisposicion, que os impedia no poder assistir à mi seruicio, como por lo passado, y entendiendo, que por esta causa dessecauades attendèr al reparo de vuestra salud, y descansar lo q̄ os queda de vida, he tenido por bien no solo de venir en esto de buena gana, pero aun en dar os el salario de Presidente de la Summaria en vuestra casa, para que en ella podais venir con la quietud, y descanso, que con vuestros largos, y buenos seruicios haueys merecido, de los quales me queda tanta satisfacion que os lo he querido significar por esta, y con vuestra persona, y todo lo que os tocare terne siempre la quenta, que es razon, como hos lo dira mas en particular mi Visorey, à quien me remito. De Madrid à 11. di Diciembre 1587. Yo el Rey. Vidit Cardinalis Tolletanus. Vidit Comes generalis Thesaurarius. Vidit Leon Regens. Vidit Saladinus Reg. Vidit Ponzonus Reg. Vidit Cadena Reg. Vidit David Reg. Vidit Tabuada Reg. Caya Secretarius.**

*Però*

Però questa Regia Camera in effecutione delle preinserte lettere di S. E. alli 4. di Dicembre 1587. bauemo spedite due certificarie di questa Regia Camera, una diretta al Ill. Scriuano di Ratione, che seruata la forma di quelle debbia expedire le liberanze del suo salario del detto officio di Presidente terzo per terzo, così come prima faceua, et al Spettabile Diomede Carrasa Tesoriero generale, che ve lo paghi, non obstante, che non seruite di persona, quale sono registrate in Certificariorum 17. fol. 7. Però n'è parso con la presente auisarui tutto il predetto, acciò voi facciate alli tempi debiti accudire, et sollecitare l'espeditioe di dette liberanze in detto officio di Scriuano de Ratione, et nella detta Tesoreria generale per la consecutione del salario ordinario de Presidente di questa Regia Camera, quale in virtù di dette lettere di S. E. e certificarie di questa Regia Camera à detti Tribunali dirette ve si farà, et continuerà, come vi è stato continuato per lo passato, et come di persona essercitassiuo il detto officio di Presidente, et fra tanto attendete alla cura di sua salute, e persona, quale Nostro Signore guardi. Dalla Regia Camera della Summaria il dì 12. di Fèbraro 1588. Franc. Alvarez de Ribera M.C.L. Aurelius Campanilis, Io. Camillus Barba Rationalis, Io. de Florio Promagistro actorum, Consensu de Raparijs. in part. 97. fol. 203. nu. 28. adest sigillum.

Al Signor Presidente Marcello di Mauro, se li auisa, cb'accuda per l'espeditioe delle liberanze in la Scriuania di ratione per lo pagamento del salario di Presidente, non obstante che non l'esserciti di persona, come Sua Maestà l'hà comandato.





AD PHILIPPVM III.

HISPAN. REG.

Distichon.

**M**aximus, Austriaco satus es qui sanguine, Regum,  
Hæc tibi dat, cunctas qui dare vellet opes.



Ad Inuictis. Regumq; Maximum

PHILIPPVM TERTIVM  
HISPANIARVM REGEM, &c.



IO. BAPTISTAE CARAE PATRICII NEAP.

ELIGII FILII

Epigramma.

**H**erculeæ valeant quod non arctare Columnæ,  
Imperium hæc signant, Magne PHILIPPE, tuum.  
Quo Sol, æternis dum sese vertit in orbes  
Motibus, immensum nil mage in orbe videt.  
Inspice, quæ tellus Arctoo fidere pressa est,  
Et quæ perpetuo frigore cana riget,  
Diuisa Oceano ignoti pars altera Mundi,  
Quo Phoebus nullas itq; reditq; vias.  
Et medio Antipodes lustrati fidere Libræ,  
Atq; sub aduersa terra habitata polo,  
Imperio sunt ista tuo subiecta, piæq;  
Iustitiæ parent ista, PHILIPPE, tuæ.





Ad Insignem I. C.

IO. ALOYSIVM CALCIDIUM.



Abb. Io. Hieronymi de Mauro I. C.

EPIGRAMMA.

**M***ulta debet, multumq; tibi fert Orbis honorem;  
Grates letus agit gratus uterque pius.  
Hos tibi Proregis dat dum pia cura labores,  
Quos tua doctiloquo comprobet ore Sopi.  
Cumq; opus hoc laudes studiosus utrumq; legendo,  
Quod iudices dignum, praela subire facis.  
Magna tuam celo tollunt preconia famam,  
Aeternumq; viget nomen in Orbe tuum.*





AMERICAN

UNIVERSITY OF

PHILADELPHIA

LIBRARY

PHILADELPHIA

PAID BY THE UNIVERSITY OF PHILADELPHIA  
FOR THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF PHILADELPHIA  
PAID BY THE UNIVERSITY OF PHILADELPHIA  
FOR THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF PHILADELPHIA  
PAID BY THE UNIVERSITY OF PHILADELPHIA  
FOR THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF PHILADELPHIA



ALLEGATIONVM  
 CELEBERRIMI, VIRIQ;  
 IVRIS CONSULTISSIMI  
 MARCELLI DE MAVRO  
 PATRICII AVERSANI,  
 LIBER PRIMVS.



ABB. IOAN. HIERONYMI FILII.  
 S V M M A R I V M.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1 Donatio collata ad tempus mortis, &amp; in præambula hora mortis, de illis bonis, de quibus non esset dispositum in vita, dicitur conditionalis, &amp; non pura, &amp; nu. 4. ad idem.</p> <p>2 Relatiuum (quæ) respicit tempus futurum.</p> <p>3 Clausula in fine posita ad omnia præcedentia refertur, quãdo ra-</p> | <p>tio diuersitatis reddi non potest.</p> <p>5 Clausula (ex nunc, pro ut ex tunc) quid operetur.</p> <p>6 Per clausulam constituti, et præcarij dicitur translata vera, &amp; naturalis possessio.</p> <p>7 Ius assistendi unde originem traxerit, &amp; quid operetur.</p> <p>8 Retrodonatio præsumitur induci in remunerationem præcedentis</p> |
|---|---|
- A tis

tis donationis.

9 Titulus irrevocabilis quandoq. fit revocabilis ex consensu, vel acquiescentia.

10 Idem operatur obligatio generalis, quod specialis, ad hoc ut inducatur revocatio donatorum, & num. 15. ad idem.

11 Verbum (obligandi) aptū est omnem obligationē comprehendere.

12 An sicut alienādo censetur revocata donatio, ita quoq; obligando.

13 Vxor reputat pars corporis viri

14 Bona, quæ non sunt obligata, liberatione non indigent.

16 Quod verisimilius est, quæ is omisum, comprehenditur in dispositione.

17 Iuramentum operatur specialē expressionem.

18 Renunciatio hereditatis confirmat ius aditionis.

19 Protestatio conservat iura.

20 Feudū, finita linea, redit ad Fiscum ex lege cōcessionis una cum dñio, & possessione et naturali.

21 Iustus possessor, antequā soluat, licite potest petere, sibi fieri cessionem iurium à creditore.

22 Rex assentiendo obligationi honorum feudalium, sibi non præiudicavit, si Feudum postea devoluitur ob lineam finitam; quia heres in burgenfaticis tenetur luere bona feudalia obligata.

23 Cessio à quibus personis peti possit

24 Mulieri quando obstat exceptio

cedendarum.

25 Creditor sine assensu super fructibus Feudi potest obtinere missionem in possessionem, & sibi satisfieri, sed in subsidium, si bona burgenfatica non adsint, vivente tamen feudatario.

26 Creditor cum assensu non potest in præiudicium Fisci, cui Feudum est devolutum ob lineam finitam, exequi super Feudo, nisi in subsidium, si bona burgenfatica non adsint.

27 Mulier in multis casibus non iuuatur Velleiano, scilicet quæ pecuniam recepit, ut intercederet, vel quando pretium recepisse confitetur viro vendenti.

28 Vxoribus rebellium semper Fiscus dotes, & iura dotalia reservat, tanquā si essent nraliter mortui.

## ALLEGATIO I.

**Q** Vando creditor super feudibus teneatur cedere Fisco iura sua super burgenfaticis, pro D. Helionora Caracciola, & pro Fisco.

IN DEI NOMINE AMEN.

**D** VO sunt in effectu discutienda in præsentī causa. Alterum, si possit opponi magnificæ Helionoræ Caracciolæ petenti dotes suas super Feudis, quod cedat iura Regiæ Curiæ super burgenfaticis quondam viri sui. Alterum, si tenebitur cedere, an ex eo, quod præten dit, bona burgenfatica non fuisse obligata pro suis dotibus, & successivæ, quod



quod cessio sit inutilis, sit liberanda ab hac petita cessione per Fiscum.

Et priusquam ultra progrediar, aduerto, quod si allegata per Regium Fiscum procedunt, vnico contextu poterit omnium indemnitati prouideri; postquam in iudicio sunt Helionora aetrix, Fiscus conuentus, & Magnifica Violanta de Sangro, penes quam sunt burgenatica, super quibus dicta cessio facienda posset explicari. Et quod bona burgenatica Pardi fuerint efficaciter obligata vxori pro dotibus, & iuribus dotalibus, aduertatur. Pardus donat matri die 27. Ianuarij 63. bona multa; & quia in donatione post enunciationem donatorum sunt verba, videlicet. Quę tēpore mortis Pardi, & in præambula hora ante mortem reperirentur in eius dominio, & possessione, & de illis aliter non esset dispositum in vita, vel in morte. † Fiscus præten-  
 1 dit, nullum fuisse ius quæsitum pure ipsi donatarię, sed omnia fuisse donata sub conditione, scilicet quatenus bona, quę donabantur, essent in dominio donantis tempore mortis. Casus est in terminis in l. Stichum, qui meus erit, de legat. 1. & in l. scribit in fine de aur. & argen. leg. Sunt enim in casu nostro omnia requisita à Doctoribus,  
 2 quod hæc † donatio fuerit condicionalis, relatiuum (quę) respicit tempus futurum. verba sunt posita in substantia donationis, & donans sciebat, posse dicta verba referri ad esse, & non esse, vt considerant ibi in d. l. Stichum Bart. Alex. & Paul. Et prædicta procedunt, dato quod verba donationis, de qua agitur, referantur ad verbum optatiui temporis, scilicet reperirētur, & essent. Ita Ias. in d. l. Stichum 4. ampl. iam  
 3 quia hæc clausula † posita est in fine post enumerata omnia bona, quę donabantur, & hoc fit in vnica oratione, non est maior ratio, quare debeat respicere aliqua ex bonis donatis, & non omnia. Fit denique cum copula (&) ibi, ac alia, &c. Ex his fit, quod ad om-

nia præcedentia refertur, & qualitas illa verborum omnia comprehendit. Ita Bar. qui videatur. ff. de fund. instr. l. Seię S. Caio. Faciunt not. in l. talis scriptura de leg. 1.

Secundo, aduertatur ad verba donationis, † nam per illa apparet, dominium eorum, quę donabantur, nõ transiisse in donatariam tpe donationis, sed expectato exitu conditionis appositę ex vi clausulę (ex nunc prout ex tunc, & † è contra) vnum tempus inesse alteri, per not. in l. huiusmndi, de verb. obligat. dicit namq; se donare ea, quę in eius dominio reperirentur tēpore mortis, ergo præsupponit, illud non transiisse in donatariam, postquam uoluit, illa esse donata, de quibus reperiretur tunc ipse dominus; constat enim, dominium nõ potuisse remanere penes duos in solidum. ff. commoda l. si ut certo. S. si duobus uehiculum. Notant omnes in l. 3. S. ex contrario, de acq. poss.

Tertio hoc idem suadetur ex uerbis, (& de illis aliter nõ fuisset dispositum), nam præsupponebat donans, quod ipse posset disponere in uita, uel in morte, & dispositio cadit in re propria. C. mada. l. in re mandata, in auth. de nupt. S. disponat. Ergo quatenus Pardus fuisset dispositurus, dominium non transit.

Erit modo uidendum pro complemento prædictorum, an Pardus fecerit aliquid, ob quod dici possit, bona, quę donabantur, non reperiri tempore suę mortis in eius dominio, & possessione, & certe pro rata dotium, & antefati, pro quibus bona obligata fuerūt à Pardo tempore, quo uxorem duxit, deserunt bona esse in eius possessione. Quicquid enim dici possit de iure communi in simplici hypotheca, † hodie nõ procedit in obligatione bonorum cū constituto, & præcario. Nam dum Pardus obligauit uxori bona, & illa se tenere constituit præcario, transiit ueram, & naturalem possessionem, ex dictis per Bar. in l. interdum in princ. de acq. poss. notant omnes in l. quod meo eod. tit. & per Ang. in l. ab empt. de pact.

A 2 Et

Et hoc clarius cognoscitur ab effectu; dum videmus, creditorem habentē bona obligata cum præcario, & constituto, agere passim contra tertios possessores iure, quod vocant, † assistendi, & obtinet vel adiudicationem, vel venditionem rei ad sui electionē autoritate iurium C. de acq. poss. l. si. C. de pign. l. creditores, & C. de iur. dom. impet. l. veltissimam. Conferunt etiam collecta per Affl. decis. 139. vt ex his concludatur, quod pro rata bonorum obligatorum Pardus moriens non possidebat, postquam transfulerat possessionem in creditricem, & quia ad purificationem conditionis appositæ in donatione requiritur, quod donata sint in posse Pardi tempore mortis, quoad dominium, & possessionem, sequitur, vtrumq; esse necessarium. ff. de cond. instit. l. si heredi plures. Dum ergo possessio deficit, cessat conditio appositæ in donatione, & remanet res in statu, ac si donata nunquam fuisset. C. de cadu. toll. l. vnica. §. si. in autem aliquid sub conditione.

Quarto aduertatur, dato, quod prædicta cessarent, & quod velit, teneri, dominium bonorum donatorum esse translatum in matrem, quia mater incontinenti per aliud instrumentum confectum eodem die, & coram eisdem Iudice, Notario, & testibus, dat filio potestatem alienandi, & in specie, quod possit obligari, & asserat, illud facere in remunerationem præcedentis donationis, videtur per hoc inducta redonatio. de † eo, quod Pardus obligasset, casus est in l. si vero non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. manda. Per quem text. Curt. Iun. cons. 54. fundat, quod si pater, qui donauerat filio inter viuos bona, in eisdem donatis postea filium hæredem instituit, qui non contradicit tali institutioni, videtur per hoc mutata causa acquisitionis, † vt de titulo irrevocabili filius dicatur tenere titulo revocabili, & hoc ad finē, vt pater disponere potuerit in testamento. Hoc, quod fecerat Pardus, iuuenis nobilis, & delictijs affluens donare matri bona tam

magnæ quantitatē, erat opus maxima remuneratione dignum; ita vt largissima sit in hoc interpretatio faciendæ.

Quinto vltra prædicta considero, ¶ postquam eodem die, & instanti coram eisdem Iudice, Notario, & Testibus, mater donataria dat facultatē Pardo donati reuocandi donationem, alienandi, & obligandi bona donata, nulli dubium est, quod videtur à principio idē Pardus hoc fecisse, & successiue, quod ab initio talis facultas insit, & hoc ex natura actus, qui fit incontinenti. Et ex hoc inferitur, quod licet Pardus donabat, in eodem tamen instanti potuit rei donatæ apponere legem, quā volebat; ita vt quodocumque postea exercuisset facultatem reseruatam, nil poterat in contrarium obijci, iam quod sub hac lege donabatur. Ita in his terminis cōsuluit Soccia, qui videatur in 1. volum. cons. 65. incip. circa primam quæst. col. vlt. ibi. Sed posito pro constanti, & rursus cons. sequenti col. vlt. ibi circa secundam quæstionem; vbi allegat ff. de pact. l. in traditionibus: si ergo reseruaui sibi Pardus facultatem obligandi, & obligauit postea, quid est, quod quærit pars aduersa? hoc enim factum præsumitur vigore præcedentis potestatis, & posterior euentus formatus fuit, à præcedenti titulo, per iura vulgaria.

10 Si dicatur † quod hæc obligatio permissa per matrem debebat esse specialis ad finem, vt induceretur reuocatio donatorum, aduerto, quod verba reservationum hunc sensum non patiuntur: dum enim Pardus simpliciter reseruat facultatem obligandi, quare hæc verba simpliciter prolata, non erant simpliciter intelligenda? ad text. in d. l. de pretio de publicia. Quare prolata indefinite non equipollebant omni obligationi? ff. de leg. 1. l. si pluribus. Si reseruatō obligandi facta fuit, vt Pardus in suis necessitatibus potuisset sibi subuenire, & hoc contingere potuisset, & per generalem, & per specialem obligationem, quare hæc verba obligandi generaliter prolata non sunt reducenda ad

men-

mentem, & voluntatem contrahentium? vt Deci. considerat 3. vol. conf. 374. num. 3. Facit text. in l. fin. C. quæ res pigno. obliga. poss. quem ad hoc ponderat Deci. conf. 697. volum. 5. Ex quo verbum obligandi aptum est omnem obligationem comprehendere, ille, qui se fundat, quod partes senserint de generali, non speciali, vel probet, vel sibi imputet, quia non dixit apertius legem.

12 Nec Decisio Bart. † in l. rem legatam in fin. ff. de adime. legat. potest casui nostro aliquo pacto adaptari: loquitur enim Bart. in donatione facta uxori per virum, quæ de sui natura, absque iuramento non est valida ab initio, & tota eius validitas pendet à perseverantia donantis vsque ad mortem. Si maritus ante mortem non reuocat, sed generaliter obligat, an per hoc censetur reuocare, dicit Bart. quod non; quia obligando generaliter, non videtur facere animo reuocandi, & per alia, quæ ipse dicit. In casu nostro, si Pardus donasset simpliciter, nulla inerat ab initio inualiditas, sed erat efficax donatio, & nil potuisset detrahi, nil addi, per l. perfecta C. de donat. ad hoc tollendum, Pardus dicit, ego reseruo mihi facultatem obligandi rem donatam, quo fit, vt ab initio mater acquirat cum ista qualitate, nec vnquam quæsiuit simpliciter, si postea Pardus obligat virtute pacti, quomodo est ferendum, vt applicetur quæstio, quod non sit reuocata donatio? non enim agitur de hoc, vt per coniecturas decidatur hæc quæstio. Quæ coniecturæ erant necessariæ in casu Bart. ad inuestigandam voluntatem donantis, qui sicut alienando censetur reuocare. ff. de legat. 3. l. fideicommissa §. si rem, ita videbatur posse dubitari probabiliter, an obligando fecerit idem, per text. in l. si. C. de reb. alien. non alienand. In hoc supplet consideratio mentis contrahentium, quam facit Bart. sed quod quis donet, & expresse reseruet facultatem obligandi, si postea obligat, non est quæstio voluntatis. Rursus Bart. format quæst. si donans post donationem obligat omnia bona sua simpliciter, & tunc bene cadit consideratio, an censetur maritus, qui donauit uxori personæ satis dilectæ, quæ alias à iure reputatur pars † corporis viri 32. quæst. 1. cap. admonere, obligando postea generaliter reuocare. Isto casu Pardus donat bona burgensatica, reseruat facultatem obligandi eadem bona, postea obligat expresse burgensatica, quæ coniectura poterit in hoc esse? quod si voluntatis quæstio esset, quis poterit dubitare, quod Pardus dum obligauit bona, incluserit expressa donata? postquam moriens rogat uxorem, vt dotres suas velit consequi super bonis feudilibus, & liberare burgensatica: non enim fuisset opus liberare † bona ab obligatione, quæ contracta non erat ff. de verbor. obligat. l. decem huic considerationi. Accedit, † quod si partes fuissent interrogatæ, an illa facultas obligandi intelligenda erat de generali, vel speciali, quis dubitat, quod æque admisissent vtranque? ergo debet hoc haberi pro expresse, ad † not. per glos. in l. tale pactum §. si. ff. de pact. per quam ad multa infert Tiraquell. in l. si vnquam in princip. num. 55. C. de reuocand. donat. & hoc suadetur fortius ex alijs verbis, per quæ datur facultas transferendi dominium in totum, quod est longe maius, cur dici debet, quod noluerint partes sentire de obligatione generali, quæ est minus? ff. de reg. iur. l. non debet.

Quod si vltorius tam instanter consideretur specialis obligatio bonorum, nonne in casu, de quo agitur, illam videmus expresse? postquam in instrumento dotali, dum obligantur bona, adest clausula, vt in tali obligatione veniant etiam ea, quæ in generali non venirent, & in specie fit mentio de dicta obligatione generali

ff. de pignor. Si itaque voluit Pardus, quod quatenus obligando requireretur specialis obligatio, quod bona censentur sic specialiter obligata, ergo decisio Bart. nil facit contra Fiscum, quod suaderetur ex vi, & efficacia iuramenti, † vt illud operetur specialem, immo specialissimam expressionem, in quo ero contentus innumeris decisionibus, quas cumulat Tiraq. in d.l. si vnquam in princ.

Considero etiam, quod decisio Bar. in dicta l. rem legatam potest considerari tota in fauorem Fisci, postquam summæ dotium, & antefati, pro quibus obligat Pardus bona, erant tales, vt non potuissent habere spem liberandi per solutionem forte faciendam ex fructibus, vel pecunia aliunde colligenda, iam quod erant in totum ductati sexdecim millia. Ex hoc fit, vt generalis sufficiat, & reuocationem inducat, per text. in l. qui habebat de legat. 3. quem Barto. ibi allegat, in omnem euentum dico, quod quando vellet instari, vt Pardus obligando generaliter, non videatur reuocasse donationem, non per hoc inferatur, quin obligatio non tenuerit, & hæres teneatur rem obligatam liberare, per text. in l. tertia C. de legat. quem pro contraria parte Barto. allegat, facit text. in l. si. S. Lutus. ff. de donat.

Sexto, quando non procederent prædicta, quod equidem non video, posse fundari, aduertatur. Pardus donat, mater donataria præmoritur, nonne Pardus solus succedit in omnibus? & sic ista bona donata, quæ forte non fuissent obligata tempore contracti matrimonij, tãquam non obligantis quesita, postea per successionem matris veniunt in obligatione, vt futura? Si dicatur, hoc non procedere, ex quo mater donataria ante eius mortem de bonis donatis disposuit in filiam, vt sic in eius hæreditate nil remanserit, aduertatur, quia in factò hoc nullatenus procedit. Donatio, quam mater fe-

cit, est in processu fol. 39. Videatur, quia ex notorijs conditionibus in ea appositis est penitus, & ipso iure resoluta. Donat namque contemplatione matrimonij contrahendi cum Magnifico Fabricio de Sangro, sub ea tamen conditione, vt ipsi à patre, & fratre donentur bona, & introitus ibi enumerati. Et casu, quo cum effectu istud non sequatur, vel diminutum, sit ipsa donatio resoluta. Legantur dictæ conditiones, & nullus remanebit scrupulus.

Nec dicatur, quod Pardus renunciauerit maternæ hæreditati, quare 18 aut hæc renunciatio † confirmabit ius aditionis, per text. in l. si Auia vestra C. de iure delibera. fundat Crauecta in cons. vltimo, aut tanquam facta cum expressa protestatione, quod nullum inferatur præiudicium suis iuribus, vt in ea legi potest in processu 19 su fol. † conseruauit iura omnia sibi competentia, ad notata in S. morte l. non solum de oper. nou. nunciat. vt sic concludi possit, quod aut renunciando adijt, & Fiscus habet intentum, aut noluit esse hæres ex testamento, sed tanquam filius, quem mater fraudare non potuerat disponendo, prætere hæreditatem illius ab intestato. Suadent hunc sensum verba Pardi in eius testamento, dum rogat uxorem, vt liberet bona eius burgenfatica, & materna: quod non posset verificari in alio, quam in bonis donatis.

Septimo, si prædicta omnia cessarent, nonne Pardus ultra bona donata matri, habebat alia, quæ nedum sufficerent pro summa dotium, & antefati suæ vxoris, sed excedunt longe, & hoc ultra quod videri poterit ex inventario bonorum, notorium tamen est, remansisse ædificium factum in domo magna ipsius Pardi. Item, & meliorationes, quæ petuntur hodie super bonis feudalibus ad Curiam deuolutis, quæ apertissime non comprehenduntur inter bona donata, vt ex

## D. MARCELLI DE MAURO.

ea legi potest. Nec dicatur, quod super istis bonis, quæ non includerentur in donatione bonorum expressorum, collocari debuisset donatio ducatorum vigintiquatuor mill. quos Pardus in eodem instrumento donat matri, quia dicit expresse, quatenus reperientur in hæreditate, quæ tanquam vniuersitas iuris comprehendit onera, & lucra. Secundo Pardus, qui matri ab intestato successit, pariter iure successione habuisset hoc ius donatû, vt ex his concludatur apertissime, donationem, quæ allegatur, nil nocere obligationi bonorum burgensaticorum pro dotibus.

Secundo principaliter erit videndum, an Fisco petenti à Magnifica Helionora Caracciola cessionem iurium super burgensaticis, obest, quod hæc Domina reperitur illa celsisse Magnificæ Violanti hæredi, & ob hoc non obstat sibi exceptio cedendarum, & in hoc aduerto prius in facto, quod Pardus in eius testamento disposuit, quod vxori ultra dotes, & iura dotalia darentur alij ducati 4. mil. pro seruitijs præstitis: legauit insuper filiz eius naturali pro eius maritaggio ducatos sex mille; volens dicta vxor consequi hos ducatos 10. mille, conuenit se cum hærede, quæ possidebat omnia bona hæreditaria, tam ea, quæ prætendebantur donata, quam reliqua omnia, & fecit sibi solui dictam summam, & ex hac causa celsit ei omnia iura sibi competentia pro suis dotibus, liberando omnia bona donata per Pardum matri, & insuper alia bona etiam vsque ad summam dictorum ducatorum 10. mil. Hoc præmissis, aduerto insuper, quod Rex  
 20 ista bona feudalia tenet ex lege contractus, proprio iure, & non vt hæres Pardi, postquam concedendo ab initio recipienti, & certis suis hæredibus, & successiue ad tempus, tempore finito ad eum redit dominium, & possessio etiam naturalis, quæ ministerio legis trahitur statim ab ipsa ciuili. Ita Bald. in l. 2. quæst. 46. de rerum diuision,

Est ergo Rex possessor iustus, vt ex hoc  
 21 ante solutionem possit petere † à creditore agente ad suum creditum, fieri debere sibi cessionem ope exceptionis, vt Bartol. considerat, quem omnes sequuntur in l. Modestinus quæst. 2. de  
 22 solut. Et licet Rex † dum assensit obligationi bonorum feudalium pro vxore Pardi, respectu illius sibi præiudicauerit: inter ipsum Regem, & Pardum feudatarium erat quædam tacita conuentio, vt feudum libere reuerteretur ad eum, finito tempore, vt infra fundabo; quo fit, vt onus luendi ista bona feudalia spectet ad ipsum Pardum, eiusq; hæredem, merito talis celsio satis iuste petitur. Ita Bald. in l. si res obligata in quinto notab. ff. de leg. 1. & faciunt ad prædicta vulgares ll. Mulier. ff. qui pot. in pign. habe. & Paulus quib. mod. pig. vel hypoth. sol.

22 Præmitto vterius, non reperiri cautum in iure, quod celsio peti possit ab alijs personis, quam ab infrascriptis: quandoq; petit illam fideiussor, dum conuentus soluit pro reo obligato. ff. de solut. l. Stichum. §. 1. quandoq; Correas debendi, vt Soccin. consuluit 2. volu. conf. 200. quandoq; tertius possessor, vt in d. l. Mulier, & Paulus; quandoq; illam petit prorsus extraneus, de quo loquitur text. in l. nulla C. de solutio. & not. in d. l. si res obligata; quandoq; competit secundo creditori offerenti velle soluere 1. vt in tit. si Antiquior. Creditor: ultra hos casus, quos discurret etiam Negusan. in 3. membr. 5. par. princ. non video, alium petere posse, neque alijs cedi posse. Ex hoc fit, quod postquam supra fundatum est, donationem factam à Magnifica Helionora Pignatella matre Pardi Violanti eius filiz fuisse prorsus resolutam per conditiones in ea appositas: fit ex hoc, quod Pardus fuit hæres matris suæ: Pardo succedit soror, quæ est obligata ad restitutionem dotium, non vt tertia posseditrix, non vt fideiussor, non vt Correa, sed vt principalis principaliter obligata, & vt hæres Pardi obligati,  
 non

## A L L E G A T I O N V M

non cum beneficio inuentarij, quia nō video, illud confectum, & tempora non largiuntur. Vtcrius ad illud conficiendum, quomodo potuit sibi cedi, & quid poterit talis cessio operari? ipsa est debitorum in actione personali, ipsa possidet bona obligata, quem effectum operari poterit dicta cessio? certe nullum, postquam in ea concurrerent actio, & passio, quod non sustinetur de iure.

Vt sic possit concludi, quod hęc cessio non sit illa, quam l. iubemus permittit mulieribus super bonis maritorum ipsis pro earum dotibus obligatis; nec decisio illius legis trahi potest ad hunc casum non habentem eandem, vel proximam rationem, immo prorsus extraneam.

24 Secundo aduertatur, † nam quod mulier, quę cessit iura sua alijs super bonis sibi pro dote obligatis, non possit excludi exceptione cedendarum, hoc est inductum contra illos possessores tantum, qui non contraxerunt, habendo respectum ad bona debitoris, & ideo si non possunt obtinere cessionem, quam petunt à muliere, non est eis aliter succursum, sed quando eorum obligatio principaliter respexit bona debitoris, tunc mulier semper excluditur, vt quando sumus in fideiussore, & Correo sub dicta contemplatione obligato. Ita tenent Bart. Bald. & ceteri in dicta l. iubemus. Nec isto casu mulier habet priuilegium dictę l. iubemus, & Soccin. considerat d. consil. 200. & videtur ab omnibus sic teneri communiter. Quod autem in casu nostro sit hęc consideratio, fundatur hoc modo, Certum est, quod si Pardo dum obligauit bona vxori pro dotibus respectu feudaliū, non adesset assensus, vxor pro illarum recuperatione posset obtinere, viuente tamen Pardo, missionem in

25 possessionem super fructibus, & † de illis sibi satisfieri, vt in Constitut. si quis post litem, not. DD. in auct. ei qui C. de bon. auth. iud. possid. & Andr. not. in cap. 1. S. quid ergo de inuektu. de re

alien. facta hoc tamen de iure intelligitur in subsidium, si bona burgenfatica non adsint, vt las. fundat in l. commodis de re iud. & est hęc opinio satis de iure recepta, & in praxi obseruata. Videantur cumulata per Camer. in cap. Imperialem car. 18. colu. 4. ibi, tertia conclusio, & hoc tantum videtur ob publicam vtilitatem inductum, ne feuda, quę de publico processerunt pro stipendio militum, euacuentur passim ex fructuum depopulatione, & Regium proinde seruitiū diminuatur, sed quando Rex assentit, † vt feudalia obligentur, in hoc respectu contrahētium cum feudatario ademit obstaculum, vt Bal. not. C. de seruo pigno. dat. l. si vt proponis, sed respectu feudatarij, vt non sit tam facilis ad obligandum feuda, si habet bona burgenfatica, & quod recursus super feudis sit in subsidium, nil alterauit Rex ipse: ius suum in hoc est saluum, quod ius publicam respexit vtilitatem, & expresse dum assentit, reseruat iura omnia Curię Regię competentia, inter quę iura reseruata potest etiam hoc considerari, maxime quia, esset satis iniquum, vt vassallus, qui bene scit tenere feuda ad tempus, velit fraudare Regem, vt dum potest suis necessitatibus consulere cum bonis burgenfaticis, intendat illaqueare feuda, hoc est vtile Regi, hoc est honestum, hoc proinde continetur in fidelitate vassalli, ex hoc fit, quod Rex ab initio, dum assentit obligationi feudaliū, habuit intentum respectu vassalli, quod omnia sibi resarciantur super burgenfaticis, & in hoc omnium vtilitati erit consultum, vt sic merito possit concludi, quod postquam hęc cessio super burgenfaticis fuit ab initio considerata, quod mulier vel excludi debeat exceptione cedendarum, vel cessio efficax sit omnino facienda, quando praesertim sit hęc res maximi exempli, & si hoc admitteretur, aperta esset via fraudibus, & Fiscus fraudaretur cum vtilitate mulierum: sufficit Fisco, quod Rex possessor bonorum feudaliū non habet

habet causam à feudatario obligato, quia forte ab eo quæsiuisset aliquam rem feudalem, sed possidet ex l. feudi, sub qua cadit, aut cadere potest consideratio, quod saltem in genere potuit cogitari, onus soluendi dotes spectare ad vassallum; hoc facit, vt non simus in casu l. iubemus.

Tertio aduertatur ad modum huius cessionis, apparet ab initio, quod vxor Pardi fuit instructa ab eius viro, vt fraudaret Regem, dum voluit in eius testamento, quod bona burgensatica liberarentur. Apparet etiam, quod mulier, dum accedit ad liberandum, & cedendum, non facit gratis, sed ꝑ acceptam summa ducatorum 10. mil. quod nunquam fuit consideratum à dicta l. iubemus, quæ prospexit mulieri volenti complacere eius viro alienanti bona, nonne videmus, quod quando mulier confitetur, se recepisse pretium rei, quam maritus vendit, præiudicat sibi in dote secundum Bart. in d. l. iubemus in fi. & vidimus sæpe, factum Consilium sic iudicare, præsertim in causa Camillæ Pappacodæ. Nōne videmus, quod mulier intercedens pro viro, pecunia recepta, nō iuuatur remedio Velleiani? Noluit Rex, quod mulier mercaretur cum ista liberatione, & cessione, quādo præsertim videmus, quod hoc fecit, non tantum pro sua commoditate, sed pro legato etiam filix naturalis.

Pro resolutione dubietatis, quæ discutitur circa restitutionem antefati, 28 aduertendum est, quod ꝑ maritus est rebellis, & proinde ciuilitè mortuus, an sit factus casus petendæ dotis, cuius restitutio promissa erat in casu soluti matrimonij per mortem viri. Et quicquid dici possit, quod sit differentia inter naturaliter, & ciuilitè mori, casus iste de æquitate sopitus est, per text. in l. 1. C. de repud. & est text. qui aperte hoc dicit in l. quisquis S. vxoris ad l. lul. Maiest. & facit text. in l. 1. ff. de bon. damn. fundat etiam hoc Napod. in consuet. Quartam, in verbo post mortem, vbi se remittit ad dicta

per eundem in consuetudine, si moriatur, & in consuetudine, vbi dos, & est hoc hodie satis expeditum: hoc enim iure semper vtimur, vt vxoribus rebellium, dotes, & iura dotalia Fiscus semper referuet.

## A D D I T I O N E S.

**A**D numerum quintum, ibi (ex vi clausulæ ex nunc, prout ex tunc, & è contra.) Ado Vincentium de Franchis decis. 213. nu. 1. qui dicit, quod hæc clausula operatur translationem dominij à die initi contractus donationis, ex decisione Baldi in auth. contra rogatus in princip. C. ad Trebellianum, de quo meminit, eumq; sequitur Alexand. per illum text. post alios in l. huiusmodi. ff. de verbor. obligat. Ias. in l. 1. C. de codicillis in fi. Negul. in tract. suo de Pignoribus 6. par. princip. 2. memb. 2. colum. vers. illud autem. Loffred. conf. 9. vbi latissime alios recenset. Tiraquell. in tract. de constitu. 3. par. 2. limit. vide Ioannem Vincentium de Anna in singul. 156. qui alios refert, & adducit decisionem sacri Consilij.

Ad numerum 24. in ista quæstione, quando mulieri agenti ad dotes obstat exceptio cendendarum, videndus est Assl. decis. 343. nu. 2. & 5. & quæ ibi scripsit Vrsillus.

Ado etiam ad numerum primum, & sextum Regium Consiliarium Ioannem Andream de Georgio in allegatione 22. nu. 48. cum sequentibus, vbi limitat, & declarat; & ad num. 23. vide eundem in allegatione 39. num. 13. & per totam.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## S V M M A R I V M.

2. *Spoliatus de facto est ante omnia restituendus de facto absq; alia cause cognitione.*
2. *Exceptio (dolo facis petere) spoliato non obstat.*
3. *Vltimum spolium est purgandum.*
4. *Testium depositiones in facto antiquo faciunt semiplenam probationem etiam contra tertium.*
5. *Coniectura, quæ ex temporis antiquitate sumitur, tanto solidior est,*



- est, si effectus correspondeat.
- 6 In factō antiquo etiam leues coniecturae sufficiunt.
  - 7 In factō antiquo verba enunciatiua instrumenti probant dominium.
  - 8 Inuestitura in Feudis Regni habet vim traditae possessionis, etiam si essent inuestitura de Feudo veteri, quae dicitur confirmatio, nu. 9.
  - 9 Possidens hodie praesumitur retro possedisse.
  - 10 Per quos actus possessiuos probetur quasi possessio iurisdictionis in Castro.
  - 11 Tutus possessione immemorabili habet vim tituli.
  - 12 Antiquitas temporis cum praestatione seruitij praesumptam inducit inuestituram.
  - 13 Baro potest tenere Feuda etiam in alieno territorio, quae sua Baronie subsint.
  - 14 Interpretatio capitur ex usu subsequenti.
  - 15 Potest una, eademque res diuerso iure censerī diuersis respectibus.
  - 16 Iusta fit repulsa, et defensio spoliati, etiam quod ex interuallo fiat; quia totum hoc arbitrio Iudicis relinquitur, attentis qualitatibus utriusque, et spoliantis, et spoliati.
  - 17 Regi competit defensio pro suo vasallo spoliato.
  - 18 Vassallus Regis dum spoliatur per vasallos Ecclesiae, Regi competit defensio, et cognitio cause, ex regula, quod Actor sequitur forum rei, etiam in perso-

nis Ecclesiasticis.

- 20 Rex in causa propria potest iudicare per suos Officiales.
- 21 Iurisdictionio, quae exercetur in uno ex connexis, in omnibus conseruat iurisdictionem.
- 22 In iurisdictionalibus non fundatur iurisdictionio, nisi in praesentibus, et prorogantibus, sed Regi nullum fit praedudicium.

## ALLEGATIO 2.

**D**E spolio commisso à Beneuentanis contra Baronem vassallum Regis, quod cognitio spectet ad Regem, & non ad sedem Apostolicam, & quod manu Regia sit Baro restituendus, & manutenendus in possessione. Pro D. Marcello Caracciolo, & pro Fisco.



**I**LLVSTRISIME, ac Excellentiss. Domine. Quia Beneuentanorum molestia in Marcello Caracciolum, eiusque bona, usque adeo est progressa, ut si celeri non succurratur manu, possit ad vltiora progressus innumeras parere incommoditates, & ratus, quod Beatissimus Pontifex suam, vel illorum partes defendens nullam prorsus de vera facti contingencia adhuc habuit cognitionem, aliqua in medium afferam mei officij onere astrictus, quae & factum ipsum, & Marcelli iustitiam contineant. Poterit Excellentia tua (si opportunum videbitur) curare, ut illa in Beatissimi Pontificis iam dicti notitiam perueniant, non ut ab eius manu Iudicis officium perquirat, sed ut potius, Beneuentanorum tam immoderata irruptione cognita, quiescat, nec durum videatur

San-



Sanctitati suæ, Marcellum defendi à Regijs Tribunalibus, quorum propria, & iusta est cognitio.

Possidebat Marcellus Caracciolus Baroniam Turris Paleariæ cum Casalibus Balneariæ, & Montis Vrsi, & quidem, non vt nouus possessor, sed post longas, & iustissimas possessiones authorum, de quibus potuit per antiqua documenta haberi notitia.

Pippus Caracciolus possedit hanc Baroniam tempore Alfonsi Primi, post cuius mortem successit Berardus filius. Isti successit Nicolaus frater defectu lineæ masculorum. Nicolao possidente, Honofrius, & Franciscus fratres pro maternis dotibus obtinent adiudicationem super hac Baronia, & hoc titulo possidentes, vendunt vna cum alijs bonis eidem Nicolao, & assensu Regio accedente, iam quod de Feudorum venditione tractabatur. Ex ordine postmodum inuestiturarum apparet, successisse Ioannem Baptistam filium. Huic morienti sine liberis succedit Bartholomæus frater, & isti Marcellus Senior, qui reliquit Ioannem Vincentium filium, cui tandem successit Marcellus Iunior, de quo agitur hodie.

Erat itaque Marcellus in possessione Castris Montis Vrsi pacifica, & sic antiqua, dum in anno 65. homines Beneuentani irruunt ad modum belli, & illum possessione dicti Castris destituunt, ita vt fuerit opus, illum manu Regia restituere, constituto prius de possessione, & spolio prædictis, quod totum fuit exequutus Dominus Morcat Regius Consiliarius. Et istud, quod Beneuentani commiserant, visum fuit adeò indecens, etiam ipsi sedi Apostolicæ, vt motu quidem proprio, ac pro reprimendo subditorum excessu, per Commissarium ad hoc destinatum prouisum reperiatur, quod Beneuentani excesserant, quieuitq; turbatio, & continuauit Marcellus possessionem, vt prius, quousq; per monitorium Cameræ Apostolicæ expeditum die 2. Octobr. 66. citatur Marcellus, vt Romæ compareat: & hac au-

toritate fulti Beneuentani sub clypeo etiam spiritualis gladij, in Marcellum fulminanter vltimum spoliū commiserunt.

Et quia satis confert ad dicenda inferius, aduerto, quod dum prætenderet Monasterium S. Sophiæ eiusdem Ciuitatis Beneuenti, homines Castris Balneariæ de Baronia prædicta esse suos vassallos, & officialem à Marcello deputatum non posse in eos aliquam habere cognitionem, comparuit in Regijs Tribunalibus, primo in Magna Curia Vicariæ, & in Sacr. Cons. postmodum, & causa tandem fuit remissa ad Regiam Cameram, ex eo, quod Ecclesia contendebat se dominam bonorum feudaliū à laico Regis vassallo possessorum, vt ex hoc videatur, Regiam Curiam esse iam in possessione cognoscendi de eadem Baronia inter easdem personas.

Ex his, quæ narrata sunt superius; duo tantum aduertam pro veritate indaganda, vnum de Marcelli iustitia discutere, alterum, cuius iudicio, quæ iurisdictione suæ sit indemnitati consulendum.

Et quoad primum, † Quæstio hæc posset vno verbo diffiniri, si veros iuris tramites attendamus. Possidet Castrum Montis Vrsi Marcellus Caracciolus, ab illius possessione deicitur, quæ partes Iudicis esse deberent, nisi in prouidendo, quod restitueretur? C. ad l. iul. de vi. l. si quis ad se fundum not. omnes in l. naturaliter §. nihil commune de acqu. posses. & esset in hoc pari passu procedendum, vt sicut absque aliqua causæ cognitione fuit spoliatus, eodem modo restitui debeat. Bal. not. in l. si pacto, quo poenam C. de pact. & in l. 2. ibi quarto quarto, si Iudex. C. de seruit. & in l. fin. C. de edict. D. Andr.

Nec dicatur, quod ex quo Beneuentani prætendunt, tale Castrum esse infra fines territorij eorum Ciuitatis, sicq; Marcellus nō iustè possideat, & sit prouide restitutus (ideo dolo facit petere) quia nec in facto ista vera sunt, vt fundabo inferius, nec (si vera essent) pro;

1 procederet ista † exceptio contra spoliatum, qui petit restitui, extra de restitutum. spoliat. cap. olim, not. Din. in regula dolo facit in sexto, & not. omnes in cap. cum dilectus de ca. poss. & propr. & in cap. pastoralis eod. tit. per Ioannem Andr. & eodem modo repellerentur Beneuentani, si allegarent, Marcello obstare notorij iuris exceptionem, vt sic restituendus non sit, quia nec in hoc factum adiuuat, & de iure non procedit, quando sumus in profanis, extra de diuort. c. significasti, tenet Oldrad. conf. 1. ibi, nec priuilegium.


2 Nec similiter dicatur, Beneuentanos quandoq; possedisse, & tempore, quo Dominus Morcat illuc accessit, fuisse spoliatos, vt sic eadem iura ipsis etiam fauere debeant; quia nec vere istud processit, & de iure in omnem euentum vltimum spoliū esset purgandum d. l. si quis ad se fundum cum similibus.

3 Ne tamen contingat dubitari de notorio iure ipsius Marcelli, & quidem antiquissimo, aduertatur, vt notauimus superius: locus iste, de quo disceptatur (per ea, quæ monumenta scripturarum demonstrant) fuit possessus à Pippo Caracciolo, cuius memoriam repetunt testes; post cuius mortem peruenit ad manus Berardi filij, qui inuestituram obtinuit ab Alfonso Primo. Hic Berardus mortuus fuit sine masculis, superstitibus Nicolao fratre, & Antonella filia, inter quos fuit quæstio de successione, & fabricatus fuit desuper processus in anno 1495. & in eo satis plene constat de prædictis omnibus, & præsertim de possessione Pippi, & Berardi, Castri Montis Vrsi, de quo agitur; in quo facto sic antiquo de testium deponētium fide non est dubitandum, † quin semiplenam faciant probationem etiam contra tertium. Tenet Ripa post alios in l. admonendi num. 202. de iureiur. sic defendens dictum Bartol. ibi, quod ab aliquibus impugnabatur. Sequitur Deci. conf. 42. in sexto dubio lib. 1. & veritas dictorum testium, qui deponunt, possessionem Pippi, & Berardi, adiuua-

tur ex correspondentia effectus, qui est ipsa possessionis continuatio. nam clarum est, & infra latius fundabitur, ab illo primo initio vsque ad Marcellum fuisse continuatam possessionem. Quo fit, vt tanto † solidior sit coniectura, quæ ex temporis antiquitate sumitur, si effectus correspondeat, vt in specie bene fundat Dec. conf. 36. 3. colum. lib. 1. Quia igitur sumus in facto tam antiquo excedente metam annorum centum, omnes præsumptiones † etiam leues, & coniecturæ sufficiunt, ad not. in cap. cum causam, vbi per omnes, de probat.

4 Adiuuatur insuper dominium, & possessio Marcelli ex instrumento confecto in anno 1467. In quo legitur, Nicolaum Caracciolum emisse ab Honofrio, & Francisco fratribus pro certa summa Castra Paleariæ, Baleariæ, & Montis Vrsi cum alijs bonis, & enunciantur iura in tali instrumento dictorum Honofrij, & Francisci, & quia agebatur de re feudali, & proinde erat assensus Regius necessarius, iam interuenit, & apparet illius expeditio; vt ex hoc instrumento emptionis fundata sit intentio Marcelli circa dominium Nicolai; postquam in eo enunciantur † dominium vendentium, quod procedebat ex adiudicatione eis facta, item & pretij solutio. l. proprietatis, vbi glos. & l. cum res, vbi Bald. C. de probatio. maximè quia hic correspondet effectus continuatæ possessionis ipsius Nicolai emptoris, & successorum. Et quia factum, de quo agitur, est antiquum, tanto fortior erit probatio resultans ex dicto instrumento, vt not. in d. cap. cum causam, & fundat Dec. d. conf. 42. & in alijs pluribus.

5 Et continuando iura successorum dicti quond. Nicolai vsque ad Marcellum; iam apparent plures inuestituræ suo ordine, temporibus successiuis expeditæ. Nam post mortem Nicolai, vt successor inuestitur Ioannes Baptista filius in anno 1493. à Ferdinando Primo; post mortem cuius Ioannis Baptistæ sine filijs



hjs inuestitur Bartholomæus frater à  
 Federico Rege in anno 1498 huic  
 Bartholomæo successit Marcellus se-  
 nior, qui reliquit filium Ioannem Vin-  
 centium, & hic fuit inuestitus in anno  
 1544. Vltimo apparet inuestitura in  
 persona dicti Marcelli iunioris; quæ  
 omnes inuestituræ sic multiplicatæ,  
 † & quæ factæ sunt in personis possi-  
 dentium, & non per solum signum  
 abusuum, habentur loco traditæ pos-  
 sessionis secundum Bald. qui loquitur  
 in Feudis Regni in l. 1. in finalibus ver-  
 bis C. de rerum permut. tenet Andr. in  
 cap. 1. in princ. quid sit inuestitu. Nec  
 dicatur, quod istæ inuestituræ tanquam  
 non de nouo Feudo, sed de veteri nil  
 transferunt, sed quod erat in inuestito  
 cõfirmant, vt omnes not. in tit. per quos  
 fiat inuestitu. & Oldrad. conf. 237. per-  
 lectis in fine. † Quia si attendamus di-  
 spositionem iuris communis feudorum,  
 hæc petitio inuestituræ etiam de veteri  
 Feudo nõ est actus voluntarius, sed ne-  
 cessarius, quia si certo tempore non pe-  
 titur, perditur Feudum in cap. 1. quo  
 tempore miles, & in c. 1. de Capit. Cor-  
 rad. & idem procedit de iure Capitulo-  
 rum Regni, vt in cap. quod incipit (apud  
 Fogiam) Si verò attendamus vsum, quia  
 in penam non petitæ inuestituræ in an-  
 num, & diem soluitur releuium dupli-  
 catum, & cessauit feudi amissio, vt An-  
 dr. not. in d. cap. 1. quo tempore miles.  
 ex hoc fit, quod inuestitura non potest  
 fieri, nisi possidenti, & percipienti fru-  
 ctus; quibus accedit notorium esse, Mar-  
 cellum possedisse. Insuper apparet titu-  
 lus præcedens, cuius vigore continuata  
 est possessio suorum antecessorũ: ex hoc  
 fiet, quod † semper retrò præsumitur  
 possedisse Marcellũ, qui nunc possidet.  
 Ita Socc. conf. 89. in fin. nu. 19. 1. vol. al-  
 legat Salic. in l. ex persona C. de prob.  
 Ista possessio Marcelli, & suorum au-  
 thorum Castri Montis Vrsi, de quo agi-  
 tur fuit semper euident, † & adiuta  
 actibus possessiuis; est namq; notissi-  
 mum, quod deputauit Officiales, qui ius  
 dicerent in homines ipsius Castri, quod

fieri non poterat, nisi ab habere iurisdic-  
 tionem, vt in titulo, quæ sint regalia, in  
 verbo (& potestas,) & ibi Moderni ten-  
 nent, quod in Regno solus Rex, & ab eo  
 potestatem habentes creant Officiales  
 ad iustitiam ministrandam, postquam  
 Officialium deputationem est notissi-  
 mũ, vassallos fuisse cognitos in casibus  
 occurrentibus ab eisdem Officialibus;  
 per quam cognitionem, etiam Domino  
 ignorante, quæsitæ fuit quasi possessio  
 iurisdictionis secundum Bart. in l. arbori-  
 bus S. usufructuarius, & ibi per alios  
 ff. de v. s. Apparet insuper, nomine Mar-  
 celli fuisse latas sententias in vassallos,  
 vt ex hoc arguatur ad exercitiũ, & qua-  
 si possessionem iurisdictionis. Innoc. in  
 capit. dilectus d. Capp. Monac. Facit  
 quod Bald. not. in tit. de pace Constan.  
 S. amplius in princip. Rursus Officiales  
 Marcelli fabricauerunt processus cõtra  
 inobedientes, illos carcerauerunt, & sic  
 in præsentis processerunt, vt ex hoc di-  
 catur quæsitæ quasi possessio iurisdic-  
 tionis, secundum Bald. in tit. de Consuet.  
 recti feudi in fine princ. ibi, circa ergo  
 feudum iurisdictionis, qui allegat In-  
 nocentium in cap. cum olim de restitut.  
 spol. Apparent etiam bannoium ema-  
 nationes, quæ conferunt ad exercitium  
 iurisdictionis, cum sint instar interlocu-  
 toriarum C. cõmin. vel epist. l. 1. & 2.  
 & per ea probatur quasi possessio iurisdic-  
 tionis, etiam non probato, quod sit  
 partum illis secundum Bald. in margari.  
 in verb. possessio. Refert, & sequitur  
 Capic. decis. 27. nu. 29. Quid ergo po-  
 tuit vltra desiderari, vt fundetur, quod  
 Marcellus possederit Castrum, de quo  
 agitur?

Ex his, quæ supra narrata sunt, fun-  
 datur, Marcellum in Castro Montis Vr-  
 si habere titulum, postquam tutus † est  
 possessione immemorabili l. tertia S. du-  
 ctus aquæ, de aqua quot. & æstiuæ c.  
 super quibusdam S. præterea, de verbo.  
 signif. & facit text. in cap. 1. de præscri.  
 in 6. Oldrad. conf. 172. quia omnes in  
 princ. & est adeo efficax hæc sua posses-  
 sio sic immemorabilis, vt quamuis ve-

re de tali Feudo ab initio nõ fuisset inuestitus, prout verè sui prædecesores fuerunt, non posset Rex, à quo Feudum recognoscit, disuestire illum, iam quod ex cursu tanti temporis cum præstatione 13 ne seruitij, † inducta esset præsumpta inuestitura in tit. si de feud. fuer. contr. c. si quis per triginta, & in summa Iacob. de Ardiz. tit. vtrum præscriptione acquiratur feudum, & omnes not. in d. cap. si quis per 30. & multo minus posset Ciuitas Beneuenti iuste aliquid prætere tendere contra Marcellū. Nam aut Castrum Montis Vrsi non est in territorio Beneuenti, & negotium caret omni scrupulo, aut vere situm est in d. territorio, & postquam Marcellus habet priuilegium, seu id, quod vim priuilegij tenet, quis dubitat, quod de iure molestari nõ potest? ita Bald. in specie in l. vis eius in fin. C. de probat. & in l. 2. vers. quæro nunquid C. de sent. & interloc. & in l. fin. oppos. 15. C. de edicto D. Adr. Et hoc procedit clarius, quando sumus in profanis; ita vt non possit prætendi incapacitas possidentis, per ea, quæ not. Io. Monach. & Io. Andr. in cap. 1. de præbend. in 6. vt ex his possit rectè concludi, quod possessio tanti temporis reddiderit tutum Marcellum à quavis contradictione Beneuentanorum. Decius plene fundat. cons. 85. & dicit Bald. in cap. 1. 1. col. in tit. quæ sint regalia, quod per tantum tempus acquiruntur regalia, quæ aliàs sine titulo possideri non possunt.

Prædicta fortius procedunt ex eo, quod res, de qua agitur, habet iuris adminiculū pro se; tolerat enim lex, quod Marcellus, qui habet Turrim Palearicæ cum suis Casalibus (& per hoc dicitur 14 Baro) tenere possit † feuda, quæ suæ Baronie subsint, & illa in alieno territorio, prout Andr. not. in titulo qualiter iurare debet vassallus, in additione, & in cap. 1. quid sit inuestit. & ibi Lofred. qui allegauit Rom. cons. 376. quæstio. est, vbi de prioratu existente intra vnã Diocesim, si spectat ad collationem alterius Abbatiæ existentis in

alia Diocesi. Ex quibus fit, quod postquam nulla datur incapacitas possidentis respectu rei, & personæ, & lex non contradicit, quod in alieno territorio quis exerceat iurisdictionem, non potest modo aliquo defendi violenta irruptio Beneuentanorum in destituen- do Marcellum sua possessione. Et consideretur, satis iuste defendi posse, quod postquam habemus iam initium, quando Ciuitas Beneuenti ad Ecclesiam Romanam peruenit, quando autem Castrum Montis Vrsi cœperit à particularibus feudatarijs possideri, non datur particularis cognitio, dicendum esse, Ciuitatem prædictam fuisse concessam, rebus tunc in hæcmet statu permanentibus. Hoc indicat subsequuta possessio in facie omnium Beneuentanorum; & capiunt interpretationem † præcedentia ex vsu subsequenti per Bald. in cap. dilectus de consuet. & in l. si de interpretatione de legibus.

Nec dicatur, quod pro Beneuentanis faciunt decreta, & prouisiones multæ eiusdem Cameræ, quibus reperitur prouisum, homines istius Castri esse immunes, & à solutione Fiscalium functionum, & aliorum onerum, quæ subeunt reliqui vassalli Regij; insuper nec reperiri numeratos; quia aut ista omnia non rectè processerunt, nec rectè, postquam in eis nulla apparet causæ cognitio adhibita, & iura Regiæ Curiæ iam sunt reserua- ta in aliquibus prouisionibus, vt sic posset hodie tractari de iure Regio, aut non sunt in dubium aliquo modo reuocanda; & tunc aduerto, quæ potest fieri illatio ex his in læsionem iurium competentium Marcello non querimus hodie, quod † homines istius Castri soluant Regi ea, à quibus videntur exempti autoritate prouisionum Cameræ: possunt quidem isti homines diuersis respectibus, diuerso iure censeri ff. de legat. 2. l. miles §. pro parte, voluit Bald. per illum textum in l. filium, quem habentem 4. oppos. famil. herciscun. & dixit glos. in cap. 2. in verb. lex ciui-

ciuilis de arbitr. in sexto, quod diuersis respectibus, ex vna, eademq; re posse contrarios effectus produci. Respectu habentis iura vassallagij in eos, consideratur ius quoddam insitum, quum primum nascitur, ne videatur homo acephalus. Et ideo, quod nulli seruiat, vel obediat, non potest prætere ququam, vt considerat Oldrad. d. conf. 172. in princ. ibi ad secundum cum dicitur, nec ex parte dominantis posset hæc superioritas extingui. Quod autem teneantur ad munera realia, vel personalia, hoc est ius quoddam separatum prorsus. Ista enim indicuntur, & superinducuntur ad libitum, & ab eodem indicente conceditur exemptio, vel quandoq; ab ipso tempore; ita vt facillime præterendi possit exemptio ab istis, ab illis verò iuribus vassallagij non. Quæ ergo fiet illatio ex rebus tam diuersis? Rursus si verum est (quod non admitto) Castrum Montis Vrsi esse infra fines territorij Beneuentani, hoc respectu non tenetur ad onera, quum præsertim in hoc non fundetur pro Regio Episcopi sic prompte titulus verus, vel præsumptus quoad hæc munera.

Ex prædictis perspicuum est, colligi, Marcello possessori, & quidem iusto fuisse illatam vim à Beneuentanis, & illam expulsuam, vt ex hoc licitum sit eidem iure naturæ permittente, vim repellere, & dicitur iusta talis repulsa, dato quod ex interuallo fiat. † Quia hoc, quod in continenti liceat, totum Iudicis arbitrio committitur, attentis qualitatibus vtriusque, & spoliantis, & spoliati, vt not. in specie tenet Bartol. in l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi arma. Nec minus fieri poterit hoc per Dominum ipsius Marcelli, qui est Rex, † cui de iure competit defensio pro suo vassallo spoliato. Sic tenet Bald. in l. vnica colum. 5. Ibi septima, an vnus Dominus, C. vnde vi, quum præsertim in hoc etiam vertatur interesse, & quidem principale ipsius Regis, qui ob hoc nõ tam sui vassalli, quam propriam defensionem considerat; & isti modi de-

ensionis nullum iudicij ordinem desiderant in odium spoliantis, qui eodem vsus est iure; quod si ordo iudiciarius desideratur Beneuentani prætere, Marcellum indebite possidere Castrum tanquam de ipsorum territorio, † cui dubium est, forum rei esse attendendum de foro competen. cap. cum sit generale? Qualitas rei hoc suadet, quia, de Feudo agitur, cuius cognitio est Regis in Regno suo, & per dispositionem Constitutionum, & Capitulorum Regni à sede Apostolica iam approbatorum, & ex ipsa iuris communis censura de foro competen. c. verum, & cap. ex transmissa, & de iud. cap. ceterum, vbi Abb. in vlt. notab. not. illum text. ad vnum singulare, quod vbi per l. ciuilem respectu certæ causæ tribuitur vniuersaliter iurisdictio alicui, in tali iurisdictioe comprehenduntur Clerici actiue, & passiuè. In casu nostro de qualitate feudali Castri Montis Vrsi dubitari non potest ex forma inuestiturarum, præstatione seruitiorum, & rei ipsius euidencia; nec possent Beneuentani illam perimere, dato quod Marcellum vincerent. Rursus ex qualitate personæ hoc suadet, † quæ potest etiam in proprio negotio iudicare ff. de hæred. institu. l. & hoc Tiberius, & ita omnes concludunt in l. 1. C. ne quis in sua causa. Est denique Regia Curia, in quasi possessione cognoscendi hanc causam etiam inter easdem personas respectu Castri Balneariæ. Apparent processus & Magnæ Curie Vicariæ, & Regiæ Camere, ad quam fuit tandem causa remissa, & confert multum hoc; nam postquam Marcellus vt Baro possidet Turrim Palæariæ tanquam caput, & Casalia, quæ sunt Balnearia, & Castrum Montis Vrsi, propter quod denominatur Baro, vt supra dixi, Rex Dominus directus totius Baronie in omnibus † conseruat possessionem, quam in vno ex connexis exercet, ad not. in l. 3. §. ex contrario de acquir. possessio. etiam quia hoc habet Rex proprio iure, & non ex præscriptione, secundum

Bartol. in l. 1. §. hoc interdictio de itin. acti; priu. & not. omnes in cap. cum dilectus de Capp. Monac.

Sileant tandem reliqui obiectus, qui fiunt, qđ postquam tractatur de finibus Beneuenti, sedes Apostolica debeat cognoscere, quia penitus de hoc non tractatur, iam quod supra fundata est iustitia Marcelli, dato quod res sit infra illos fines, & pretendatur, esse in possessione cognoscendi eandem sedem Apostolicam per decretum Alexandri de Massa.

22 rijs: hoc non procedit, † quia in his iurisdictionalibus nō fundatur iurisdicō, nisi in presentibus, & prorogantibus, vt supra fundatum est. Isto casu Marcellus nec petijt aliquid à Commissario Apostolico, nec cum eo actum est, & in omnem euentum eius prorogatio sibi soli, non Regi potuisset nocere.

#### ADDITIONES.

**A**D num. 18. Addo Innoc. in cap. dilecti extra de appell. vbi Doctor. & Cardinalem in clem. 1. de reliquijs. & vener. sanc. & Bart. in l. 1. §. fin. ff. de iniurijs, & Oldrad. cons. 206. & Iacob: de sancto Georgio in tract. de Roidis nu. 17. & sic fuit decretum per Sac. Conf. in anno. 1550. etiam in persona Ecclesiastica, vt per Io. Vincentium de Anna in sing. 61.

Vide etiam ad numerum 8. & 9. Consiliarium de Georgio in allegat. 19. nu. 10. vbi bene loquitur, & optime in allegatione sexta per totam.

Abb. Io Hieron. de Mauro.

#### SVMMARIVM.

- 1 *Priuilegia Regum antiquorū Regni valida non sunt, nisi quatenus sint approbata per Regem Catholicum, per legem editam Thori.*
- 2 *Per constitutum non transfertur possessio, quę non erat penes constituentem.*
- 3 *Priuilegiū cū clausula derogatoria facit, vt alia Priuilegia postea alijs concessa nihil valeant.*

- 4 *Priuilegia cōcessa per Regē ex causa onerosa non possunt reuocari.*
- 5 *Rex non potest auferre rem alienā, vel alteri concessam ex causa onerosa, nisi soluto pretio.*
- 6 *Concessio, quę se refert ad Priuilegia retro Regum, non est noua concessio, sed simplex promissio de confirmando.*
- 7 *Cōfirmatio non tribuit robur Priuilegio, quod inuvalidum erat.*
- 8 *Confirmationes, quę fiunt à Dominis terrarum in principio suę creationis, non extenduntur ad petitiones, seu ad iniuste concessa, & ad preiudicialia.*

#### ALLEGATIO 3.

**Q**uod Priuilegia, & confirmationes, quę fiunt à Regibus in principio suę creationis, non extenduntur ad petitiones, seu ad iniuste concessa, & ad preiudicialia. Pro Fisco cōtra Ducem Termularum.

**S**I Dux Termularum obtinere vult † vigore priuilegij Ferdinandi Regis concedentis, aduertat; nam ex hoc solo debet excludi; non enim rata sunt Priuilegia illorum Regum Regi Catholico, nisi quatenus ipse per legem editam Thori approbavit, & hoc iure vsi sunt semper maiores nostri, nec fuit vnquam homo, qui prætendere ausus est aliquid ex eo, quod habeat priuilegia sola illorum Regum. Et si contrarium teneretur, non esset tutus Rex dimidia parte Regni. Non ergo sunt mutanda, quę interpretationem certam semper habuerunt; & in hoc possem multa effun-

**effundere**, vt sciatur, quo iure Rex Catholicus iustissime Regnum hoc obtinuit; quia tamen non videtur tractandum, omitto.

Nec dicatur, quod ultra priuilegium adest etiam possessionis translatio per constitutum. Primo quia possessio Marcianisij, prout desiderabant verba priuilegij, vt scilicet possideretur separatim à Ciuitate Capuæ, nunquam fuit penes Regem; quo fit, vt non transeat † in recipientem, quod non erat penes constituentem secundum veram, & communem opinionem in l. quod meo ff. de acq. poss. Secundo, quia idem Andreas iam asseruit Regi Catholico, quod nunquam possedit.

Si prædicta impugnantur, aduertat Dux, quod Ciuitas Capuæ inter alia priuilegia, erat tuta, vt semper teneretur in demanio Regio, & Alfonso, qui hoc concessit, apposuit † clausulam derogatoriam cum decreto nullitatis omnibus concessionibus in futurum forte faciendis in contrarium, nisi fuisset vocata, & audita Ciuitas Capuana. Quo fit, vt non seruata hac forma in derogatione Ferdinandi, deficiat voluntas. Videatur Dec. qui plura ponit ad hoc conf. 10.

Accedant huic voluntatis defectui considerationes factæ, quod tempore eiusdem concedentis non fuit capta possessio, quod priuilegium, de quo agitur, non fuit in quinternionibus descriptum, prout alia duo concessa eodem die. Item confirmatio Federici omnium concessorum. Et quod de Marcianisio non adsit mentio, ista omnia faciunt, vt postquam ab eodem Rege concedente non fuerit tradita possessio, nec à Federico successore, sit credendum, & Regem noluisse, quod Priuilegium sortia- tur effectum, & Ducem concessionarium acq̄ieuisse.

4 Vltius considero, quod † idem Rex concedens considerauit, quod Priuilegia concessa Capuæ etiam ex causa onerosa, & quæ in contractum transierant, non poterant reuocari etiam re-

muneracionis causa. Plene fundat Dec. conf. 286. & 292. in 3. dub.

5 Rursus † cōsiderauit forte idem Rex, quod non debuerat auferre ius tertij etiam pro causa publicæ vtilitatis, si potuisset aliunde remunerare, prout iam fecit, & interesse Capuæ. Videantur in hoc posita per Loffred. in tit. de nat. succ. feud. fol. 52. qui multa dicit ad intellectum l. item si verberatum ff. de rei vendicat.

Si Dux fundat se in Albarano anni 1502. in quo promittitur confirmatio, immò confirmantur omnia, quæ tenebat vigore priuilegiorum retro Regum, aduertat primo, nam vere non est noua concessio, † sed simplex promissio de confirmando; postquam se refert ad priuilegia retro Regum, secundum veram opinionem Andr. in cap. 1. de vass. decrep. arat. Et postquam respectiue ad Capuam Priuilegium Marcianisij vel erat nullum defectu voluntatis, vel iniustum respectu interesse, quod non reficiebatur, ex hoc fit, vt omnis confirmatio Regis Catholici non validet,

7 † nec tribuat robur. Videatur Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 81. nu. 8. & 9. vbi allegando Felin. in cap. 1. col. 4. vers. 6. declarat de probationibus, infert. quod confirmationes, † quæ sunt à Dominis terrarum in principio suæ creationis, non extenduntur ad petitiones, seu ad iniuste concessa, & ad præiudicialia. Ad quod faciunt posita per Afflict. in præclud. feud. q. 3. num. 4. Rex Catholicus n̄dum promisit confirmare, vel forte confirmauit in initio suæ creationis, sed antequam esset Rex istius partis Regni, rogo, vt aduertatur, si fuisset dictum Regi Catholico, quod priuilegium concessum erat in præiudicium fidelissimæ Vniuersitatis, quod fiebat sibi iniustitia, dum concedit, & separat Casale, non soluto interese, dum tollebantur iura Curie in tenendo in demanium rem tantę importancie; item quod tempore Ferdinandi non fuit notatum Priuilegium in quinter-



Bartol. in l. 1. §. hoc interdictio de itin. actus; priu. & not. omnes in cap. cum dilectus de Capp. Monac.

Sileant tandem reliqui obiectus, qui fiunt, qđ postquam tractatur de finibus Beneuenti, sedes Apostolica debeat cognoscere, quia penitus de hoc non tractatur, iam quod supra fundata est iustitia Marcelli, dato quod res sit infra illos fines, & pretendatur, esse in possessione cognoscendi eandem sedem Apostolicam per decretum Alexandri de Massa.

22 rijs: hoc non procedit, † quia in his iurisdictionalibus nō fundatur iurisdicatio, nisi in presentibus, & prorogantibus, ut supra fundatum est. Isto casu Marcellus nec petijt aliquid à Commissario Apostolico, nec cum eo actum est, & in omnem euentum eius prorogatio sibi soli, non Regi potuisset nocere.

#### ADDITIONES.

**A**D num. 18. Addo Innoc. in cap. dilecti extra de appell. vbi Doctor. & Cardinalem in clem. 1. de reliquijs, & vener. sanc. & Bart. in l. 1. §. fin. ff. de iniurijs, & Ostrad. conf. 206. & Jacob. de sancto Georgio in tract. de Roidis nu. 17. & sic fuit decisum per Sac. Conf. in anno. 1550. etiam in persona Ecclesiastica, ut per Io. Vincentium de Anna in sing. 61.

Vide etiam ad numerum 8. & 9. Consiliarium de Georgio in allegat. 19. nu. 10. vbi bene loquitur, & optime in allegatione sexta per totam.

Abb. Io Hieron. de Mauro.

#### SUMMARIVM.

- 1 *Priuilegia Regum antiquorū Regni valida non sunt, nisi quatenus sint approbata per Regem Catholicum, per legem editam Thori.*
- 2 *Per constitutum non transfertur possessio, quę non erat penes constituentem.*
- 3 *Priuilegiū cū clausula derogatoria facit, ut alia Priuilegia postea alijs concessa nihil valeant.*

- 4 *Priuilegia cōcessa per Regē ex causa onerosa non possunt reuocari.*
- 5 *Rex non potest auferre rem alienā, vel alteri concessam ex causa onerosa, nisi soluto pretio.*
- 6 *Concessio, quę se refert ad Priuilegia retro Regum, non est noua concessio, sed simplex promissio de confirmando.*
- 7 *Cōfirmatio non tribuit robur Priuilegio, quod inualidum erat.*
- 8 *Confirmationes, quę fiunt à Dominis terrarum in principio suę creationis, non extenduntur ad petitiones, seu ad iniuste concessa, & ad preiudicialia.*

#### ALLEGATIO 3.

**Q**uod Priuilegia, & confirmationes, quę fiunt à Regibus in principio suę creationis, non extenduntur ad petitiones, seu ad iniuste concessa, & ad preiudicialia. Pro Fisco cōtra Ducem Termularum.

**S**I Dux Termularum obtinere vult † vigore priuilegij Ferdinandi Regis concedentis, aduertat; nam ex hoc solo debet excludi; non enim rata sunt Priuilegia illorum Regum Regi Catholico, nisi quatenus ipse per legem editam Thori approbavit, & hoc iure vsi sunt semper maiores nostri, nec fuit vnquam homo, qui prætendere ausus est aliquid ex eo, quod habeat priuilegia sola illorum Regum. Et si contrarium teneretur, non esset tutus Rex dimidia parte Regni. Non ergo sunt mutanda, quę interpretationem certam semper habuerunt; & in hoc possem multa effun-



effundere, vt sciatur, quo iure Rex Catholicus iustissime Regnum hoc obtinuit; quia tamen non videtur tractandum, omitto.

Nec dicatur, quod vltra priuilegium adest etiam possessionis translatio per constitutum. Primo quia possessio Marcianisij, prout desiderabant verba priuilegij, vt scilicet possideretur separatim à Ciuitate Capuæ, nunquam fuit penes Regem; quo fit, vt non transeat † in recipientem, quod non erat penes constituentem secundum veram, & communem opinionem in l. quod meo ff. de acq. poss. Secundo, quia idem Andreas iam asseruit Regi Catholico, quod nunquam possedit.

Si prædicta impugnantur, aduertat Dux, quod Ciuitas Capuæ inter alia priuilegia, erat tuta, vt semper teneretur in demanio Regio, & Alfonsus, qui hoc concessit, apposuit † clausulam derogatoriam cum decreto nullitatis omnibus concessionibus in futurum forte faciendis in contrarium, nisi fuisset vocata, & audita Ciuitas Capuana. Quo fit, vt non seruata hac forma in derogatione Ferdinandi, deficiat voluntas. Videatur Dec. qui plura ponit ad hoc cons. 10.

Accedant huic voluntatis defectui considerationes factæ, quod tempore eiusdem concedentis non fuit capta possessio, quod priuilegium, de quo agitur, non fuit in quinternionibus descriptum, prout alia duo concessa eodem die. Item confirmatio Federici omnium concessorum. Et quod de Marcianisio non adsit mentio, ista omnia faciunt, vt postquam ab eodem Rege concedente non fuerit tradita possessio, nec à Federico successore, sit credendum, & Regem noluisse, quod Priuilegium fortia- tur effectum, & Ducem concessionarium acq̄uiesse.

4 Vltius considero, quod † idem Rex concedens considerauit, quod Priuilegia concessa Capuæ etiam ex causa onerosa, & quæ in contractum transierant, non poterant reuocari etiam re-

muneracionis causa. Plene fundat Deci. cons. 286. & 292. in 3. dub.

5 Rursus † cōsiderauit forte idem Rex, quod non debuerat auferre ius tertij etiam pro causa publicæ vtilitatis, si potuisset aliunde remunerare, prout iam fecit, & isto casu debebat solui pretiū, & interesse Capuæ. Videantur in hoc posira per Loffred. in tit. de nat. succ. feud. fol. 52. qui multa dicit ad intellectum l. item si verberatum ff. de rei vendicat.

Si Dux fundat se in Albarano anni 1502. in quo promittitur confirmatio, immò confirmantur omnia, quæ tenebat vigore priuilegiorum retro Regum, aduertat primo, nam vere non est noua concessio, † sed simplex promissio de confirmando; postquam se refert ad priuilegia retro Regum, secundum veram opinionem Andr. in cap. 1. de vass. decrep. atat. Et postquam respectiue ad Capuam Priuilegium Marcianisij vel erat nullum defectu voluntatis, vel iniustum respectu interesse, quod non reficiebatur, ex hoc fit, vt omnis confirmatio Regis Catholici non validet, † nec tribuat robur. Videatur Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 8. l. 1. nu. 8. & 9. vbi allegando Felin. in cap. 1. col. 4. vers. 6. declarat de probationibus, infert. quod confirmationes, † quæ fiunt à Dominis terrarum in principio suæ creationis, non extenduntur ad petitiones, seu ad iniuste concessa, & ad præiudicialia. Ad quod faciunt posira per Afflict. in prælud. feud. q. 3. num. 4. Rex Catholicus nedum promisit confirmare, vel forte confirmauit in initio suæ creationis, sed antequam esset Rex istius partis Regni, rogo, vt aduertatur, si fuisset dictum Regi Catholico, quod priuilegium concessum erat in præiudicium fidelissimæ Vniuersitatis, quod fiebat sibi iniustitia, dum concedit, & separat Casale, non soluto interessu, dum tollebantur iura Curia in tenendo in demanium rem tantæ importancie; item quod tempore Ferdinandi non fuit notatum Priuilegium in quinter-

nionibus, quod non fuit eo tempore capta possessio, quod Federicus confirmavit omnia reliqua, & de Marcianisio verbum nullum, quis dicet, quod confirmasset tale Priuilegium? Accedat, quod Andreas nunquam de hoc fuerat conquestus tempore Ferdinandi concedentis, & Federici patris confirmantis; cum tamen illis temporibus omnis recursus, & petitio ipsius visa fuisset iusta, & fauorabilis. Hęc voluntas Regis Catholici augetur ex euentu, dum de mense Octob. reuocat promissum, seu concessum Andree, & Capuz restituit, & postea de mense Decembris confirmat omnia sigillatim eidem Andree, & de Marcianisio non meminit. Si igitur Priuilegium Ferdinandi non prodest, confirmatio Catholici non suffragatur. Per predicta non remanet locus nec petitioni Marcianisij, nec interesse contra Fiscum; postquam Rex reuocando fecit iustitiam, & Dux Andreas semper acquieuit.

#### ADDITIONES.

**A**D numerum tertium, in hoc articulo si Rex concedit Priuilegium Vniuersitati, vt illa sit semper in Demanio Regis, an non obstante hoc Priuilegio, possit reuocare Demanium, & alteri vendere. Dicat, quod potest ex plenitudine potestatis reuocare Demanium. Crauet. conf. 54. vol. 1. Soccin. conf. 4. nu. 8, & 19. volum. 3. & in conf. 57. vol. 3. Suar. alleg. 9. Licet contrarium teneat Neuizan. inter consilia Brun. conf. 12. nu. 120.

Circa eandem materiam Demanij. Ad petendum Demanium Vniuersitates an admittantur, & quare facta alienatione per vtilis dominos ipsorum Feudorum, & quid vendita cognitione secundarum causarum, & aliorum iurium per Regem ipsis vtilibus dominis, an etiam Vniuersitates ipsę admittantur ad reemptionem pro eodem pretio, quo venditę fuerunt. Vide de Franch. decis. 17. nu. 3. 7. 12. & 21. vbi est decisio, & si Demanium non fuerit petatum per Vniuersitatem infra annu a die factę alienationis per vtilis Dominos, an ipsis competat restitutio infra quadriennium. Vide in eadem decis. num. 17. & Demanium an possit peti per vnā ex terris vnico pre-

tio venditis, alijs non petentibus, vide in eadem decis. nu. 22.

Contra has allegationes mei Patris scripsit Ioannes Vincentius de Anna in allegatione 69. sed succubuit in causa; quia lata fuit sententia in Regia Camera Summaria pro Fisco, & pro Vniuersitate Capuz contra Illustrissimum Ducem Termularum, prout audiui a meo Genitore.

In hac materia de Pragmatica edita Thori ad numerum primum addo, esse verissimum, quod scripsit meus Genitor hic, ad cuius confirmationem legantur, quę eruditissime scripsit Consiliarius Ioannes Andreas de Georgio in allegatione 13. in princ. vsque ad num. 3.

*Abb. Io. Hieron. de Maura.*

#### SUMMARIVM.

- 1 *Baro non potest alienare bona feudalia Baronie sine assensu, nec etiam per viam subinfudationis in Regno.*
- 2 *Ex longo, vel longissimo tempore non presumitur assensus in Regno.*
- 3 *Tempus immemorabile habet vim assensus presumpti contra Baronem concedentem, sed non contra Regem, qui nullam notitiā habuit talis concessionis.*
- 4 *Licet ex temporis antiquitate omnia sint presumenda solemniter acta; hac tamen procedit, quando effectus, qui apparet, conuenit, et correspondet tali presumptioni.*
- 5 *Emens a pupillo rem aliquam, illamq. diu possidens, solemniter facta presumitur venditio.*
- 6 *Omnis presumptio, quę posset oriri ex antiquitate temporis, circa assensum presumendum, cessat, quando ex lectura concessionis apparet, nullum assensum interuenisse.*

- 7 *Validum est argumentum à concedentis consuetudine.*
- 8 *Vassallus, qui per annos triginta, & ultra possedit Feudum cum praestatione seruitij, licet se possit defendere contra Baronem concedentem ex praesumpta inuestitura; hoc procedit, quando est Feudum integrum, aut ipsius quota, non autem si est res particularis Feudi.*
- 9 *An ius, quod habet Baro, reintegrandi rem à se minus legitime alienatam, sit praescriptum longissimo tempore. Quid de tempore excedente centum annos.*
- 10 *Titulo inualido detecto, nulla iuuatur praescriptione possessor.*
- 11 *An praescriptio finita per possidentem Feudum contra Baronem utilem Dominum, noceat directo Domino, ad quem Baronia deuoluitur.*
- 12 *Feudum praesumitur concessum secundum propriam Feudi naturam, nisi concedatur sub natura Feudi franchi à seruitijs.*
- 13 *Naturalia non solum in parte, sed in totum possunt alterari.*
- 14 *Ob non praestationem seruitij Feudum amittitur; quod qualiter intelligatur, hic latius.*
- 15 *Inuestitura, quae sunt in forma communi, non requirunt probationem veteris inuestiturae enunciatae.*
- 16 *Inuestiturae Baronum facientes mentionem de alijs inuestituris antiquioribus non tamen apparentibus, nihil profunt.*
- 17 *Si seruitium probetur quandoq.*

*praesitum Baroni, sed non continuatis temporibus, an sit praesumendum semper praesitum.*

18 *Si Baro concedit Feudum uno modo, & Rex assentit alio, concessio non tenet, & rei concessae dominium non est abdicatum à concedente.*

19 *An sit credendum dicto Baronis concedentis, asserentis, esse bona ex cadentialia solita concedi, quod est decimum, & ultimum dubium, ut infra.*

## ALLEGATIO 4.

**D**Euoluta Baronia ad Fiscum per rebellionem Baronis, si Fiscus possit reintegrare bona feudalia male alienata per Baronem, & quae requirantur Pro Fisco contra subfeudatarios olim Principis Salerni rebellis.



**M**NIA, quae Fiscus tractat super reintegrandis bonis indebite alienatis per olim Principem Salerni, quae possidentur per multos particulares conuentos, respiciunt capita infra scripta, à quorum decisione pendet finis multorum processuum; proinde, ut singulis capitibus discussis, liqueat de iustitia Fisci, videnda sunt infra scripta.

Primo, utrum bona, de quibus agitur, fuerint talia; quae potuerint concedi per solum Baronem absque Regis assensu.

Secundo, si erat necessarius assensus, qui nec apparet expeditus, nec in concessione Baronis enunciatur, an sit ille praesumendus.

Tertio, si assensus non est praesumendus, an ex vi tatis tituli possidens potuerit praescribere contra Baronem; ita

vt si Baro voluisset ipsum reintegrare, potuisset excludi præscriptione.

Quarto, si præscriptio prædicta processisset contra Baronem, an si Baronia deuoluatur ad Regem, Regi volenti reintegrare opponi possit præscriptio completa cum Barone.

Quinto, si dicta præscriptio processisset contra Baronem, & successiue possit opponi contra Regem, quantum tempus requiratur ad dictam præscriptionem complendam, & quæ requirantur.

Sexto, quid sit dicendum de possidentibus absque titulo, & allegantibus, bona esse feudalia, sed fuisse per eos, & authores possessa per tempus immemorabile, nulla tamen seruitij præstatione probata.

Septimo, quid de producentibus solas inuesturas Baronum, quæ tamen mentionem faciunt de alijs inuestituris antiquioribus, non tamen apparentibus, & allegatur, ac probatur possessio sine tamen seruitij præstatione.

Octauo, quid si seruitium probetur quandoq; præstitum Baroni; sed non continuatis temporibus, an sit præsumendum semper præstitum.

Nono, quid si super aliquibus concessionibus per Baronem factis appareat vel confirmatio, vel assensus Regis, qui confirmat, vel assentit alio modo, quam cantet concessio, num ruat concessio, & si isto casu præscriptio prodesse possit.

Decimo, & ultimo, quid dicendum sit de illis bonis, quæ in concessione asseruntur esse excadentia, & solita concedi, an standum sit soli assertioni Baronis sic dicentis: & in omnem euentum dato, quod sint solita concedi, quomodo, & sub quo rebitu potuerint concedi.

Quoad primum, Dum bona, quæ tractantur, ¶ non negantur feudalia, & alienantur, vt talia, Fiscus habet intentionem fundatam, dicens, alienationem nullam sine assensu ex l. Regni diuæ memorie; cum præsertim ex lectura scri-

pturarum appareat, bona ipsa esse particularia Feudi: quo fit, vt tanto minus valeat alienatio, vt pote quia feudale seruitium diminuitur; vt considerat lex Regni, quæ incipit (Consuetudinem) in quibus est penitus interdicta Baroni alienatio. Paris in tractat. feud. cap. 4. & 5. & dum d. l. diu. mem. concedit Baroni facultatem alienandi excadentias tantum, & illas sub solito seruitio, iam præsupposuit regulam in contrarium, vt exceptio sit de regula; & in hoc non insisto, quia articulus est sine dubio; nec me mouet, quod alienationes apparent factæ per viam subinfeudandi, quia quicquid potuisset dici de iure communi Feudorum, hoc totum celsat hodie ex generali prohibitione alienandi.

2 Quoad secundum articulus ¶ iste satis latè discutitur à Doctoribus, & quod ex longo, vel longissimo tempore non præsumitur assensus ex verbis l. Constitutionem diu. mem. ibi de speciali nostra licentia. Videatur Fricia, qui diffusè tractat in 2. lib. q. 28. & sic affirmat. Verum ¶ quando tractatur de latiori tempore memoriam hominum excedente, ipse videtur aliter sentire, quod modo non discutio; tantum aduerto, quod in omnibus causis, quæ tractantur, si possidentes habent titulum à Barone ab annis centum, vel ultra, & volunt, talem titulum adiuuari assensu præsumpto, hoc prætere non possunt contra Regem, cum quo dicto tempore antiquissimo nil gesserunt; ita vt actus possessiui profint alleganti assensum contra illum, cum quo sunt tales actus, & successiue hoc esset verum contra solum Baronem, cum quo adest seruitij correspondentia, & ex hoc sequitur notitia: sed quod ex hoc inferatur ad præsumptum assensum Regis, qui nesciebat, istum, qui conuenitur hodie, possidere rem aliquam feudalem, nec si pro ea præstat seruitia, iam quod à Barone, qui concesserat, habet iura sua omnia, de iure fundari non potest, immo totum contrarium. Ita in specie tenuit

tenuit Felin. qui videatur extra de re iud. cap. sicut i 6. colum. vers. septimo, & ultimo declara. ibi (bene fateor) qui allegat Alexand. in cons. incip. visio themate superscripto in fine, quod est cons. 9. vol. 3. Hoc idem in his terminis fundat Camer. car. 8. col. 2. Ibi (illud tamen te latere nolo allegat) post Alex. text. in l. item veniunt §. petita l. 2. ff. de petir. hered. Tenet las. cons. i 76. in fin. ibi tertio principaliter, præsumptio, quod Rex assenserit, certè fundari debet in aliquo rationabili, & hoc totum est ipsa temporis antiquitas, cuius cursus cum seruitiorum præstatione nota iam ipsi Regi suadet, ut Rex non tolerasset talem, ut feudatarium, nisi vere ille fuisset, & proinde quando vult reintegrare ad eius curiam bona, quæ iste talis possidet, excluditur præsumptione proprii consensus. Ita Bald. in l. siue possidetis in 4. oppos. de probat. sequitur Dec. cons. i 18. num. 2. & cons. 121. vers. fin. & cons. 135. in princ.

4 Suadetur † hoc alia ratione, nam semper iura dicentia, quod ex temporis antiquitate omnia sint præsumenda solemniter acta, procedunt, quando effectus, qui apparet, conuenit, & correspondet tali præsumptioni. Ita procedit text. in l. si filius C. de petir. hered. vbi præsumitur iussus Patris in aditione hereditatis facta per filium, quia filius possedit, patre viuente, & sciente, & sic effectus possessionis bene consonat præsumptioni iussus. Idem dicit Ang. in eo, qui emit à pupillo rem † aliquam, & diu possedit, præsumitur solemniter facta venditio in l. qui aliena §. i. ff. de acquir. hered. Correspondet enim effectus possessionis tali præsumptioni, & reliqua omnia, quæ in similibus allegantur, ita procedunt. Quod autem isti conuenti à Fisco, ex eo quod possederint bona à Baronibus concessa, ex tali possessione nota ipsi Baroni tantum, & nõ Regi velint inferre, quod Rex, qui ista omnia ignorauit, assenserit alienationi factæ per Baronem, fundari nullatenus

potest. In suo cedulaio habet Rex feudatarios suos descriptos, ab illis seruitia recipit: Baro, qui concesserat huic possidenti, est ille, qui præstabat integrum seruitium Regi, non quærit Rex ultra, iam quòd habet suum intentum, & proinde ex actibus ignoratis non potest inferri ad præsumptum assensum; ut ex his sustineri possit, quod quando conuenti se defendunt contra Regem, sola ostensione tituli, quem habent à Barone cum ipsius Regis assensu præsumpto, non bene dicant; nulla temporis antiquitate suffragante. Accedit his, nam postquam ex lectura † concessionum, quas Barones fecerunt, apparet nullum assensum interuenisse, quia nec de eo saltem mentio aliqua fit, omnis præsumptio, quæ ex temporis antiquitate colligi solet, cessat. Dec. cons. i 3. qui allegat Paul. cons. 48. in causa, quæ vertitur, & Felin. latè in d. cap. sicut de re iud. Nec dicatur, quod postquam assensus Regius est talis, qui interuenire potuisset seorsum ab ipsa concessione, non potest adeo stringere coniectura, quæ sumitur ab ipsa inspectione instrumenti, ut non possit sustineri, quod assensus interuenierit, ut considerant Doctores in l. sciendum de verbor. obligat. Nam talis coniectura tollitur per alias urgentiores. Prima est, quod in omnibus concessionibus, quas producunt conuenti in omnibus processibus, quorum expeditio tractatur, apparet idem modus concedendi proprio iure, nulla Regij assensus mentione, aut consideratione prorsus habita. Quo fit, vt arguendo à consuetudine † concedentis ff. de pigno. actio. l. vel vniuersorum ff. de vsur. l. qui semisses, tenendum sit, quod omnia concedebantur à solo Barone. Secunda ratio est, nam feudatentibus interdicta est illorum alienatio ex omni iuris dispositione, solum datur potestas alienandi cum Regis assensu; si alienans non exprimit, se illud facere sub tali potestate, demonstrat nolle ea uti, & actus, qui fit, non sustinetur. Alex. cons. i. nu. 8. vol. 4. allegat text.

text. in l. 3. §. 1. vers. & siquidem iud. solui. Inde inoleuit practica, vt disponens de re feudali, quę sui natura pro actus validitate requirit assensum, semper referuet assensum. Putabat Princeps Salerni munificentissimus omnia posse iure proprio, hoc ipsum suadent verba concessionum, & priuilegiorum. Tertia ratio est, antiquus mos, & stylus Cancellarię Regię, ex qua assensus emanare soliti dicuntur semper, iuribus curię semper saluis, & quod feuda teneantur ab ipso Rege; non est enim credendum voluisse Vicereges assentire tot alienationibus tendentibus ad totalem feudorum diminutionem, dum omnia apparent concessa sub modicis redditibus.

8 Quoad tertium aduerto; nam aut possidens rem feudalem dicat aduersus Baronem, † quod ipse fuit inuestitus de feudo, quod possidet, & ad hoc probandum inducit præstationem seruitij per annos 30. & licet posset se defendere autoritate text. in §. si quis per 30. si de feud. fuer. controu. quia tamen res, de qua agitur, est particularis feudi, & non est feudum integrum, aut ipsius quota, sequitur quod ab initio non valisset inuestitura facta per solum Baronem sine assensu; sequitur, quod non possit plus operari præsumptum, quam si verè appareret illud, de quo præsumendo tractatur. Non enim aliud opponit vassallus possidens contra Baronem volentem reintegrare, nisi quod fuerit ab eo inuestitus, & hoc vult, præsumi ex illa longa seruitiorum præstatione. Replicabit Baro, quod quamuis hoc verum sit, adhuc tamen reuocat inuestituram auctoritate l. diu. mem. Non enim sunt hi termini text. in d. cap. si quis per 30. quod loquitur vel quando possidens cum seruitij præstatione vult contra priuatum præscribere, vel quando ex illa præstatione vult inferre ad præsumptam inuestituram habitam à Domino directo, vt ibi Andr. considerat, & clarius in Constit. cōsuetudinem; vt ex his concludatur,

quod si aliquis ex conuentis ostendit concessionem Principis sine assensu, etiam quod probet seruitiorum præstationem per annos 30. non erit tutus contra ipsum volentem reintegrare, quod si iste possidens tenuerit feudum cum dicta concessione Baronis, nullo assensu apparente, & possessio fuerit satis vetusta etiam centenaria, in hoc puto aduertendum, quod nullatenus aptari possunt ad hoc termini præscriptionum, iam quod vassallus habet certum titulum, rursus habet possessionem à manu Domini, quo fit, vt contra concedentem non cadat obiectus præscriptionis. Sed bene queri potest, an illud ius, quod Baro † habet reintegrandi rem à se minus legitime alienatam, sit præscriptum, in quo articulo concludunt Doctores, posse præscribi dictum ius reintegrandi spatio triginta annorum.

Hęc opinio admitteret discussionem aliquam de iure communi, & quia non videtur necessarium, pro nunc non impugno, nam discurrendo processus omnes, pauci conuenti reperiuntur, qui solo tempore annorum 30. iuuentur, sed omnes, qui concessionem producunt, tuti sunt tempore longe vetustiori; sed in hoc Regno hodie per dictam Consuetudinem, Consuetudinem, cum sequenti, bona particularia feudi, & successiue illud ius reuocandi dicta bona particularia malè alienata non præscribuntur minori tempore annorum centum, & hoc iure vtimur, ita vt solum tractandum sit de eo, qui vigore talis tituli possedit per tempus centum annorum, & isto casu, quia contractus omnino reprobatus est, etiam ratione publicę vtilitatis, procedit cum læsione feudi, cuius seruitium ex hoc minuitur, non adest aliqua naturalis æquitas, quia fortè, possidens haberet ex causa onerosa; ex his omnibus fit, † vt detecto errore ex inspectione tituli, nulla præscriptio profus possit prodesse, quamuis antiquissima, in quo videri possunt cumalata per Modernos in tractat.

Stat. de antiquit. temp. par. 4. cap. incip. Materia ista num. 6. ibi, sed pro clirioni intelligencia, vsque ad num. 15. vt sic possit concludi, quod data etiam possessione vassalli vetustissima, vigore tamen tituli ex sui lectura inualidi, Baro alienans possit reintegrare.

Quoad quartum, aduertatur, nam licet ex verbis † Andr. in cap. 1. §. quid ergo de inuest. de re alien. fact. iunctis dictis per eundem in cap. præterea, vers. hic vetius dicitur de Capit. Corrad. videatur colligi, vt præscriptio finita per possidentem feudum contra Baronem, vtilem dominum, noceat domino directo, ad quem deuoluitur Baronia, hæc tamen opinio sic intellecta simpliciter contineret manifestum errorem, si foedere distinctionis apertius non declararetur, & proinde ex mente aliorum Doctorum considerandi sunt quatuor casus. Primus erit, quando Baro alienat rem feudalem, & emptor possidens præstat seruitium directo domino per tempus annorum 30. certè tutus erit per istud tempus contra vtrumque, iuxta terminos cap. si quis per 30. si de feud. fuer. controu. & istum casum non tractamus in omnibus processibus Regiæ Camere. Secundus casus est, quando possidens tenet rem, vt burgenaticam, & propterea nunquam seruitium aliquod præstitit, aut præstare intendit eo sub pretextu, quia dicit rem liberam, & similiter ( probata feudali qualitate per Fiscum ) nulli dubium est, si possessor probauit liberam possessionem per tempus immemorabile, vel verius centum annorum: tutus erit etiam contra Fiscum ex noua dispositione l. Regni consuetudinem, & de hoc similiter non agitur. Nam omnes conuenti fatentur, bona esse feudalia, & sic non prætenditur qualitas burgenatica. Tertius casus est, quando possidens fatetur iam rem esse feudalem, & nihilominus possedit, vt liberam, absque seruitij præstatione, quia est in mala fide, nulla temporis præscriptione potest se defende-

re. Quartus, & vltimus casus est, quando possidens feudum absque legitimo titulo præstitit tamē Baroni, à quo causam habet, seruitium, & Rex directus dominus nullam de hoc notitiam habuit, aut habere potest, quia integrum seruitium sibi debitum recuperauit iam à Barone alienante, & sic ciuilem possessionem suam nunquam perdidit Rex, isto casu nulli dubium est, præscriptionem aliquam domino directo opponi non posse, quatinus prætendatur illam fuisse completam cum Barone. Non enim est, quod Regi possit imputari, qui non potest, aut debet cogi habere in vassallum alium, quam quæ ipse elegerit. Hæc quatuor casus sic distinctos multis, & solemnibus auctoritatibus fundat Crauet. qui videatur in 4. par. §. absolutis 8. q.

Ex præcedentibus videtur iam resolutum quintum caput, iam quod fundatum est, habentes titulum à Barone non posse prætere præscriptionem, ius autem Baroni competens reintegrandi rem male alienatam, licet de iure communi potuisset cum præstatione seruitij præscribi spatio annorum 30 ex vi præsumptæ inuestituræ, quia tamen vbi apparet titulus, non cadit præsumptio, & ex prædictis fundauit, assensum Regium non præsumi interuenisse, merito nil est, quod possit defendere possidentem tam contra Baronem, quam contra Regem, ex prædictis.

12 Quoad sextum aduerto, † nam postquam possidens non negat, rem à se possessam esse feudalem, nec allegat, feudum fuisse concessum franchum à seruitijs, præsumetur datum secundum suam naturam, postquam videmus in alijs concessionibus feudorum Barones sic fuisse consuetos secundum Andr. in §. huius autem generis, ex quibus causæ feud. amit. & quia hoc seruitium naturale est non substantiale in feudis, ex hoc fit, vt alterari possit in toto, † vel in parte, ad not. per Glos. in l. pacta conuenta ff. de contrah. empt. inde fit,

vt



vt simpliciter concedi possit feudum franchum à seruitijs, de quo per Oldrad. conf. 234. latè Moderni Beneuentani in l. imperialem cart. 34. vel quod sit certum seruitium in cap. 1. S. fin. in quibus caus. feud. amitt. & nota. in summa Ardiz. car. 9. tit. vtrum illæ res. Quando autem simpliciter datur, maximè ab eo, qui non posset seruitium remittere, & consuevit similia concedere sub seruitio, præsumetur semper sic facta concessio possidenti, ita vt obliganti hanc remissionem seruitij incumbat onus probandi, & quia nec allegatur, nec prætenditur, merito erit aliud considerandum, si ob seruitium non præstitum cederit possidens, † à feudo, & in hoc quicquid potuisset de iuris rigore prætendi, per text. in S. sed nec alia iustior, quæ sit prima caus. benef. amitt. & quæ ibi plene not. per omnes post Andr. & per eundem in Constitut. si. vassallus, omisa etiam disputatione, si vassallus requirendus erat necne, quæ in eisdem locis diffusè tractatur, quia hic possidens vsque ad litis decisionem in sua pertinacia persistit, nec seruitia, & omnia alia, ad quæ tenetur de iure, offerre curat, non est dubitandum, debere eum condemnari, vtpote supprimentem seruitium, immo illud expresse negantem.

Videantur ad prædicta posita in tractatu reintegrat. cart. 20. cap. an si propter, & cart. 31. cap. fuit alias coram me. Prædicta vera essent, quando pro isto possidente præsumenda esset concessio, & quidem valida, vtpote cum assensu Regis; sed quia de concessione non constat, & actus correspondenti præstationis seruitiorum, ex quibus inducebatur præsumpta concessio, nec probantur, nec allegantur, merito nil est, quod hunc possessorem defendat, maximè hodie contra Regem, cui non possunt nocere gesta, & tractata inter possessorem Feudi, & Baronem concedentem, vt superius fundatum est.

Septimū caput, licet videatur deci-

sum ex positis per Oldrad. conf. 12. r. q. 2. tamen illud procedit in principali concessione facta ab eo, qui potuisset pariter facere primam, sed quando fuit istæ inuestituræ, nil noui tribuitur, nec dispositio aliqua inducitur, inde est, quod à minore fieri possunt cap. 1. per quos frat. inuestitu. & præsertim quan-

15 do fiunt † in communi forma; quo fit, vt nec inducatur probatio veteris inuestituræ enunciata, nec aliquid validum disponatur. Pulchre Oldrad. conf. 164. viso priuilegio Ludouici. Quicquid tamen sit ex prædictis, apparet nil etiam posse proficere possidenti, quod præsumatur prima inuestitura alterius. Baronis enunciata in hac vltima, postquam dato, quod produceretur, non prodesset.

16 Quoad octauum caput † videtur mihi satis æqua opinio, vt si appareant præstationes seruitij per aliquos annos, an sit tenendum, quod pro reliquis sit satisfactum, valeat multum arbitrium Iudicis; quid enim si quis probat seruitia præstita per extremitatem temporum? Bart. in l. Celsus ff. de vsucap. dicit præsumi, pro medio tempore fuisse præstita. Similiter si appareat trina solutio continuatis annis, ad l. quęcunque de apochis publicis; & idem dicerè, considerata qualitate domini, si esset forte onerosus in recipiendo, & possessoris, si esset delicatus in præstando, præsumam ex his qualitatibus solutum, vel non. Videatur Paris in tract. reintegrat. cart. 41. cap. sequitur alia quęstio, licet hæc præstatio seruitiorum, quæ appare-

17 ret facta Baroni, non posset † præstantem releuare, per supradicta; tanto fortius cum videamus, huiusmodi lites fuisse motas contra possidentes omnes, sunt iā anni ferè viginti. Quo casu nulli dubium erat, istos conuētos, qui causam habebant ab olim Principe Salerni, potuisse, ac debuisse scire pro rebus ab eis possessis teneri Regi Curie, ad quam deuoluta sunt iura omnia Principis. Quo fit, vt videantur in maiori perfi-



perfidia constituti, postquam saltem nõ obtulerunt velle seruire Regi in eo, ad quod de iure fuisset obligati, iam quod etiam lite mota super feudo, tenetur interim vassallus seruire, postquam fructus percipit, secundum Bald. in cap. 1. quid sit Inuestit.

38 Nonum caput ¶ videtur sopitum, ex plene congestis per Friciam in 2. lib. q. 34. & hoc iure vtimur passim, vt si dominus concedat vno modo, & Rex assentit alio, Concessio non teneat, & rei concessæ dominium non sit abdicatũ, quò fit, vt libere liceat Fisco talem rem vendicare.

Vltimum positum est ex abundantj, non enim memini in processibus, ¶ qui tractantur in Camera de bonis olim Principis Salerni, esse scripturas huiusmodi, & dubium potest decidi ex notatis per Bar. in l. forte de Castr. pecul. vbi plura posui.

ADDITIONES.

**A**D numerum quartum, Addo, quod cõ in Regno non sufficiat tacitus, sed necessarius expressus consensus, opus est, vt vere probeatur in Rege, quod assentierit, & non præsumatur. Ita Afflic. in cap. 1. de controuerf. Inuestiti. colum. 18. vers. Aduerte tamen. Et hanc opinionem tenet Andr. in cap. 1. colum. 3. de prohib. feud. alien. per Lotar. & Fricia de subfeudis, in 2. lib. q. 28. Ergo non sufficit præsumptio temporis; quia non producit actum verum. Sic ex pluribus confirmando opinionem mei Genitoris, fundat Io. Vincent. de Ann. in Repet. Constitutionis constitutionem diuæ memoriæ num. 49. cum seq. quem videto. Bene verum, quod Afflic. in decis. 243. num. 3. in 2. dubio dicit, fuisse decisum, posse probari assensum per testes, licet ipse contrarium tenuerit, sed loquitur in assensu Baronis, non Regis. Idem Afflic. in decis. 398. & Vrill. decis. 243. num. 9. dicit, posse assensum per testes probari, & quod ita practicetur in Sac. Conf. & plura allegant, tamen vera essent hæc in assensu Baronis, non Regis, prout supra diximus.

Sed quod in Regno non iuuet præsumpta Inuestitura ex tempore, dum Rex sit absens à Regno, & sic in præiudicium Regis non valeat, vide Annam in Repet. c. 1. de vassallo decrepat. nu. 447. usque ad fin. dum

allegat Franciscum Reuerterium, & concordat cum meo Genitore hic. Addo etiam ad num. 8. Consiliar. de Georg. in alleg. 14. nu. 5. 6. & in alleg. 3. nu. 13. Abb. Io. Hieron. de Mauro.

SVMMARIVM.

1. *Fiscus non tenetur de euictione ex facto superueniente post venditionem, secus ex facto ante venditionem.*
2. *An, & quando ex actu nullo transferatur possessio.*
3. *Contractus permutationis quando dicatur perfectus.*
4. *Traditio, que permutationem perficit, non ex tunc, sed ex nunc actum perficit.*
5. *Consensus, qui pro validitate actus requiritur, non ex tunc, sed ex nunc actum validat.*
6. *Retrotractio non potest fingi in contractu non perfecto.*

ALLEGATIO 5.

**Q**Vando Fiscus teneatur de euictione. Pro Fisco contra Marchionem Padulæ.



**N**ON procedit euictio, quam præcedit Marchio Padulæ ex infra scriptis, ex contractu venditionis Ladislai Regis, quæ facit Massono Carbono, in quò præ-

tenditur promissa euictio. Non procedit, primo, quia ex spolio (si verum esset) facto per Ferdinandum Primum, nõ nascitur casus euictionis, ¶ quæ procedit, quando res vendita non reperitur libera, vel mouetur lis pcedens ex causa ante venditionem; non autem ex eo, quod forte dependet ex facto superueniente post. Casus est, qui videatur in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.

C Et

Et facit ff. de euctio. l. cū in venditione ferui, in vltimis verbis, q̄ si Marchio cōtendat, sibi ius competere ex spolio (vt asserit) Ferdinandi, dū donat Sāctio Seniori. Responderur, q̄ hic non esset casus euctiois, immo potuisset excludi vigore talis tituli, quem Sāctius habuit auctoritate Pragmaticæ Thori, dato, quod fuisse iniuste spoliatus, & hoc satis demonstrat effectus sententiæ contra Marchionem lata. Secundo, minus procedit prætenso Marchionis contra Regem Catholicum non obligatum ex contractibus Ladistai, vtpote non hæredem, vt fuit pluries discussū, & seruātū.

Si dicat Marchio, Fiscum teneri ex eo, quia Rex Catholicus spoliatus Sāctium Terra Motulæ dedit causam liti, motæ per eum cōtra Iacobum Patrē, & ex hoc teneri debeat ad omne interesse inde sequutum, vltra q̄ hoc non procedit de iure, aduertatur tamen in facto.

Rex Catholicus pro suis necessitatibus vendit Terram Motulæ Duci Traiecti, quam asserit teneri à Ioāna Regina. Videatur fol. 142. & ponderetur ibi, in præsentiarum tenebat, & ex hoc, vel quia Ioanna possidebat, vt supra, vel quia Ciuitas Motulæ rāquam de Regno spectabat ad Regem Catholicum, potuit proinde facere quicquid voluit.

Nec est verum, quod Sāctius possidebat Motulam, quia illa detentio paucorum dierum non habuisset effectum iuris, nec facti. Primo, quia Sāctius nō habuit legitimam personam alienandi, & in hoc sufficiunt allegata per Aduocatos Comitum. Secundo, dato, quod tenuisset Motulam per aliquos dies, hæc tamen detentio nullius fuit momenti, aut effectus, pro quo aduertatur.

Permutatio, quæ fit inter Federicum, & Sāctium est sub die 15. Iunij 1501.

Sāctius dum credebat, posse capere possessionem Motulæ vigore permutationis, non potuit, fuitq; proinde opus adire Regem pro obtinendis litteris, vt cōsignaretur possess. Rex Federicus pro hoc aditus, scribit Duci Calabriae eius filio, vt provideat, quod possessio con-

signetur, & hoc die 27. Iulij 1501. legitur fol. 385. Allust. Dux Calabriae, habitis litteris Regijs, mandat, q̄ possessio tradatur, & hoc die 22. Augusti, videatur eodem fol. à ter. Capitur postea hæc possessio die 24. eiusdem Augusti; vt ex hoc colligatur, quod omnia ordinata pro hac possessione tradenda tantquam facta post diem 25. Iulij, sunt penitus annullata ex Pragmatica Regis Catholici hoc disponente; & in hoc sufficiunt verba ipsius Pragmaticæ, ibi, scripturasq; alias.

Si dicat Marchio, ex hoc actu nullo t̄saltem transferri possessionem ad terminos. l. 1. S. si vit vxori. ff. de acq. poss. aduerto, id nō procedere in casu isto, in quo agebatur de sola possessione transferenda per illum ordinem nullum. Ita tenet glo. in l. si eum, qui mihi, in verbo iure ciuili. ff. de donat. inter vir. & vxor. s̄m primam solutionem, vel secundum vltimam, q̄ transfertur, sed non quoad effectū; & quia Rex Catholicus voluit per suā Pragmaticā cassare cōtra disposita p̄ Federicū, si diceremus, possessionē esse trāslatam, lex esset imposita verbis.

Nec dicat similiter, Pragmaticā non procedere, postq̄ tractabatur de exequendo contractum factum tpe licito, iamquod permutatio facta erat tēpore licito, quo casu quādo tradit possessionem rei permutatæ, nihil tunc dat, sed datum exequ. ad tex. in l. hæredes palā ff. de testam. quia hoc de iure nō est verum, & proinde considero, q̄ in hoc contractu permutationis Rex nō erat obligatus tradere possessionem Motulæ præcisè, itaut eo non tradente, Sāctius potuisset talem traditionē petere, sed prouiderat iam lex reseruādo recursū ipsi Sāctio ad Terram Padulæ datā in permutationē Motulæ. Casus est in l. in fi. ff. de rer. permutatio. & ex hoc fit, quod postquam in permutatione traditio nō est actus necessario consecutiuus, nec veniebat de contractus natura, hæc possessio tradita, fuit actus de per se, non autem ad necessariam executionem, & consequentiam permutationis.

Vel

- Vel secundo, & melius, dum præcedebat permutatio, iste contractus poterat dici ex hoc solo perfectus omni sua perfectione, † postquam res tradita non erat, quæ rei traditio contractum ipsum perficit Glo. not. in d. l. 1. in verbo post perfectam C. de peric. & commod. rei vend. allegat tex. in l. si quis alienam ff. de actio. empti. vbi videatur glo. in verbo, implere. Restabat ergo aliquid faciendum post solam permutationem pro illius vera, & integra perfectione, in quo videantur cumulata per Afflic. decis. 280. & possēt infinita ad hoc cumulari.
- Si ergo traditio Motulæ perficiebat † permutationem, illud facit ex nunc, arg. ff. de offic. procons. l. obseruare S. si. & tradit Bar. in l. Modestinus ff. de donat. & DD. notant. in cōsensu requisito pro confirmatione contractus, † vt si interueniat post illum, validet, vt ex nūc in l. si quis mihi bona S. iustum. ff. de acquir. hær. Si ergo Rex Federicus, dum facit permutationem solam, in effectu nil dat Sanctio, quod innitatur tali perfectioni contractus, sed quando tradit possessionem, tunc vere perficit, merito Pragmatica habet locū: Et quia per legem superuenientem, quæ annullabat penitus gesta Federici, res desinebat esse integra, nō potest dici, quod saltem opetretrotractionis traditio possessionis retrotraheretur ad permutationem, in quo sufficiant allegata per Deci. cons. 247. & vere talis Pragmatica fundata fuit in eo, quod Federicus Rex dicto tempore erat de Regno desperatus, vt illius verba suadent expresse; quod si in hoc verum amamus, nonne Federicus die 20. Iunii per viam protestationis consignari facit equum Pōtifici? & alia multa notantur, quæ ad idem conferunt.

Vt ex prædictis possit concludi, quod si Rex Catholicus disposuit de Ciuitate Motulæ ab alio non possessæ, facit, vt Dominus, & disponit de re sua, nec aliquis ex hoc potest conqueri.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. primum in hoc articulo quando Fiscus tenetur de euictione, Addo, quod si bona feudalia veniunt ad Fiscum ex delicto feudatarij, tunc Fiscus non tenetur de euictione, quia Fiscus non est hæres delinquentis, quando propter delictum succedit in eius bonis, vt in l. quoties, & l. nouatione. ff. de nouatio. DD. in l. si marito. ff. soluto matrimo. Bald. in l. sancimus S. cum autem. C. ad Trebell. Bald. in l. 3. C. ad leg. Falcid. & in l. tam mandatori. C. de non numer. pecu. in c. 1. qui success. tenea. in v. sibus feudorum.

Vide etiam ad num. 6. Consiliar. de Georg. in alleg. 29. nu. 13.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.


## S V M M A R I V M.

- 1 Si ex forma Inuestitura sit facta concessio alicui pro se, & descendens masculis, & feminis, non potest masculus descendens alterare formam successionis, & excludere feminas: nec sibi opitulatur Priuilegium Regis, vt possit disponere; quia illud intelligitur, natura Feudi in aliquo non mutata.
- 2 Femina in inuestitura Feudi pro masculis, & feminis, videtur substituta masculo; vt admittatur, masculo deficiente.
- 3 Quæ sint naturalia, & substantialia Feudi.
- 4 Ablatiuum absolutum inducit conditionem.
- 5 Rex concedens Feudum, simpliciter intelligitur concedere, prout ius intelligit.
- 6 Assensus genericus quid operetur.

- 7 *Habens potestatem donandi, debet pure, & libere donare, & non causa mortis, nec apponere conditiones.*
- 8 *Habens potestatem testandi in Feudo, non potest apponere fideicommissum.*
- 9 *Qui alienat Feudum, saluo assensu impetrando, non iuuat assensus genericus prius impetratus.*
- 10 *Assensus quandoque trahitur in Priuilegium dispensatiuum, & tunc est odiosum, & strictissime interpretandum, quia vulnerat legem. Quandoq; tollit obstaculum tantum non alienandi sine assensu, & tunc dicitur beneficium non priuilegium, & ideo late interpretandum.*
- 11 *Priuilegium dispensatiuum, quia est odiosum, censetur personale, & non transit ad heredes.*
- 12 *Priuilegium quando censeatur personale, & quando reale, Ita quod transeat ad heredes.*
- 13 *Prohibitio alienationis per verbum (ipse) est personalis.*
- 14 *Assensus non trahitur ad filios masculos ex secundo matrimonio.*

## ALLEGATIO 6.

**Q**uod non possit Priuilegium alterare formam primæ inuestituræ in damnum feminarum vocatarum in prima inuestitura. Pro Fisco.



Onatio anni 1518. in qua se fundant aduersarij, vt Illustr. Marchionem excludant, nullo iure defendi potest, vt pote deficiente valido assensu, &

proinde dictus Illustr. Marchio, qui de iure suam fundat intentionem in successione Patruj, debet obrinere. Nec defendit istam donationem assensus, quem conantur extorquere à Priuilegio Ferdinandi Primi in Anno 1466. concessio Diomedii primo, quia aduerso, quod quando idem Rex concedit, dedit pro recipiente, & hæredibus vtriusque sexus, vt in multis locis priuilegij videtur. istud ius præmissuum successione ipsiis fæminis, non potuit auferri Domino Marchioni à fæmina originem trahenti, tanquam quæsitum ex persona antiquorum. in c. 1. S. si vero de inuestit. de re alie. fact. Rursus in feudo taliter quæsitum, Fæmina videtur substituta masculo, † vt admitatur, masculo deficiente, in cap. 1. de eo. qui sibi, & hæred. suis mascul. & fæm. Si videtur quodammodo substituta, non potest sibi præiudicium generari à primo gradu, qui est masculorum, transferendo in alium iura succedendi. C. commu. de leg. 1. fin. S. fin. autem sub conditione. Ob quæ media, & alia sic consuluit Bald. in puncto in cons. 215. proponitur, quod Inuestituræ antiquæ volum. 2. Nec dicatur, ista procedere vbi non adest assensus Regis, qui in re præsentis iam prætenditur ex lectura eiusdem priuilegij, dum datur facultas disponendi, prout videbitur, quia nullo modo talis obiectus subsistere potest, & verba dicti priuilegij nullatenus suppleant assensum in dicta donatione.

Feuda, quæ concedebantur Comiti Diomedii, habebant eorum substantia-  
3 lia, † & naturalia, vt sit fidelis recipiens, & hæc erat ipsa substantia, in cap. porrò, quæ fuit prima caus. benef. amit. per Andr. colum. 4. in cap. 1. S. huius autem generis, in quibus cau. feud.

feud. amitta. inter concernentia fidelitatem, ultra contenta in cap. 1. de forma fidel. & de noua forma fidel. erat etiam istud, vt feuda non alienentur sine assensu. Hoc erat pars fidelitatis, vt pulchre fundat Franc. de Aret. conf. 143. col. Istud voluit Rex remittere Comiti Diomedes, & in hoc solo amico consulere, qui dummodo det. aequali, vt in cap. ex eadem de leg. Corrad. habet electionem personæ, & modi, & propterea tutius est habere hunc genericum assensum, vt Andr. consuluit in c. Imperiale. Tolluntur per hoc amaritudines, si concessum erat, vt daret. vni, quod non possit alteri. Rursus si voluit, vt vendat totum, an possit partem, & si concessit, vt donaret, an possit legare; super quibus omnibus Scribentes disputant in d. c. Imperialem, sed naturalia feudorum noluit Rex tangere, immo expresse dedit sub tali conditione inducta per ablatiuum absolutum l. a testatore de codit. & demonstr. feudi natura in aliquo non mutata. Quid aliud erat in hoc feudo naturali, nisi dicitur illud, quod cum feudo nascebatur, etiam si non fuisset dictum? ad not. per glos. in l. pacta conuenta de contrah. emptio. l. Regni, vt de successione vocat vtrumque sexum suo tamen tempore. Ponamus, quod Rex concessisset simpliciter feudum, † hoc erat intelligendum, prout ius intelligebat. ff. de seruitu. l. si cui ius vocabat feminas, ergo ab initio hoc natum fuit cum ipsa cessione, in qua tamen Rex satis aperte loquutus fuit, dum vtrumque successorem vocat, & noluit illud relinquere iuris dispositioni. Et quod modus succedendi in feudo sit ipsius natura, est tex. apertus in c. 1. de natura feudi. succes. & propterea dixit Bald. not. in conf. 207. quæstio est spurius 2. col. in princ. 2. vol. quod in feudo natura genus est, † & in prima inuestitura, eiusque tenore formatur, licet quandoque fiant pacta particularia, quæ derogant, & illa sint attendenda tanquam species. sic dicimus in c. 1. de feudo non hab. propriam nat. feudi. Noluit ergo Rex

concedens tollere naturalia feudi, immo illa reseruauit expresse, & voluit non posse alterari, vt sic videatur, quod priuilegium prædictum necum donatione non adiuuat, sed illa destruit, immo potest teneri, quod Diomedes, qui donabat in anno 18. & tenebat feuda vna lege, vt in eis succederent masculi, & foeminae, quia dedit alia lege, quam ipse habebat, nihil fecit, in c. profectio de lege Corra. & ista tendunt, vt dictum, priuilegium non præster assensum sic subintellectum.

7 Ex alio et ruit dicta donatio † quia quando proprie dicta facultas contra in dicto priuilegio esset tali sensu intelligenda, non potuisset Diomedes disporre aliter, quam pure, & simpliciter, per tex. in l. 1. ff. de donatio. in l. Attilius, & in l. si pater eod. tit. Ideo dixit Bal. in c. Imperialem 3. col. Quod si data est alicui licentia donandi, non donabit causa mortis. Allegat ff. de donat. l. filius, hac de causa Loffred. in conf. 7. fundat late, & satis bene meo iudicio, quod habens potestatem testandi non possit facere fideicommissum; † quæ opinio verior mihi videtur, quicquid alibi tenuerit Camer. & certe si donatio, de qua contendimus, inspiciatur, tota plena est nouis qualitatibus, & conditionibus.

8 Sec quid contendimus in hoc assensu, si Diomedes donans noluit eo vti, nec de eo vnquam cogitauit, aut aliquam habuit notitiam, tum quia heres, tum quia priuilegium prædictum reperitum est penes alios, per ea, quæ Aretin. not. conf. 15. Reuerendiss. Domine. Quo fiet, vt si de eo notitiam habere non potuit, non se fundauit, aut fundare potuisset in illo, quin potius expresse videmus, voluisse vti nouo assensu, † sic fundat in casu nostro Camer. in c. Imperialem car. 56. col. 4. ibi, vnum superest hic.

9 Vltimò poterit aduertiri ad qualitatem huius priuilegij, si sensus partis verus esset; nam si dat robur huic donationi, quatenus foeminae excluduntur, nulli du-

10 bium est, quod erit † priuilegiū dispen-  
sans contra Regni Constitutionem, &  
ideo Bal. pulchre dicit conf. 355. in  
princ. vol. 1. quod vulnerat ius commu-  
ne, eritq; proinde odiosum, restringen-  
dum, & non ampliandum; quod non ef-  
set, quando per tale priuilegium reman-  
ens in puris terminis generici assen-  
sus tolleretur obstaculum tantum non  
alienandi sine assensu, quo casu dice-  
tur beneficium non priuilegium, vt  
pulchre distinguit Camer. car. 63. ibi  
tertio, quod assensus. Capiendo itaq;  
sensum partis, quod hęc donatio femi-  
nas includens sumat robur ex dicto pri-  
11 uilegio, dico, quod fuit † personale  
respiens personam primi Diomedis  
tantum, non hæredum. Primo, quia  
odiosum, ex quo continet vnā, quod  
est cōtra naturam rei, & ideo odiosum.  
ff. de lib. & posthum. l. cum quidam, quē  
tex. ad hoc Bald. allegat in c. licet de  
translat. Episcop. nu. 3. Secundo, quia  
concedit Princeps, & certæ personæ  
absque adiectione hæredum. Fundat se  
5 concedens in meritis, & qualitate per-  
sonæ; quæ omnia faciunt, vt personalis  
12 censenda sit dispositio † Bart. in l. pa-  
ter de seruit. lega. & in l. quia tale sol.  
matr. & tenet Din. in c. priuilegium in  
sexto. Tertio, quia in dubio præsumitur  
concessio facta personæ, quod sit perso-  
nalis, glos. est not. in c. cum venissent, in  
vers. fuisse, de institutio. sequitur Alex.  
qui hoc fundat vol. 1. conf. 86. qui hoc  
fundat, dato quod in priuilegio fuisset  
dictum in perpetuum; & pro firmo te-  
nendum est, quod dicta gratia alienan-  
di, prout visum fuerit, concessa censea-  
tur personæ solius Diomedis, cuius pru-  
dens consilium erat bene sibi notum,  
ex qua ratione arguitur mens concedentis,  
vt in his terminis considerat  
Bal. 1. vol. conf. 115. verba dicunt. Et q̄  
tale priuilegium in puncto, de quo agi-  
tur, censerī debeat personale in dubio,  
fundat plene Alex. conf. 101. in fi. eod.  
vol. 1. Quarto, quod talis prærogatiua  
alienandi fuerit personalis, nec ad hæ-  
redem transeat, non debemus indigere

rationum adminiculo; suadet enim hoc  
verbum, vt sibi videbitur; est tex. aper-  
tus in l. stipulatio ista habere, licere, si  
si quis ita stipulatus fuerit, de verbor.  
oblig. & alibi interpretatur hæc dictio,  
ad suum commodum, tex. est cum gloss.  
in l. de diuisione, in vers. sibi, & ibi glo.  
sol. matr. & alibi interpretatur sibi,  
ita quod non alij est tex. in l. male agi-  
tur in princ. C. de præscript. 30. vel 40.  
anno. Iste sensus est amicissimus menti  
Regis, qui vbi voluit, suam gratiam ad  
hæredes porrigi, dixit, hic nedum non  
dixit, sed personalitatem indicauit, me-  
rito non est tractandum, si fuerit realis  
realis gratia.

Et facit ad prædicta bonus tex. in l.  
13 edito §. ad eos ff. de iure Fisci, & alias  
de iure receptum est, quod huiusmo-  
di dictiones personalitatem desiderat,  
vt dicimus de dictione (ipse) vt glo. not.  
in §. fuerat in ver. cum ipsa. Institu. de  
actio. & ideo Bal. conf. 304. nobilis vir  
vol. 5. quod prohibitio alienationis fa-  
cta hæredi per verbum † (ipse) persona-  
lis est; quod abunde tractant Moderni  
in §. diui l. filius familias de leg. 1. Nec  
mirum, quod in vno, eodemq; priuile-  
gio sint concessiones partim reales, par-  
tim personales, quia diuersitas ratio-  
nis facit, vt difformiter iudicentur.  
Quando Rex feuda concedit, nullum  
alium præter ipsum lædit, merito larga  
interpretatio est facienda d. l. benefi-  
cium. Quando autem vult pars, vt per  
talem gratiam sit data facultas femi-  
nas excludendi, duo læduntur, & ipsa  
femina, quæ excluditur, & ius commu-  
ne, quod est in Regno, l. vt de successio-  
nibus. Non ergo est mirum, si strictissi-  
ma sit interpretatio, vt ex his videatur,  
quod nullum sumit robur donatio anni  
18. à priuilegio anni 66. Possent etiam  
dici, quod Primus Diomedes fuit vsus  
tali prærogatiua, quæ proinde est con-  
sumpta, quia tamen domini mei plene  
tangunt, omitto.

Quod si pars dicat, adesse in dicta  
donatione alium assensum hominis, qui  
est expeditus in anno 20. Aduerto,  
illud

istud nullo modo procedere; nam quod  
cassus donatio indignisset assensu, nulla  
est dubitatio, tum quia feuda commu-  
tantur de persona in personam, tum  
quia lex Reg. tollitur quoad feminas:

14 Videndum est modo, quae capita  
contineat dicta donatio, & certe donat  
Diomedes lo. Thomae Juniori, & de-  
scendentibus ex eo masculis, si non fuis-  
set ultra progressus, remansisset res in  
terminis iuris, qui sunt, ut deficientibus  
masculis lo. Thomae, veniant feminæ.  
Hoc fuit sublatum per secundum caput  
donationis, in qua dicitur, quod sit do-  
natio sub tali conditione, quod defi-  
ciente masculo ex lo. Thomae, veniant  
masculi procreandi ex secundo matri-  
monio; quot ergo sunt personæ in do-  
natione comprehensæ, tot censentur esse  
donationes, per not. in l. scire debemus  
de verb. oblig. nam quando filij masculi  
ex secundo matrimonio volunt admit-  
ti, exclusis feminis, quæ præcedebant,  
hoc non possunt ex alio prætere, quæ  
ex vi dictæ donationis. Si assensus, qui  
expeditur, loquitur tantum de donatio-  
ne facta lo. Thomae, & masculis ex eo  
procreandis, non potest extendi ad alias  
personas, ex natura assensus; quo fit, ut  
filij secundi matrimonij, de quibus in  
assensu nulla fit mentio, nullam habeant  
donationis validitatem.

ADDITIONES.

**A**D numerum primum, & cum sequentibus  
Addo ad confirmationem dictorum per  
meum Genitorem hic, quod prima Inuesti-  
tura est attendenda, & non media. Afflic-  
decis. 195. nu. 3. quod comproba. & declara.  
ut per Ursill. ibi nu. 5. & 6.

Ad numerum sextum ibi (propterea dixit  
Bald. notabiliter in cons. 207.) Addo, quod  
Camer. allegat hoc idem consilium Baldi  
in cap. Imperialem fol. 35. in lit. L. & con-  
cordat cum dictis per meum Genitorem  
hic, & c.

Ad numerum Octavum ibi, (quæ opinio ve-  
rior mihi videtur) Addo, quod licentia tes-  
tandi comprehendit tam testamentum  
factum antè, quam post licentiam. nam  
actus ultimæ voluntatis capiunt vim à die  
mortis, & illo die facti censentur. Ioannes

Vincentius de Anna in Alleg. 37. in fi. & in  
Alleg. 139. nu. 2.

Ad illud autem, quod firmat meus Genitor  
hic, quod habens potestatem testandi non  
possit facere fideicommissum, vel substitu-  
tiones, secundum Loffred. cons. 7. & con-  
tra Camerar. Addo, quod ultra Loffred.  
ita tenet Minadous. cons. 8. per totum, &  
Fricia in 10. quest. in fi. & q. 35. & Vincent.  
de Franch. decis. 154. nu. 27. qui omnes te-  
nent contra Camer. secundum opinionem  
mei Genitoris hic.

Abb. Io. Hieron. de Mauro

SVM MARIVM.

- 1 Princeps confert nobilitatem, non  
privati homines, & ideo alle-  
ctio ad sedilia spectat ad Prin-  
cipem, non ad eos, qui sunt de  
sedili.
- 2 Rex habet thesauros dignitatum.
- 3 Feudum tantum à Principe datū  
nobilitat.
- 4 Civitas non potest ciues allicere si-  
ne iussu Regis.
- 5 Principis tantum est collegia licita  
facere, defensores civitatis crea-  
re, qui Sindici dicuntur, custodi-  
re terram Vassalli sui, eo etiam  
inuito, exigere computa ab ad-  
ministratores sua civitatis, et  
alia similia facere.
- 6 Praeses distribuit honores decurio-  
nibus per vicus civitatum.
- 7 Rex potest custodire terram sui  
feudatarij, eo inuito.
- 8 Princeps habet curam de redditio-  
ne computorum ab administra-  
toribus civitatum, & nu. 10.
- 9 Nobiles aggregandi vocantur pa-  
tres civitatum.
- 11 Brancazellus Brancacius Spu-  
rius allectus ad Sedile Nidi per  
Seremfs. Federicum, & alios  
quam.



- quamplurima familia.
- 12. Qui confirmat, dat.
  - 13. Carolus de Caieta fuit creatus nobilis Neapolitanus in Sedili Portus.
  - 14. Per quamlibet concessionem nunquam videtur abdicatum ius Regium à Rege, nec priuatius quoad Regem concessum.

ALLEGATIO 7.

**Q**uod potestas aggregandi ad Sedilia Ciuitatis ad solum Regem spectat. Pro Fisco contra nobiles Sedilium ciuitatis Neap.



**V**t possimus de iure iudicare, ad quæ spectet allicere homines in Neapolitanis Sedilibus, ex eo principaliter diffiniendum censeo, quid hæc allectio allectis conferat.

- 1. Nam aut nobilitatem, & certe non possunt, cum priuatus nobilitatem conferre non possit: ita Bal. in c. 1. de feudo Marchiæ in princ. Princeps solus conferat, Bart. in l. 1. C. de digni. num. 78. lib. 12. Princeps creat nobiles. Bal. in l. sacrilegij C. de aduo. diuæ Iudit. Bart. in l. mulieres C. de incolis lib. 10. nam Rex habet thesauros dignitatum, & alijs dare potest, priuatus vix habet pro se; ita Bal. in c. 1. in primo not. quis dicatur Dux: pondera verbum Andr. in cap. 1. S. si quis verò contigerit de pace iur. firma. col. 1. vbi dicit, quomodo priuatus dat nobilitatem, cum nemo dat quod non habet? dic, quod fecit cum voluntate Principis, ac confirmatione, qui nouas tribuit dignitates; hinc feudum à Principe datum tantum nobilitat, vt est tex. in cap. 1. vers. à Principe quis dicatur Dux, & Andr. de Ilern. ibi col.

fin. Illi verè nobilitatem consequuntur, qui à Principe habent. l. fin. ff. de albo scribe, Bart. in d. l. 1. C. de dignita. num. 99. Ciuitas hæc cum sit subdita, nobiles facere non potest, & ibidem Bart. nu. 95. cum sequent. Si tota ciuitas facere nobiles non potest, qua ratione quodlibet ipsius quarterium prætere hoc potest? & quod hoc sit verum, nemo negabit. Plus authoritatis est creare, & allicere nobiles, quam creare, & allicere ciues. hoc patet ad sensum, sed nostra hæc ciuitas de iure non poterat allicere ciues, sine iussu Regis, l. priuilegio C. de incolis lib. 10. l. 1. S. Celsus ff. ad municipa. ergo multo minus allicere nobiles, & quod hoc sit verum, patet in c. 15. fol. 32. nam impetrauerunt à Serenissimo Federico, Ciues allicere, ergo antea non erat permittum: not. in c. 1. de rescript. in c. veniens de prescript. Dec. in cons. 197. in princip. ergo quomodo possunt prætere nobiles allicere, dum nec ciues poterant, & si impetrauerunt de ciuibus, ergo non de nobilibus; & propterea si hæc allectio nobilitatem importat, Regis tantum est. Aut non importat nobilitatem, vt quandoq; surdæ aures sibilant, sed confert gubernium ciuitatis, & assisas imponere, & tunc fortius ad Regem spectat. Principis tantum est Collegia licita facere l. 1. in prin. S. quibus ff. quod cuiusq; vniue. nomine. S. iudicis ciuitatis appellatur defensor, l. munerum S. defensores ff. de muner. & hono. & tamen defensor à Principe deputatur, & nobilior in Aut. de defens. ciui. S. interim, quos Andr. in c. 1. col. 1. de pace iur. firma primates appellat, quia eorū consilio administratio ciuitatis, & eius bonorum geritur: alio vocabulo consules, & decuriones appellantur, & Rex tantum illos creat, Bal. in c. 1. S. hoc quod nos col. 2. de pace Constan. Præses. & distribuit honores decurionibus per vicos ciuitatum. l. & qui origine S. Præses ff. de muner. & honor. decretum superioris exigitur in Consulibus deputandis, Glo. in rubr. C. de decret. decur. lib.



10. & ratio est, quia interest Domini, ciuitatē suam gubernari à personis obsequiosis, & domino placitis, l. si ita S. Dominus ff. de vsu, & habit. taliter q̄

7 potest Rex custodire Terram † sui feudatarij, eo inuito Bal. in l. 1. S. quid ergo de inue. de re alie. fact. Officialis domini dicitur Pater ciuitatis l. Spadonem S. si ciuitatis ff. de excusa. tut. magnam curam † habet Princeps de redditione computorum ab administratoribus suæ ciuitatis in Aut. de collato. S. iubemus ver. singulis, vbi Iac. de Beluio. Et si isti † nobiles aggregandi vocantur patres ciuitatis, in Aut. de armis S. si qui verò, in l. fin. C. de debit. ciuit. lib. 7

8 1. quomodo possunt esse Patres sine voluntate Regis, dum nec pecuniam ciuitatis possunt in alium vsum conuertere? l. legatam ff. de admin. rer. ad ciuit. pert. & Princeps exigit computa

9 † à Syndicis? Guid. Pap. decis. 631. & sic, aut ista allectio continet nobilitatem, aut ciuitatis guberniū, vtrūq; est Regis, & ad ciuitatem non spectat.

10 Quod maximè ex scripturis, quas habuit Illustris. q. bon. mem. Dux de Alcalà, & ex his, quas memoria habeo

11 videlicet Brancazelli † Brancacij spurij allecti in Sedili Nidi per Sereniss. Federicum tātum familię Prosperi Columnæ, familiæ Ursinæ, & Didaci de Mendocia in Sedili Capuanæ, quæ consensu Catholici Regis allectæ fuere. Quò fit, vt fundatum videatur hoc ius,

12 cum qui confirmat, † dat. l. lege obuenire ff. de re signific. vt per Andr. in c. Imperialem in princ. col. 4. & per DD. in c. inter dilectos de fide instru. & pōderat in terminis nobilitatis Andr. in d. S. si verò contigerit, vbi dicit ista verba. Princeps videtur tunc facere, qui authoritatem faciendi dat, l. 2. C. de vete. iure enucle. & qui confirmat, dare videtur. Dispositio facta cū assensu Regis designat, esse feudum, & non alodium. Andr. in reper. const. in verb. feudum. Hinc dicimus, feudum alienatum cum Regis assensu esse quaternatum, & sic soli Regi spectare, Andr. in const. si

aliquis Baro; & ideo cum allectio sit facta cum consensu Regis, soli Regi spectare dicitur; & ego vidi Priuilegium Reginae Ioannæ Secundæ in personam

13 Magnifici q. Caroli de Caieta, † vbi creat ipsum nobilem Neapolitanum, & in Sedili Portus, vbi habitabat, vt in Processu agitato in Sac. Reg. Conf. coram Actuario Villalta videri potest. Tanta fuit Proregum desidia, vt nostri decutiones, hāc potestatem solum ipsi competere (dum secretarios, & eorum familiares allegerunt) dicere non erubuerint sibi à Regibus cōcessam, quod à veritate alienum est, cum, perlectis capitulis hūc ciuitati concessis, talis potestas non reperiatur, ergo concessa non fuit, l. Titia textores ff. de legat. ij. & nunquam priuatiue ad Regem concessio interpretanda esset, tex. in c. cum instantia, vbi glos. de censib. Luc. de Penn. in l. 1. nu. 24. de impo. Lucr. descript. nunquam videtur quid concessum priuatiue, † Abb. & Felin. in cap. pastoralis de offic. ordin. Alber. Br. in conf. 47. nu. 5. nunquam videtur abdicatum ius Regium à Rege per quamlibet cōcessionē, Angel. in l. 1. S. qui mandatū ff. de offic. eius, Alber. in l. 1. C. de iuris omn. iud. in fi. vers. & in l. Imperiū vbi Iacob. nu. 14. ff. eod. tit. q̄ suadetur, nam cōtrarium, quod habet de ciuibus alliciendis, non est priuatiue cum Priuilegio; Rex etiam facit ciues, quo pacto potestatem prætentam alliciendi nobiles priuatiue contendere possunt? Ex quibus puto, hāc aggregandi facultatem in nostris Sedilibus soli Serenissimo Regi nostro cōpetere, & ab eodem Seren. Rege spero familiæ meæ allectionem in vno ex dictis Sedilibus Neap.

## A D D I T I O N E S.

SUPER hac eadem causa scripsit Io. Vinc. de Ann. alleg. 130. & concordat cum scriptis per meum Genitorem hic, sed causa non est adhuc decisa, quamuis spectet ad Regem, vt in dictis allegationibus, sed obseruatur, vt nobiles de Sedilibus Neap. non aggregent sine licentia Regis, & hoc iure vtimur hucusque.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

SYM.

## SVM MARIVM.

- 1 *Emptio rei suae non valet.*
- 2 *Conuentus potest ad sui defensionem allegare plures titulos, & ex validiori se defendere.*
- 3 *Quando assensus est difformis à contractu, est nullus, & num. 8.*
- 4 *Rex assentiendo nil aliud facit, quàm dare robur his, quae faciunt contrabentes, & nil contra, vel propter eorum voluntatem.*
- 5 *Assensus impetratus super venditione Feudi, non facta mentione de pacto de retrouendendo, est nullus, & utrumq; corrui. Quod qualiter intelligatur, late hic num. 33.*
- 6 *Gerens negotium ignorantis tenetur de culpa, & dolo.*
- 7 *Emptor, qui assumit onus impetrare assensum, prospicere debet cautela utriusque, alias assensus corrui.*
- 9 *Valet pactum, quod res alteri non vendatur, quam sibi.*
- 10 *Ex prohibitione alienandi adempta est facultas obligandi, & omnis alius actus, qui posset quo quomodo illam causare, & numero 12.*
- 11 *Prohibitio alienandi facta filiis non extenditur ad nepotes.*
- 13 *Verbum hoc ( quibuscunque heredibus ) comprehendit etiam extraneos.*
- 14 *Verba uniuersalia prolata ab homine non recipiunt interpretationem de habilitate.*
- 15 *Verbum ( alienatio ) sumptum proprie, dominijs translationem significat.*
- 16 *Per prohibitionem alienandi, nedum annullatur contractus quilibet, sed nunquam transfertur dominium.*
- 17 *Assensus non extenditur de re ad rem.*
- 18 *Assensus an extendatur ad interesse, quod non est expressum.*
- 19 *Ius reseruatum nil ponit in esse.*
- 20 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
- 21 *Rex dum assentit, habetur loco approbatoris, & fideiussoris, qui non tenetur, nisi in casum, in quo intercessit, & non in omnem casum.*
- 22 *Assensus expeditus super venditione, an extendatur ad pactum de retrouendendo correspectiue factum, vel utrumq; corrui, late differitur.*
- 23 *Ratione minoris aetatis claudicare potest contractus.*
- 24 *Pupillus etiam sine tutore contrabendo potest acquirere.*
- 25 *Soluens pupillo plenam consequitur liberationem, dum locupletior efficitur.*
- 26 *Assensus impetratus post contractum, retrotrahitur, nullo dato intermedio iuris alteri questiti.*
- 27 *Reg. l. lecta, si cert. pet. declaratur.*
- 28 *Si pactum de retrouendendo fit sine assensu, an promittens retrouendere teneatur ipse, & sui haeres ad interesse, saltem actione personali: concluditur, quod sic.*
- 29 *Dolus incidens, & non dans causam contractui, non facit contractum nullum.*

29. *Dotus incidens, et non dans causam contractui, non facit contractum nullum.*
30. *Venditor quamuis non habet assensum, potest agere contra possessorem Feudi, eiusq; heredes, et in executione in subsidium vendi facere Feuda.*
31. *Assensus super pacto de retrouendendo non trahitur ad retrouentionem faciendam; nam in retrouentione requiritur nouus assensus.*
32. *Principale stat sine accessorio, non e contra.*
34. *Vtile per inutile non vitiatur; etiam in Feudis.*

## ALLEGATIO 8.

**A**N assensus super venditione extendatur ad pactum de retrouendendo. Pro Illustr. Principe Hostiliani.



Sti Magnifici Actores de Pau non possunt obtinere in hoc iudicio, utpote quando non sint in probatis. Non enim bona, de quibus agitur, erant

in dominio Ducis Summæ eo tempore, quo cum eis contraxit; nam eorum contractus, ex quo ius trahunt, initus fuit de mense Septembris anni 24. & iam per prius castra fuerant vendita patri, Illustr. Principis conueati de mense Februarij anni 22. Istud non indiget, ut fundetur iuribus, quia satis vulgare est.

Nec dicatur, quod titulus dicti anni 22. fuit resolutus per retrouentionem, quæ sequitur; ita ut postea cæperit ex alio titulo nouæ emptionis possidere, qui fuit longe post obligationem contractam; nam respondetur, quod hic se-

cundus titulus fuit nullus, quia emebatur res † propria. Est casus C. de contrah. emptione l. cum res, & l. si mater, & ff. isto titulo. l. suæ rei, & glo. in d. l. cū res, dicit, hoc procedere, siue sciens, siue ignorans fuerit emptor, & dat ibi rationem; quo fiet, ut postquam Illustr. Princeps conuentus est, & se defendit, possit allegare ad sui defensionem plures titulos † præcedentes, & ex validiori se defendere. Ita concordat, & distinguit Abb. in cap. post electionem. 3. not. de concessio. præbend. Felin. late in cap. in nostra, vers. titulus multiplicatur de rescript. vbi inter alia allegat decis. Rotæ 44. in antiquis, quæ decidit, quod habens duas gratias pro beneficio, si vtendo secunda succumbat, potest vti prima; iam quod omnes tendunt ad eundem effectum.

Quod autem primus titulus ann. 22. quem pro se allegat modo Princeps, fuerit validior, apparet, quia in contractu emptionis est assensus, † quando autem retrouenditur, nullus in retrouentione legitimus assensus intervenit; postquam Dux emptor, quando promittit retrouendere, vult ex pacto in eadem promissione adiecto, quod Terræ, quæ vendebantur, tam durante pacto de retrouendendo, quam retrouentione facta, alijs non alienarentur, qui assensus super hoc impetrandus debeat tales continere clausulas. Ex hoc fiet, quod postquā promittitur retrouenditio vno modo, & Rex assentit alio, non proficit assensus, secundum Andr. in c. Imperialem col. 6. de prohib. feud. alien. & in c. 1. 6. col. de controu. feud. apud, Par. termi. Non enim fuisset Dux emptor alio modo promissurus retrouendere, nisi sub illa lege, argum. C. de pact. int. empto. & vendit. l. cum te. Quando Rex assentit, nil aliud facit, † quàm dare robur his, quæ faciunt contrahentes, quibus erat interdicta alienatio. Et ex hoc solo dicitur dare de verbor. signif. l. legi obuenire: sed cōtra, vel præter voluntatem contrahentium nil faciet in eorum præiudicium, & contra illorum voluntatem.

tatem. Loffred. declarat in tit. qui succed. tene. versus si. vt sic videatur, quod deficiente assensu in pacto de retrouendendo, remanserit dominium Terrarum penes emptorem ex primo tit.

Nec dicatur, quod primus assensus, quem sibi expediri curauit Dux emptor super venditione, nō teneat, vt potē subreptitius, ex quo de promissa retrovenditione nulla sit mentio, sine qua venditores non fuissent vendituri; vt sic deficiente valido assensu terrarū venditā nunquam exierunt ē dominio venditorum, & in hac specie tenent Moder. Neapolitani. Fricia in 1. lib. q. 16. & Camerarius car. 58. col. 3. quorum dicta, pro nunc non impugno; quando diuersitas facti inter casum nostrum, & illū, de quo loquuntur prædicti DD. aliud suadeat.

Quando feudum venditur, tenetur de iure venditor, expediri facere assensum. Si emptor vult hoc onus in se transferre, gerit negotium venditoris, & in hoc aut dicemus, q̄ venditor nil sibi mandauerit, & tunc quia gerit ꝑ negotium ignorantis, tenetur de culpa, & dolo. ff. de negoti. gest. l. si negotia: culpa est dolo admitta, in alieno negotio illam non adhibere diligentiam, quam in suo quis adhibet: late ponit exempla Bald. C. de pigno actio. l. quæ fortuitis, si emptor, qui prospicere debet ꝑ cautelæ vtriusque, suam tantum attendit, non facit rite, nec recte. Rursus iste emptor si hoc cum venditore egit, vt ipse solus assensum expediat, sulcipiens tale mandatum, debet illius fines diligenter exequi: non dicetur exequi, si cum debuisset procurare assensum super toto contractu, illum impetrat super parte. Rursus si quando debeat commune tractare negotium, communi omisso, proprium tantum exequitur, & ideo quando deficit bona fides, quæ debet in tali contractu exuberare, non est mirum, si dolus sibi patrocinari non debeat, vt assensus ipsi soli non profit, & contractus non teneat, nō defectu assensus, qui iam in se perfectus est, post-

quam petitur, & conceditur super venditione, sed culpa, & dolo impetrantis, qui male est versatus. Ita considerat Camerarius in d. loco fol. 59. r. col. ibi, nō quidem hoc est.

In casu nostro Dux venditor ipse sibi procurauit assensum super promissione de retrouendendo, potuisset non facere, sub alterius confidentia fecit ipse, vt nulliter imputet sibi, C. si quis alt. vel sibi, l. multum interest, arg. ff. de iur. Fisci Imperatores, prouidebat lex, vt emptor, qui assensum impetrabat, teneretur impetrare super toto, & si secus fecisset, totum erat nullum, noluit Dux tali prouisioni confidere, standum est igitur prouisioni hominis, non legis, vt ex hoc dicamus, quod non est tutum dicere, assensum expeditum super venditione non tenere, tanquam de retrovenditione non loquatur, quia super retrovenditione est iam expeditus, & quauis nulliter, ex hoc non poterit inferri ad fraudem, & dolum emptoris.

8 Fundatur ex prædictis, assensum expeditum super retrovenditione non tenere, tanquam contra mentem partium, quæ vno modo contraxerūt, & alio reperitur assensus expeditus: ruit etiam ex alio capite, quia partes sic voluerūt, dum in promissione de retrouendendo dicitur, quod assensus debeat impetrari à Duce Summæ cum expressa mentione clausularum interdicentium alienationem, & subdit, quod si aliter impetretur, sit nullus, ac nullius roboris. Plura in hoc ponit Dec. 1. vol. conf. 10. Istud quod partes faciebant, concernebat illarum commodum, & incommodum, merito potuerunt dicere legem, quam voluerunt.

Et ne videatur inutilis præcedens discussio, aduertito ad utilitatē talis pacti, voluit emptor, vt venditor alteri nō alienaret, quam sibi, quod ꝑ satis de iure valet, tenet Bald. in l. 1. in princ. Item fallit, ratione pacti. C. comm. de iudic. allegat. de verb. oblig. l. qui Romę S. coheredes, tenet post alios las. in l. pen. ff. de pact. & conf. 2 1. 1. præsens cō-

sulta-

sultatio col. 3. ver. sed præmissis lib. 11.  
 & quia præcesserunt partes ulterius an-  
 nullando, tolluntur ex hoc amaritudi-  
 nes, an alienando transferatur dominiũ  
 sũ Bart. in l. creditor. de distractio. pi-  
 gno. late Moderni in S. Diui l. filius fa-  
 milias de leg. 1. & quod ex hac prohi-  
 10 bitione alienandi adempta sit facultas  
 obligandi etiam, est casus in l. fin. C. de  
 reb. alien. non alien. Nec me mouet, q̄  
 Bal. ibi dicat, non procedere illam legẽ  
 in odiosis, quia aduerto, quod quãdoq;  
 alienatio interdicitur simpliciter, vel à  
 lege, vel ab homine, & tunc tanquam  
 auferat libero homini facultatem dispo-  
 nendi, erit odiosa, vt omnes considerãt  
 in d. S. Diui. Inde dixit Deci. conf. 5 13.  
 11 n. 6. q̄ prohibitio alienandi facta filiis  
 non extenditur ad nepotes; quandoq;  
 quis prohibetur vèdere alijs, sed nõ cer-  
 te personæ, & tunc nullum erit odium,  
 sicut dicimus in nuptijs interdictis. ff. de  
 condit. & demonstr. l. cum ita, & l. hoc  
 modo. Intelligitur semper in hoc saluũ  
 arbitrium boni viri, vt iusto pretio ven-  
 dat, & erit certa, tuta, ac libera vèditio  
 ff. de leg. 2. l. 1. cum alijs, vt sic si non su-  
 mus in odiosis, & habemus casum legis  
 expressum, poterit satis commode con-  
 cludi, vt si super hoc pacto fuisset impe-  
 tratus assensus, esset satis proficuũ.  
 Duci emptori, etiam quod promitte-  
 bat retrouendere.

Accedat prædictis; nam Dux emptor  
 in terris, quas emebat, maximam habe-  
 bat affectionẽ. Hoc præ cæteris arguit,  
 postquam contra consuetudinem om-  
 nium emeritium cum pacto de retrouẽ-  
 dendo ipse capiebat introitus ad ratio-  
 nem trium pro centenariis, vt in instru-  
 12 mento consideratur; quo fiet, vt pro-  
 hibita alienatione, ¶ censeatur omnis  
 actus prohibitus, qui posset quoquomo-  
 do illam causare, ita post alios tenet Io.  
 Crotus, & fũdat in d. S. Diui col. 28. ibi  
 prima sit conclusio.

Suadent hunc sensum verba vniuer-  
 salia, & geminata, ibi, dũ vult Dux em-  
 ptor, q̄ venditor nõ possit facere quem-  
 cunq; cõtractum alienationis, & distra-

ctionis, & rursus cuiuscunq; generis, &  
 speciei, quę operari debẽt aliquid pin-  
 guis, quã si fuisset forte prohibita sim-  
 plex alienatio. Ea. n. est illius verbi na-  
 tura. c. 1. de feud. nõ hab. prop. nar. feud.  
 & ideo dixit Bal. in l. 1. 34. q. ff. de ter.  
 13 diuisio. q̄ verba (quibuscunq; hæredi-  
 bus) comprehendunt etiam extraneos,  
 & idem tenet in l. cum virum C. de fi-  
 deicom. idem. & pulchrius dicit idem  
 Bal. in c. Imperialem in princ. col. 4. ver.  
 sed quid si concessum est Feudũ de pro-  
 hib. feo. alie. per Feder. ad quod possem  
 similia innumera cumulare; & quia ista  
 14 verba ¶ sic vniuersalia prolata sunt ab  
 homine, nõ recipient interpretationem  
 de habilitate, vt in l. 1. S. nunciatio de  
 ope. nõ. nuncia. Ita concordat Bald. in  
 l. si. in princ. C. fin. cens. vel reliq. quãdo  
 non tractetur de legũ correctione, ver-  
 15 bum. n. (alienationis) ¶ sumptum pro-  
 prie dominij translationem significat,  
 improprie pignorationẽ, & alia impro-  
 priissime significat, vt Bal. pulchre con-  
 siderat in rubrica de alien. feudi. Quiuis  
 s̄sus istorum capiatur, erit species alie-  
 nationis sub suo genere in abstracto cõ-  
 siderato, & omnia ista partes cõsidera-  
 uerunt in eorũ verbis. Non videtur pro-  
 inde remãsisse locum scrupulo, vt pigno-  
 ratio ẽt nõ sit interdicta in casu nostro.  
 Interpretatio præcedens satis vide-  
 tur amica litteræ, & verbis contrahen-  
 tium. Nam Dux emptor per tot multi-  
 plicata pacta demonstrat affectionem  
 ad rem, ita vt nolit, quouis titulo illam  
 ad alios, q̄ ad ipsum peruenire. Ex hoc  
 fiet, vt voluntate attenda sub verbo alie-  
 nationis, pignoratio etiam comprehen-  
 datur. Ita not. Alciat. in l. alienationis  
 de verb. signif. & quod etiam pignora-  
 tio prohibita sit, tenet Bart. ff. de pi-  
 gnor. in l. in quorum; cuius dicta quam-  
 uis aliqui non probent in materia stri-  
 cte, & odiose intelligenda, quia tamen  
 hic nullum versatur odium, ex quo Do-  
 minus non prohibetur vendere simpli-  
 citer, rursus non apponitur limitatum  
 pretium, non est opus aliter eorum di-  
 ctis respondere.

Colligitur ex prædictis, Duci venditori fuisse interdictam, nedum dominij translationem, sed pignorationem, & eo modo interdictam, vt quilibet actus in contrariū postea sequutus fuerit nullus. Hoc fecerunt verba resolutiua, quæ nedum in pacto legis commissoriae, & adiectionis in diē, sed in quolibet actu operantur, vt dominium non quærat; immo quia partes voluerunt, vt dominium nunquā recesserit à Duce emptore in casu controuersionis, ex hoc capite nullū ius translātū fuit in istos actores. Verba sunt Bal. in d. l. ea lege, 2. col. ibi, ego dico, C. de cond. ob causam, tenet Paul. in l. 1. circa fin. ff. de donat. & in l. qui absentis §. 1. de acquir. possess. sequitur Dec. cons. 298. num. 6. volu. 2.

16 Soccin. Junior, ¶ qui alios allegat cons. 78. nu. 6. 1. vol. qui subnectit ibi num. 8. sufficere obligationem etiam generalem, ad finem vt dominij translatio impediatur. Eandem opinionem tenet las. qui videatur volu. 2. cons. 211. ibi, sed præmissis, qui vititur verbis in nostro contractu appositis. Quid cautius potuerunt partes facere, quam in hoc pacto resolutiuo conuenire, vt si ad aliquem actum alienationis veniretur, nullum ius, nullauē possessio intelligatur translata, & sic respicere ad ipsam traditionem, rursus vt isto casu dominium non recesserit à Duce venditore; quo casu iure veteri, non retranlatiuo remanet dominus Dux Mondragonis emptor. Hæc omnia ad vnguem docet Bald. in l. ea lege, vt sic de isto non possit dubitari ulterius; vt ex his inferri possit, quod si super hoc pacto fuisset legitimus assensus impetratus, nulla superfuisset difficultas; & proinde necessaria est illa discussio, quā supra fundavi, vt quia vno modo promissum est pactum de retrouendendo; & alio modo est impetratus assensus, quod retrouenditio nō teneat, & dominium remanserit penes emptorem ex iure veteri primi contractus, qui non potest claudicare ex eo, quod in assensu non sit facta mentio pacti de retrouendendo, rationibus supra notatis.

Nec dicatur, q̄ verba contractus suadent, vt Dux venditor fuisset obligatus, si voluerit vendere, & satis dicitur noluisse, postq̄ obligat bona tertio; quis aut tenemus, q̄ vere nō obligauerit pro obseruātia promissorum, & metu periurij, cū in obligatione generali nō dicatur venire, & obligare, & propter quæ quis incideret in p̄nam, & in periurij, vt per Bar. & alios in l. codicillis. §. instruito. ff. de leg. 2. per Affl. in c. in generali in primo notab. si de feud. fuer. controu. aut si voluit, in hoc ipso c̄perit contravenire, & huic translationi iurium resistit virtus pacti resolutiuo, postquam prohibitus erat vendere, & obligare.

17 Prædicta omnia ¶ tendunt, vt Illustr. Princeps absoluatur: in omni tamen aduersa fortuna obtinere non possent isti actores pro alio, quam capitali, & interesse, q̄ demonstrarent passum pro cambijs, & recambijs: hoc fuit conuentū inter partes; super hoc assentit Rex, merito non fiet extensio. Sic dicimus, quādo assentit Rex, vt quis donet, non donabit causa mortis. ff. de donat. l. filius. Bal. in cap. Imperialē 2. col. Alia res est damnum emergēs respectu debitorum, alia lucrum cessans, & ideo de re ad re non extenderetur assensus, vt in eadem l. Imperialem tenet omnes Moderni post Andr. Quod aut de tali interesse cambiorū &c. senserint partes in contractu, vltra verba, quæ hoc indicant, ponderetur ibi, quod voluerunt, stari dicto creditorum; ista qualitas suadet, vt de alio non fuerit intellectum, postquam à communiter accidentibus, non potest de his plena haberi probatio; de quo pacto loquitur Bart. in l. fin. ff. de præstipulatio, & quandoq; de viribus talis pacti fuit dubitatum. Refert Affl. deci. 22. & 91. & Dec. cons. 322. in fi.

18 Rex in assensu sequitur expresse verba contrahentium, dū pro hac specie interesse contentit, bona feudalia obligari, vt habet clausula, quoad expressa tñ, & p̄derabatur in instrumento, quia reseruant alia remedia, & ius reseruatum.

nihil

19 † nihil ponit in esse, vt per Andr. in c. item si facta, si de feud. fuer. controuer. Nec mihi videtur necessaria illa discussio, an assensus trahatur ad interesse, in qua multi multa dixerunt; postquam non negamus, isto casu comprehendere interesse conuenit tantum; de non expresso, quod re, qualitate, tempore, & probatione diuersum est, non debet tractari; quia nec partes voluerunt, nec si voluissent, Rex assentit. Prouisio hominis, † facit, hoc casu cessare prouisionem legis; unde non potest dici, quod comprehenditur ex lege, l. fin. C. de pact. conuen. cum simil. Habetur enim

21 Rex, dum assentit, loco † approbatoris, & fideiussoris, qui non tenetur, nisi in casum, in quo intercessit, & non in omnem casum, l. fideiussores magistratum. S. pro Aurelio. ff. de fid. notabilis tex. in terminis nostris in l. stipulatus es opus eo. tit. quæ didici à Papiniano, l. quæro, vbi glos. ff. loc. l. ceterum Capue. ff. de eo. q. certo loco, vbi DD. & hæc latius per Friciam in 20. q. assensu fol. mihi 150. & istud etiã caput sine dubio procedit.

Suadebat mihi in alijs Allegationibus diuersitas facti, vt non attingerem articulum illum. An sit vera opinio tenentium, † quod assensus expeditus super venditione, non extendatur ad pactum de retrouendendo respectiue factum, & proinde vtrūq; corrumpit; postquam in hac specie facti quilibet ex contrahentibus cogitauit suum assensum expedire, vt sic inuicem vnus non possit de altero cõqueri. Sed vt omnis cesset difficultas, aduerto, q. Moderni nostri temporis, qui videntur tenere, neutrum valere, fundant eorum intentionem in eo, dum contrahentes vendendo, ac faciendopactum retrouendendi, voluerunt facere contractum indiuiduum voluntate, iam quod fecerunt vnum contractum respectiuum ad alium, vt sic vnus esse debeat. Allegat Bal. in l. si mulier. ff. solu. matr. & C. de pact. l. petes, & potuissent allegare eundem Bal. elegantius loquentem. ff. de leg. 2. l. Sæpronius; vt ex hoc actu respectiuo (dicunt ipsi) fiat, q. stent tales actus, vt

indiuidui ratione voluntatis; & sic censeantur positi intellectu contrahentium, & proinde, si vnus non valet, alter corrumpit. Allegant Bar. ff. de fideiuss. l. Græce S. illud rursus. dicunt, q. voluerunt contrahentes facere vnicum actum vendere. l. & retrouendere, nec vnus sine altero fecissent; ex quo fiet, vt quia contraxerunt vno modo, & assensus expeditur alio, non teneat assensus ipse, & vtrūq; caput corrumpat. Allegant eundem Bal. in d. l. petens in lectura Pãduana col. 1. r. prædictis tamen non obstantibus, verior videtur contraria opinio, q. si emptor impetrat suum assensum super emptione, quam facit, illam validat, nulla cõsideratione habita, an valeat pactum de retrouendendo; & hæc opinionem primo tenet Paris. de Puteo in tract. reintegr. feud. fol. 129. in c. incipiente; & circa ista dicta quæro, in vltimis verbis ibi, secus si nihil fuit dictum, qui tenet, q. postquam omissus est assensus super retrouenditione promissa, haberi debet pro omissio. Allegat de cond. ob causam l. si extraneus.

Secundo, eandem opinionem tenet recte intuerti D. Fric. 2. lib. operis sui q. 16. per plura media hanc opin. firmat, & licet referat alios tenentes contrarium, rogo, vt ponderentur rationes horum, qui contrarium tenent; nam apparebunt longe debiliores; ita vt non fuerit ausus idem author eorum opinionem firmare sola ratione, quia assensus non fecit mentionem de pacto retrouendendi, sed addidit, S. C. aduertisse ad lesionem, & fraudem emptoris; & hæc est vera opinio alio respectu; nam si adest lesio, venditor habet ordinarium remediũ legis, & non indiget adminiculo huius disputationis, & ita S. C. decidit in causa Durazzani, quam partes allegant; nam tractabatur de castro valoris duc. 20. mil. vendito p. 12. mil. & sic casus est satis diuersus, cum in casu nostro tractetur de venditione ad rationem duc. trium cum dimidio. Et q. in hanc partem inclinauerit Fric. aduertatur vltima eius verba, dum fauet tertio possessori, q. emit hoc Feudum emptum cum pacto de retrouendendo, vt non



possit moleſtari virtute paſſi ſine aſſeſu.

Tertio, pro hac parte facit tex. in eu-  
 rabilis in l. 1. in ſi. cum l. ſeq. de reb. eor.  
 ibi videmus omnia ea, quæ contra hanc  
 opinionem aſſert Camer. ſcilicet vnita-  
 tem contractus, & indiuiduum volunta-  
 tis; nam venditor non erat aliter vendi-  
 turus, ſi ab initio Minor pro pretio rem  
 ſibi venditam non obligabat, & tamen  
 tenet emptio, & ruit obligatio. Nec me-  
 mouet reſpõſio ad hunc tex. vt pcedat,  
 quia ſumus in Minore, cuius ætas facit,  
 23 † vt contractus claudicat, quia hoc nõ  
 eſt proprie claudicare cõtractum; nam  
 venditio reſpectu vtriuſq; valet, & ven-  
 ditor de illa conquereretur; nec illam  
 infringebat, ſolũ erat quæſtio, an pignus  
 valeret; quod ſi non valet, imputet ſibi  
 venditor, vt infra dicã. Quando integer  
 contractus ex parte vnus valet, & alte-  
 rius non, tunc proprie dicitur contra-  
 ctus claudicare; quod lex permittit be-  
 neficio Minoris C. de procur. l. non eo-  
 minus, in ſitu, de auctor. tuto, in princ.  
 ſac. de mino. l. ſi iudex circumuento. Et  
 vt videatur rationalis diſpoſitio illius  
 tex. aduerto, quod lex prouiderat iam,  
 vt prædium pupillare nõ poſſet diſtrahi  
 obligatiue ff. de reb. eor. l. 1. §. 1. & C. de  
 præd. min. l. & ſi Præſes. Hæc erat iuris  
 diſpoſitio, quam omnes ſcire debent C.  
 de legib. l. leges. Si quis contrahit cum  
 pupillo, debet eſſe certus ſuæ condi-  
 tionis, de reg. iur. l. qui cum alio. Conditio  
 pupilli, hæc erat, vt eſt ſine tutore con-  
 24 trahẽdo poſſet acquirere. ff. de acqui-  
 rer. domi. l. pupillus, & acqſitor alienare  
 non poterat ſine Præſide dictis iuribus.  
 Si venditor nõ bene ſe cautelauiſſet, de ſe  
 ipſo queratur, ff. de eden. l. argentarius  
 §. cum autem, ibi, de ſe ipſo. Ponamus, q̃  
 pupillus emptor in caſu d. l. 1. habuiſſet  
 alia mobilia; ruruſus pecuniam in arca,  
 vel quid ſimile, ex quibus potuiſſet vẽ-  
 ditori de pretio ſatisfacere, lubrico pu-  
 pilli voluit conſulere Prætor, qui ſi fuiſ-  
 ſet aditus, vt decretum interponeret ſu-  
 per obligatione rei, adhibuiſſet illã co-  
 gnitionem, an. l. pretium ex alijs redigi  
 potuiſſet, & nõ relinquere pecuniam in

manu pupilli de breui conſumendã, &  
 prædium obligatum dimittere. Hæc vi-  
 detur mihi rõ illius l. & ideo dicit glo.  
 not. in l. 1. C. ſi aduerſus ſolutio. q̃ quã-  
 25 do ſoluitur debitum pupillo, † ſoluens  
 cõſequitur plenam liberationem; q̃ eſt,  
 quando fit pupillus locupletior; quod ſi  
 non efficeretur, non eſſet liberatus: hoc  
 ideo, quia lex dedit formam, quomodo  
 cum ſimilibus perſonis fit cõtrahendũ,  
 & voluit ponere pupillũ in tuto oĩ re-  
 ſpectu. Et ſic intellecta decifio illi⁹ tex.  
 fauet maxime opinioni noſtræ, poſtquã  
 venditor ſciebat, aut ſcire debebat, em-  
 ptorẽ non obligari efficaciter ad retro-  
 vendendũ ſine aſſeſu, debuit ſibi in hoc  
 cauere, ſi nõ fecit, ſibi imputet. Alia rõ  
 (quam DD. conſiderãt ad illum tex. vt  
 intelligatur pactũ illud pignoris adie-  
 ctũ poſt traditionẽ, & ſic dominio quæſi-  
 to Minori) fauet ſimiliter huic opinioni;  
 poſtq̃ videmus, q̃ facta vẽditione cũ cõ-  
 ſtitutione præcarij, tranſit ſtatim dñium  
 in emptorem; ita vt res plene ſit effecta  
 ſua. Nec dicatur, q̃ ſi in vẽditione aſſen-  
 ſus impetratus nõ eſt, contractus eſt nul-  
 lus, & proinde clauſulæ præcarij ruunt,  
 quia aduerto, q̃ ſunt huiuſmodi vẽdi-  
 tiones, aut pcedit impetratio aſſeſus, &  
 tũc ſequuta vẽditione, ſtatim ea tenet,  
 arg. de excuſ. tut. l. ſi is, qui tres in prin.  
 aut ſubſequitur, & tũc nullo dato inter-  
 26 medio iuris alteri quæſiti, † retrotrahi-  
 tur ad diem contractus, ſin Andr. in c.  
 Imperialem col. 7. qui allegat l. licet ff.  
 de iudic. & ff. cõm. prædio. l. ſi. Et eſt ve-  
 ra opinio propter ſpem reconualidatio-  
 nis, vt ibi Modern. notant; allegant Bar.  
 & alios in l. 2. §. & harũ de verb. oblig.  
 vt ſi retrotrahatur aſſenſus, dñium eſt  
 quæſitum emptori ex tunc tpe conſtitu-  
 tionis præcarij; illo quæſito, ſequitur, q̃  
 vnũ valebit, & alterũ nõ, & ſic eſt dare  
 caſum, in quo valet contractus, & pactũ  
 in eo appoſitum, non; vt not. Bal. in d. §.  
 ſin. Nec me mouent ea, quæ dicuntur,  
 quod poſtquam hoc pactum de retro-  
 vendendo fit incontinenti, videatur in  
 eſſe, ita vt ſit vna, eademq; res cum  
 27 vẽditione per not. in l. lecta ¶ cum alijs  
 ſi



si cert. petra. quia postquam sumus in contractu emptionis, si fit rei traditio ante finitum contractum, transit dominium incontinenti, & regula non procedit, quæ ex alio similiter non procedit, quando id, quod fit incontinenti, est respectu vnius, scilicet venditoris, & aliud præcedens est respectu emptoris. Rursus non procedit, quia statim, expedito assensu super venditione, quæritur dominium emptori; & hoc dominium postea afficiatur obligatione reali, non est in posse contrahentium, sed dependet à Balio. Hæc tria limitantia regulam (ne videat alieni laboris suppressor) pulchre prosequitur Negus. in suo eleganti tract. de pigno. par. 4. à nu. 35. vsque ad 42. & sic recte infertur ad casum nostrum, ex dispositione d. l. 1. quod valuit venditio, utpote facta assensu, & pactum remaneat in suis terminis.

Quatto, ad confirmationem præcedentium, aduerto, quando fit pactum de retrouendendo sine assensu, an illud valeat, ut promittens teneatur ipse, & sui hæredes saltem actione personali ad interesse. Certe nulli dubium est, quod fit; ut in specie fundat Afflic. in const. Diuæ memoriæ q. 1. 1. & erit ex hoc consultum venditori, cui fit pactum saltem per æquipollens. Si valet igitur pactum, & est efficax pro effectu iam dicto, & similiter si venditio facta cum assensu tenuit, quæ ratio mouit Camer. ut teneat, quod vtrumque non valet? Si dicimus, hoc procedere defectu assensus, non est verum, ut ipsemet firmat, iam quod Regi fuit narrata venditio, & illam firmavit. Si tenemus, quod venditor non fuisset alias venditurus, hoc non facit defectus assensus, sed vel culpa venditoris negligentis, vel dolus emptoris tacentis. Ista separata sunt, & diuidua, & sic vtiliter non vitiat per inuile, ad not. in l. 1. §. sed si mihi de verbo, oblig. Si pactum de retrouendendo non fulcitur assensu ex culpa venditoris, quod non impetrat, non est hoc imputandum emptori per prædicta, si iste assensus non impetratur

29 **dolo emptoris, & quia non esset dans**

causam contractui, sed potius incidens in contractum: non ex hoc erit nullus sed agatur ad id, quod interest ff. de actio. empti. l. Iulianus, §. per contrarium. glo. & ibi Alber. nu. 7. cum sequent. in l. eleganter in princ. ff. de dolo. Dux Summæ volebat vendere Castra, & Dux Mondragonis emere. Rursus venditor volebat pactum de retrouendendo, & emptor illud fecit, nullus ergo dolus in hoc contractu interuenit. Si in impetratione assensus emptor decepit venditorem, quia quando debuisset exprimere vtrumque, omisit vnum, agatur ex eo contractu ad interesse, & in hoc iudicio est consultum venditori, ut etiam sine assensu condemnari faciat possessorem Feudi, eiusque hæredes, & in executione in subsidium vendi faciet Feuda ff. de re iud. l. commodis. Et super hac venditione facienda Rex non poterit iuste assensum denegare; & hoc iure utimur, si tamen verum amamus. Ista omnia cessant in casu nostro; nam emptor in nullo decepit, postquam ipse non assumpsit onus impetrandi assensum super vtroque, & venditor iam impetrauit suum; si nulliter, quid est emptori imputandum? Ponamus, quod reperiretur impetratus assensus super promissione retrouendendi, certe ille non profuisset super venditione postea facienda. not. Affl. post alios in Constit. sponte volentibus not. 4. potuisset tantum agi contra promittentem. ff. de actio. empti. l. si sterili. §. si tibi fundus. Et id circo practici hodie impetrant assensum super pacto de retrouendendo, & futura retrouenditione. Sequitur ex hoc quod quauis in assensu super venditione fuisset facta mentio pacti de retrouendendo, erat postea alter assensus necessarius super retrouenditione; non habet igitur venditor, in quo possit conqueri de emptore ex hoc capite.

Assensus Regius non erat necessarius pro validando hoc pacto, sed solum fuisset utilis pro obligatione rerum feudaliū, & successiue rei, super qua promittitur retrouenditio; & ad hoc, ut tol-

letur difficultates factæ per Alexand. conf. 10. vol. 1. & per Paul. de Castr. in l. si cum venderet de pigno. actio. Ex hoc dicemus, contractum non valere; quia bona feudalia non sunt obligata. Certe non video: obligatio non est de substantia contractus, quando sine ea iam constat, ad notat. per glos. in l. pacta conuenta, de contrah. emptio. Principale stat sine † accessorio, non è contra, de reg. iur. l. accessorium. Si dicat venditor, quod ipse non erat alias venditurus sine hoc pacto, iam habet, quod vult; quia pactum adest. Rursus cum effectu habuit retrouenditionem, si nullo liter hoc fecit, imputet sibi, ut sæpius diximus. Ex quibus videtur satis defensa præcedens opinio, & responsum allegatis in contrarium.

Postremo confirmantur prædicta ex alio clarissimo fundamento. nam videmus, quod Dux Summæ impetrauit suum assensum. † Ipse narrat Regi, se vendidisse Illustris. Principi tunc Duci Mondragonis, & similiter facta narratione venditionis factæ anni 22. dicit per hæc verba (& alio contractu mediante dictus Illustris. Dux Mondragonis promittit dictas Terras modo supra venditas reuendere eidem Illustris. exponentibus &c.) & Rex assentit super omnibus, quia ponit hæc verba in dispositione (prædictarum Maiestatum nomine assentimus, & consentimus, Regiumque super his præstamus assensum &c.) ex quibus resultat, quod ex ista impetratione assensus, facta mentione de venditione, & reuenditione, corroboratur instrumentum venditionis factæ. Ita decidit Paris. de Puteo in proprijs terminis in loco præallegato in quæst. & circa prædicta quæro nu. 15. ibi tamen esset cogitandum fol. 129. quæ est punctualis decisio, & rogo, videatur. Et non inconuenit, quod postquam assensus est præstitus, quia facta mentio de venditione valeat, & assensus præstitus super alio contractu sue retrouenditionis non valeat, ex quo non seruatis pactis, & conditionibus, & per allegata copiose, &

disertissime more Papiniani per excellentem Dominum Regentem Villanum tunc patrocinantem in consimili causa & obtinentem sententiam in fauorem; quia vtile per inutile † non vitatur èt in feudis c. 1. S. eadem. l. de l. Corr. hot. Andr. in c. 1. S. præterea 2. colu. de prohib. feud. alien. per Feder. & c. 1. de alod. & per prædicta tollitur omnis profusus disputatio, & difficultas. Et ex abundantia dicta sunt in prædicto articulo, & ab Illustr. Dominis de Consilio audio de hoc non fuisse dubitatum.

#### ADDITIONES.

**A**d numerum tertium, Quod assensus difformis à concessione non iuuat, vide Ann. in Alleg. 45. nu. 11. & ibi, & sic tenet meus Genitor hic; idem tenet Vincent. de Franch. decis. 48. circa fin. vbi allegat Friciam, & Camer. idem tenentes.

Et hanc opinionem sequitur etiam Io. Andr. de Georgio, qui eruditissime scripsit in sua allegat. 5. nu. 63 quod assensus difformis à contractu sit nullus.

Ad numerum 22. an Assensus expeditus super venditione Feudi extendatur ad pactum de retrouendendo, vel vtrumque corruat ex vi indiuiduæ voluntatis, ultra scripta per meum Genitorem hic, Vide Vinc. de Franc. decis. 105. num. 7. cum seqq. vbi de Fric. & Camer. & Curt. Iun. & Tiraq. & Ario Pinello, & alijs meminit.

Abb. Io Hieron. de Mauro.

#### SVMMARIVM.

- 1 *Census an in dubio censeatur emphyteuticus, vel censualis.*
- 2 *Verba enunclatiua in instrumento quando probationem inducant.*
- 3 *Dominus directus, qui habet notitiam, quod res emphyteutica venditur, an excludatur à iure prælationis.*
- 4 *Ius prælationis non præscribitur, nisi spatio triginta annorum.*
- 5 *Ius prælationis habet locum nedum in contractu emphyteutico, sed etiam in contractu summissionis.*
- 6 *Non est inconueniens, ut qualitas emphy-*

*emphyteutica in eodem contractu operetur unum respectu devolutionis, & in reliquis retineat in omnibus meram naturam emphyteuticam.*

## ALLEGATIO 9.

**A**N Census in dubio præsumatur emphyteuticus, vel censualis, & an habeat locum ius prælationis in contractu summisionis. In causa Illustris. Comitissæ Contæ.



**A**D fundandum, quod Census, de quo agitur sit emphyteuticus, & non sit præsumendus censualis, sufficeret, quod omnium reddituum, qui habentur, vel maioris partis in Civitate Neapolis, ac locis adiacentibus emphyteutica natura est, & sub tali qualitate concessionem omnes fiunt, ita ut ex hoc census in dubio emphyteuticus censendus sit. Hæc est vera opinio Ioannis Fabri in l. 1. in princ. C. de iure emphyt. Sed ut clarius fundetur intentio Illustris. Comitissæ actricis, est productum instrumentum antiquum, in quo hic census enunciatur cum qualitate emphyteutica; ita ut quoad istum punctum non sit de alio disputandum, quam si ista verba dicti instrumenti probent, quod enunciant. Et quia sumus inter easdem personas, & tractatur de re, super qua contrahentes potuerant ipsis præiudicare, & in dicto contractu interponitur iuramentum, nulli dubium est, talia verba probare, quod enunciant. Ita Bart. in l. ex hac scriptura; ibi, opp. videtur. ff. de donat. qui fortius dixit, non posse probari contrarium, & in fin. ibi, si vero ad obligationem, clarius dicit, stari enunciato à partibus, donec contrarium probetur. Sequitur hoc di-

ctum Bart. Aimon. de antiquit. tempo. par. 1. in cap. quod incipit. Propositum nostrum nu. 19. & seq. quæ opinio fundatur clarius ex his, quæ in his terminis ponit Affl. decis. 83. quæ, rogo, videatur, & quando hodie venerit massaria, & locus, de quo agitur, ad Magnificum Aduersarium per medias personas eorum, quæ causam habuerunt ab illis partibus, quæ in instrumento antiquo asseruerunt, hunc censum esse emphyteuticum, non est dubitandum, quod confessio illorum noceat istis; ita ut non possit censi tertij, sed potius sunt singulares successores. Firmat hoc quamplures cumulando idem Aimo. in dicta 1. par. c. ampliatur nunc memorata conclusio num. 22. cum seq. ubi inter alios allegat Aretin. cons. 112. in fin. Si igitur ex dicto instrumento apparet, quod census, de quo agitur, est emphyteuticus, quia sic enunciatur, & talis enunciatio probationem inducit per prædicta, non est, in quo se fundet magnificus Aduersarius, ut neget talem qualitatem; ut sic, tali qualitate admissa, locus sit prælationi petitiæ. Nec obstat, quod census prætendatur in parte massariæ, quia ex dicto instrumento totum contrarium fundatur: cum appareat, censum deberi pro massaria, & domibus, ut sic, si intentio Illustris. Actricis fundata sit ex tali instrumento, non possit fundare se pars in quadam fide instrumenti producta, in qua prætenditur diu, quod quædam particula massariæ est reddititia; quia talis assertio fiebat à venditore, cuius intererat, massariam non esse totam reddititiam, ut sic carius venderet, & sic verba inter alios prolata, absente domino directo, ei per talem assertionem, nullum de iure præiudicium inferre possunt. Ita est theoricæ Bart. in d. l. ex hac scriptura in fi. & est vera, & tutissima regula iuris, quod res inter alios acta, alijs præiudicare non potest.

Nec similiter obstat, quod magnificus Aduersarius allegat, Illustris. Comitissam fuisse requisitam, vel habuisse notitiam, quod res, de qua agitur, ven-

- 3 vendebatur, † & post hanc notitiam, lapsum fuisse tempus duorum mēsum, vt ex hoc sit exclusa à iure prælationis, quia aut pars fundat se in notitia, quā habuit forte Illustris. Comitissa, & hoc non sufficit; postquam l. fin. C. de iur. emph. requirit, attestationem domino transmitti, & sic expresse præcipit, denunciationem fieri debere; scientia sola non sufficit: in quo ne immerer in allegando quotas, contētus ero congestis per Tirāq. in retract. consanguin. §. 36. glo. 2. num. 24. cum seq. qui per plura iura, & authoritates fundat, hanc esse communem opinionem. Induxit enim lex, isto casu fieri debere domino denunciationem, vt sciatur, quanti res venditur, & quo pacto, vt ex hoc inferatur, quod quando sola scientia sufficeret, prout non est, debuisset esse cum suis qualitibus, scilicet valoris, & aliorum, alias non afficit. Glof. est not. in cap. concertationi, in ver. sciuerit, & ibi omnes not. de app. lib. 6. hic nulla apparet denunciatio facta Illustr. Comitissæ, quod sciuerit, rem fuisse venditam, vt per depositionem domini Pisanelli. Non ex hoc sciuit quanti, nec venditioni assentit, & quia sciebat, ius suum durare, quousque sibi denunciabatur prædicta; hoc tempus non currit eius incommodo: immo postquam tempus duorum mēsum incipit currere post transmissam domino attestationem, & sic post denunciationem factam, si nulla fiat denunciatio, domino competunt anni † 30. quia facultas hæc competit conditioni ex d. l. si. quæ durat ann. 30. Ita in similibus terminis cōsultuit Paul. de Castr. cons. 430. in princ. lib. 2. & Dec. cons. 222. in fi.
- 4 Ultimo non obstat, quod ex aduerso prætenditur, hunc censum, etiam data emphyteutica qualitate, esse censendum tanquam debitum ex contractu summisionis, † vt sic quæadmodum,
- 5 cum agitur de re summissa deuoluenda, pro rata habeat locum deuolutio, ita & in prælatione; quia iste obiectus de facili tollitur, considerata differentia

inter deuolutionem, & prælationem. Deuolutio si haberet locum vltra ratā solutam, resultaret iniquitas, pactum re probatum à iure, & maximum interesse partis summittentis, quæ pro modica pecunia perderet rem magni valoris, quod non cogitauit, quando summisit rem, & ideo sapientes in deuolutione interpretati sunt, ratam deuolui tantū secundum Afflict. decis. 80. licet cōtrarium potuisset suaderi de vigore iuris; postquam à principio placuit contrahi sub tali forma, vt tota res summissa, exponeretur periculo deuolutionis. Omnes prædictæ rationes cessant penitus in casu, de quo agitur: nullum enim incommodum sentit possessor, quia habet à dño directo quātum ab alijs inuenire potest d. l. si. C. de iur. emph. immo circumscripto pacto, quod res summissa non possit alienari, & quod Dominus præferatur, ius ipsum præferret. arg. ff. de Priuileg. credit. l. 1. vbi bonus text. quando aliquis summittit rem in natura emphyteutica, videtur facere pactum, alij non vendere, quam domino, cui summittit, & iurat; tenetur præcise ad obseruantiam pacti. Modern. in l. si ita quis promiserit, §. ea lege. ff. de verbor. oblig. quicquid alij dixerint in contrarium, hoc potissime obtinet in contractu emphyteutico, cuius pactiones, vt pote speciali priuilegio voluit l. omnino esse seruandas, l. ij. in princ. C. de iur. emphyteutico, & non erit mirum, quod qualitas emphyteutica in eodem contractu † adiecta respectu deuolutionis, operabitur vnum, vt deuoluatur pro rata, in reliquis retinebit meram naturā emphyteutici contractus, & hoc diuersitate rationum, sic dicimus in regulare deposito. l. die sponsaliorum. ff. de depositi. Ista qualitas emphyteutica quoad ius prælationis, etiam quod debet in parte circumscribi, quod non est per prædicta, quia non est in parte diuisa, trahet ad se omnem rem emphyteuticam in prælatione. Sic dicimus in habente rem communem cum alio pro indiviso, vt possit iure congrui rem à vicino

ino petere. Ita tenet Neapod. in con-  
suet. de iur. congr. si quis emit, in vers.  
alculus. Vt ex his concludi possit, sen-  
tentiam Domini Iudicis artis serici de-  
bere confirmari.

ADDITIONES.

**A**D num. 5. præsupposito, quod Contra-  
ctus iste fuerit summisionis, & non  
emphyteuticus, & quod deuolutio fiat pro  
rata tantum, non in totum, ex dictis per  
Aff. decis. 80. nedum ob redditum nõ solu-  
tum, sed etiam ob alienationem factam,  
irrequisito domino, prout consultiit Alex.  
cons. 106. viso themate. 4. vol. quem refert,  
& sequitur Deci. cons. 164. & Capi. decis.  
103. & in hoc casu pactum factum in con-  
trarium non subsisteret, sed bene habebit  
locum ius prelacionis ex allegatis per meum  
Genitorem hic. Sed quid in casu contra-  
rio, si Dominus directus velit vendere suum  
directum dominium, vtrum emphyteuta,  
vel utilis Dominus præferatur, Andr. de  
Ifern. in e. Imperialem vers. nec dominus,  
col. 2. in fi. vers. nam emphyteuta in tit. de  
prohib. feud. alien. per Feder. tenet, quod  
non, & secundum eius opinionem fuit plu-  
ries iudicatum nedum in S. C. sed etiam in  
Collaterali Consilio, vt per Ann. sing. 1500  
quem video, vbi habes quotas.


Addendo etiam ad num. 1. Reg. Consiliar. de  
Georgio in sua alleg. 4. num. 11. & 13. qui  
voluit, quod census peruentus ex conces-  
sione rei feudalis de consensu Domini, sit  
loco Feudi.

Ad nu. 4. & 5. de iure prelacionis, vido quæ scri-  
psit idem de Georgio in alleg. 7. nu. 6.  
*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

SUMMARIVM.

**L**icet inter Ciuitatis Sedilia modus  
creandi Syndicum sit discretus &  
ut per circuitum, alternatis vi-  
cibus, unicuique Sedilium com-  
petat tempore suo; tamen Sin-  
dicus ab unoquoque ex Sedili-  
bus creatus, à tota Ciuitate ele-  
ctus dicitur; nam censetur tota  
Ciuitas alternatim Sedilibus  
creandi Syndicum facultatem  
dodisse.

- 2 *Sequuta scriptura post electionem, ius est quæsitum electo. In officijs dignitatum ex sola electione ius tribuitur, in officijs profanis sola electio sufficit.*
- 3 *Electio, quæ Superioris confirmatione non indiget, statim de per se electo tribuit ius.*
- 4 *Munera in Ciuitate debet deferri per ordinem, & si vnus est semel electus, neq; actus expletus est, non debet fieri noua electio, sed ille primo electus debet actum explere, si vult.*
- 5 *Aliud est nouum actum fieri, aliud est factum extendere, vel prorogare. Officium prorogatum non dicitur nouum officium, & late nu. 9.*
- 6 *Primo licentiatus, & postea doctoratus, præfertur doctorato medio tempore.*
- 7 *Natura prorogationis est, quod tertio præiudicium non generetur. Quod qualiter intelligatur, late hic differitur.*
- 8 *Prorogatio facta principali, quando liberet fidesussorem.*
- 10 *Statutum, quod omnes fructus percipiendi ex beneficijs vacaturis infra decennium conuertantur in usum fabricæ, si beneficia vacant in fine decennij, licet fructus percipiantur, elapso decennio, adhuc statutum viget.*
- 11 *Attenditur ordo intellectus, et nõ ordo scripturæ.*



## A L L E G A T I O 10.

**P**ostquam Syndicus semel est electus in parlamento, si parlamentum prorogatur, non debet alius Syndicus eligi, sed primus, si vult, explebit actum. Pro D. Casare Ianuario.



Crisperunt super occurrenti dubio clarissimi Iureconsulti, Baractucius, & Pisanelus, ac Doctissimus Doctor Macedonius, ex quorum, & aliquibus meis dictis subscripta componere decreui, ut ipsis, quibus obedire decet, ac clienti ita apperentibus morem, quem debeo, geram.

Et dubitandi species illa est. Illustr. D. Berardinus pro Regis seruitio generale indixit parlamentum, ac pro illo explicando Barones, Regniq; Magnates, & ceteras vniuersitates submonuit, die certa praestituta; quae dies cum prope esset, idem Illustr. Dominus iuxta necessearium solitum Syndici electionem Ciuitati Neap. iniunxit; Cumq; secundum consuetum Sedilium circulum ius creandi Sedili Portus competere, ab eodem legitime pro parlamento praedicto Magnific. Caesar Ianuarius deputatus est, & inde scriptura cofecta, & acceptatio sequuta; & ortis quibusdam controuersijs inter nobiles eiusdem Sedilis (Neapolitanorum more) a Superiore causa cognita, confirmatus extitit. Demum ordine Superioris ipsius proprio motu eiusdem parlamenti celebratio protrahata est. Quas inter moras aduentus Illustriss. Albe Ducis in Regno Viceregis obuiam se fecit, in cuius ingressu Syndicum eligi necesse est. posteaquam ab eodem idem parlamentum (Deo Duce) celebrandum erit. Ex ista igitur facti serie dubitari contingit, ad quod ex

Sedilibus Portus, & Portae Nouae, quae duo Sedilia circuli ordo in praesentiarum tangit, creatio Syndici spectet: & an Sedile Portus, vel Dominus Caesar dicere possit, se iam legitime creatum Syndicum pro parlamento celebrando, & sic circuli praedicti ordinem esse iam executum in Sedili Portus ex creatione iam dicta; adeo quod si noua creationis causa insurgit, creatio illa oneri, & honori Sedilis Portae Nouae sit.

Et dubium facit contra Caesarem, quia ordo circuli supra nominatus ita seruandus videtur, quod explicato vno actu, in quo Syndicus interuenire debet creatus ab vno ex Sedilibus, in actu immediate sequenti per sequens Sedile Syndicus creari debet; vnde cum actus proxime praecedens celebratus fuerit cum interuentu Syndici a Sedili Nidi creati, & actus immediate sequens sit ingressus Illustr. Ducis, in hoc actu Sedile Portus Syndicum creare debet, & demum, quia actus parlamenti postea celebrabitur in illo, Sedile Portae Nouae Syndicum creare debet.

Quo tamen non obstante, credo iuris esse, quod Magnificus Caesar in parlamento pro Syndico se gerere habeat, & Sedile Portae Nouae Syndicum pro ingressu eligere debet. Ad quod fundandum, ego praesuppono, quod licet inter Ciuitatis Sedilia modus creandi Syndicum sit ut supra discretus, tamen Syndicus ab vnoquoque ex Sedilibus creatus a tota Ciuitate electus dicitur; nam censetur tota Ciuitas alternatim Sedilibus creandi facultatem dedisse. *tex. est in litem eorum §. si Decuriones, ibi, parui enim refert, an ipse ordo elegerit, an is, cui ordo negotium dedit. ff. quod cuius. vni. no. & prob. tex. in l. vnu ex familia §. si de Falcidia ff. de leg. 2. vbi Bar. ad hoc illum tex. no. & tex. in cap. hi qui, de preben. in sexto. quem ad hoc inducit Roman. cons. 116. visis necessarijs.*

Praesuppono insuper, & secundo, quod creatio Syndici non fit per Ciuitatem, nisi praecedente Superioris iussu, qui Superior

perior, dum sibi videtur, esse tempus creationis Sindici, per Vicerium electis Ciuitatis iniungit, vt Syndicus per quem spectat, eligatur, & sic secundum Superioris requisitionem seruetur ordo circuli in creatione Sindicorum, quia si Superior semel requisit, & creatio facta, est per vnum Sedile, demum iterum requirit, creatio fiet per Sedile sequens, & sic deinceps, adeo quod verum videtur, quod causa immediata creationis Sindici, est requisitio Superioris, licet causa mediata est celebratio actus, & patet, quia etiam si certum sit, actum faciendum esse, numquam tamen creatur Syndicus, nisi facta requisitione à Superiore, de quo tanquam in notoria facto consistenti dubitari non conuenit.

Quibus sic presuppositis, dico, quod in casu, de quo agitur, Superior, dum sibi fuit visum, Syndicum eligi, illud Ciuitati iniunxit; & quia tunc ad Sedile Portus spectabat, electio predicta facta fuit, ex qua electione nemo dubitabit, esse magnifico Casari ius irrevocabile questitum. Vel enim dicamus, prout Pisanellus dicit, quod sequitur scriptura post electionem, ius est questitum electo, per doctrinam Bart. in l. ex eo tempore. ff. de testam. milit. Vel dicamus, in officijs dignitatum ex sola electione ius tribui, prout considerat Bara. alleg. Abb. in cons. 47. Nicolaus 2. col. 1. vol. Vel dicamus, quod sumus in officijs profanis, in quibus electio sola sufficit, vt considerat Macedon. allegando tex. & ibi Burr. & Imol. in c. super his de accus. Abb. in c. ij. & in c. nobis 2. col. extra de iur. patr. & notatur per glo. in c. quanto 63. dist. Vel quod sumus in casu, in quo secundum notoriam consuetudinem non exigitur confirmatio Superioris, in quo sola electio tribuit ius, ad quod allego Abb. in cap. nulli. 2. col. ibi, potest addi quintus, extr. de elect. vbi dat exemplum de Rectore scolarium. Vel quod sufficiat sola acceptatio, secundum Bart. in l. absentis. ff. de donat. Vel quod istud munus æquiparetur beneficio Ecclesiastico, in quo re-

quiritur confirmatio Superioris, secundum notata per DD. & præsertim per Felin. in cap. cum Bertoldus 1. & 2. col. extra de re iud. Omnia ista concurrunt in casu isto, quia officium Sindici dignitatem habet: adest electio, scripturæ confessio, electi acceptatio, & Superioris confirmatio; & consequenter negari non potest, quod ipsi Casari perfecte ius questitum sit, vt sit Syndicus in parlamento predicto.

Et quamuis tunc non fuerit celebratum, sed demum per Illustr. Ducem celebrandum sit, & interim pro alia requisitione ob causam alterius actus alius Syndicus creandus sit, tamen hoc in aliquo non refragatur Magnifico Casari; quia post electionem canonicè factam, & ius questitum sibi, ipse remanet non amplius Syndicus Sedilis Portus, sed Syndicus totius Ciuitatis, tanquam electus à tota Ciuitate non ad tempus, sed pro explicatione certi actus; quo fit, quod si alius actus non est perfectus, non potest, volente ipso Magnifico Casare, perficere, ab eo ius questitum euelli. Ad hoc Pisanellus, & ego adducebamus tex. in l. & qui originem §. Præses Prouinciæ ff. de mune. & honor. vbi Iuriscons. determinat, quod munera in Ciuitate debent deferri per ordinem, prout hodie fit seruando ordinem circuli Sedilium, & tamen si vnus semel est electus ad legationis munus, neque totus actus expletus est, si de iterata electione tractatur, non amplius ordo seruabitur, sed illo primo volente, per eundem actus complebitur. Tex. est in l. estimationem. §. si iuncta l. sequen. ff. eod. tit. per quæ iura ita firmat Io. de Platea in l. 2. in fi. C. de honor. & muner. non cōtin. lib. 10.

Ad quod confirmandum accedat, & celebratio parlamenti facienda non erit noua celebratio actum nouum continens, sed eiusdem parlamenti conuocati executio, cuius celebratio per Superiorem protracta fuit; respectu cuius parlamenti perfecte ius questitum fuit Domino Casari, vt in eo Syndicus pro tota Ciuitate maneat. In quo Pisanellus



5 nullus adducit regulam iuris : † quod aliud est nouum actum fieri , aliud est factum extendi , vel cresci. iuxta text. in l. quod dicitur, ibi, sed si impensis ff. de impen. in reb. dot. fact. & l. peculium §. crescit. ff. de Pecul. q̄ iura ad hoc ponderat Paul. in cons. 389. si consideremus 1. volum. vbi firmat, quod expectatiua concessa per Papam duratura triennio, si est protracta per aliud triennium non dicitur continere nouam gratiam, sed eandem primam, & antiquam, & facit quod dicitur de officio prorogato, vt dicatur idem, & nō nouum officium secundum Bart. in l. dies cautioni, & post eum Alex. in princ. ff. de damn. infect. & quodocunq; celebrabitur parlamentum predictum, perinde est, ac si fuisset celebratum tempore electionis predictæ, & consequenter nemo alius, nisi Cæsar legitime electus pro Sindico se gerere potest: argum. eorum, quæ per predicta trad. Cor. cons. 235. de pluribus queritur 3. col. ibi, vltimo quando 2. vol. & facit etiam similis quæstio per 6 Pisanellum adducta. † Vnus licentiatus est pro doctoratu capeffendo, demum alius consequitur gradum Doctoratus, postea consequitur pariter gradum Doctoratus ille primus licentiatus, si quæstio est de præcedentia inter istos, præfertur primo loco licentiatus, quia nō finis, sed principium inspicitur. Ita Areti. in §. quædam actiones. 6. col. ibi, nam antiquior inst. de action. quem sequitur Feli. in rub. de maior. & obed. 1. col. & faciunt verba Bal. in l. ex placito, col. 2. C. de rer. permutatio. vbi dicit, quod actus consecutiui regulantur à prima causa, quia secunda causa oritur de potentia primæ.

Ad quod confirmandum ego considerabam, hoc negotium parlamenti plures in se habere qualitates, & inter cæteras est creatio Sindici, vnde sequitur, quod cum parlamentum simpliciter sit prorogatum, censetur prorogatum cum omnibus qualitatibus suis, iuxta tex. & ibi Bar. 1. col. in l. 1. §. & post operis. ff. de nou. oper. nunc. & text. in

l. item queritur §. qui impleto. ff. loc. no. Bal. in l. legem. C. locati, quæ iuxta ad hoc etiam adducit Macedonius.

7 Nec dicatur, quod ex ista prorogatione, † si hoc ex ea resultaret, fieret præiudicium tertio, scilicet Sedili Portæ Nouæ, & natura prorogationis est, q̄ tertio præiudicium non generetur, iuxta tradita in l. si cum Hermes. C. loc. & no. Bald. in l. Aemilius in 5. nor. ff. de minor. nam multipliciter demonstratur, hoc nullius esse considerationis ad casum, de quo agitur.

Et primo, quia nullum damnum considerari potest Sedilis prædicti. Si enim volumus considerare præiudicium respectu electionis Sindici pro parlamento, & tunc nullum considerari potest. Quia tempore, quo Superior iniunxit, vt Sindicus crearetur, electio spectabat ad Sedile Portus, per quod iam facta fuit vt dixi, & omnino exequenda per prædicta. Sin autem queritur de præiudicio respectu alterius electionis, si sequens sequatur Superioris requisitio, & hanc facultatem nemo negabit Sedili Portæ Nouæ, quia si semel pro vno actu fuit facta requisitio, q̄ crearetur, & fuit creatus, & postea alia fiat requisitio, p̄ alio actu, poterit dictū Sedile Portæ Nouæ Sindicum ad libitum eligere.

8 Secundo, Considerandum est, quod Doctores loquentes de præiudicio tertij in materia prorogationis exemplificando in fideiussore, an remaneat obligatus, facta prorogatione principali, varie loquuti fuerunt, & tandem illa est veritas, q̄ † quando prorogatio auget obligationem, tertio fideiussori non obstat, quando vero eadem manet obligatio, tunc secus. Ita eleganter per iura, per eum adducta demonstrat Dec. in c. de causis 4. col. ibi, quarto limitatur, vsq; ad quintam limitationem de offic. deleg. & trad. Alex. in cons. 66. in causa, & lite in 3. dubio, 7. vol. & communem testatur, & demonstrat idem Dec. cons. 400. viso eleganti consilio 1. col. & sic quia prorogatiua ista nil noui auget, sed tantum illud parlamentum, prout



pro vt celebrandum erat 1. Nouembris celebrandum, protraxit ad aliud tempus, cessat obiectio prædicta.

Tertio, & est vera responsio, & tanto magis fundatur intentio Magnifici Cæsaris; nam quando tertius non acquirit ius, nisi finito tempore, & sic finito actu, † tunc si prorogatur tempus, prorogatio operatur, vt dicatur idem tempus, & sic idem actus, non obitante prætendentia tertij. Ad quod ego adduco decisionem Hostien. in c. præterea extra de appell. vbi dicit, quod si Iudex mandat debitori, quod soluat intra decem dies, alias quod sit excommunicatus, quod si Iudex solus postea prorogat terminum prædictum, non incurrit debitor in excommunicationem, quia idem terminus dicitur. Et ad idem, & magis proprie potest applicari decisio similis quæstionis; in iure enim est clarum, quod si Papa concedit expectatiuam beneficiorum, quæritur expectanti ius in beneficijs, quæ vacant. Est etiam clarum, quod si beneficiatus est promotus ad Episcopatum, vacant beneficia, quæ antea ipse tenebat, quæ tamen tenere potest infra tempus tantum statutum ad consecrationem suscipiendam, iuxta terminos capituli cum iunctis §. cum vero, extra de elect. iuncto c. licet Episcopis de præb. in 6. & tamen si tenens beneficia est promotus ad Episcopatum, & habuit prorogationem temporis statuti ad suscipiendam consecrationem, non poterint beneficia, quæ antea tenebat, per alium acceptari, quia per illam prorogationem non dicuntur amplius vacare, Dec. & Abb. post Ioan. Andr. in d. c. cum in cunctis §. cum vero 3. col. ibi, sed dubium. Et in materia expectatiuarum tradit Io. Staphilens in tract. de Grat. & Expect. sub Rubr. de var. mod. vacat. 5. col. nu. 48. in 14. vol. tract. car. 25. in lib. meo: & sic etiam si Sedile Portæ Nouæ, extincto illo actu parlamenti, expectaret creationem Sindici in parlamento, tamen si ille actus non est extinctus, sed protractus, non potest Sedile Portæ Nouæ aliquid præ-

tendere; quia nunquam sibi fuit in aliquo ius considerabile quæsitum, quod hoc impediret fieri.

Et vltra prædicta, Ego alias considerabam, quod sicuti electio, & præsentatio dicuntur fructus potestatis eligendi, & præsentandi iurib. vulg. ita fructus electionis factæ est administratio; nunc autem dico, quod si tempore, quo electio fieri debuit, ex quo Superior ordinauit, & tempore, quo facta fuit, spectabat ad Sedile Portus, etiam fuit facta canonice, vt dixi, & ex ea ius quæsitum, licet administratio, & sic fructus ipsius, sit alio tempore: hoc non attenditur, sed tantum attendi debet tempus factæ electionis. Ad hoc adduco elegatam decisionem Oldrad. qui solet pater veritatis appellari in cons. 112. in cap. statutum, vbi decidit, quod si factum fuit statutum, 10 quod omnes † fructus percipiendi ex beneficijs vacaturis infra decennium conuertantur in vsum fabricæ, & contingit in fine decennij, vacare beneficium, licet postea fructus percipiuntur, elapso decennio, adhuc statutum viget; quia sufficit attendere tempus acti perfecti, ex quo postea percipiuntur fructus.

Non omittā vnā aliam considerationē, quā ponit in sua annotatione Barstucius, cuius verba ista sūt. (Dico etiā, quod si fuit electus, vt associaret Illustriss. Viceregem in parlamento generali, videntur sublata omnia obstantia) pro quo facit, quia ea, quæ sunt in necessitate naturæ, sunt in ordine intellectus. Glos. singul. in rubr. de re vxor. act. quam in multis locis dicit Aretin. esse singul. in ordine intellectus: fuit expresse, quod deputatio, & electio Magnifici Cæsaris esset pro associanda persona ad generale parlamentum, & illud inerat naturaliter, quod priusquā accederet, deputaretur aliquis, sublata omni contrarietate, vt dicimus, quādo proponuntur plures executiones incompatibiles, debet intelligi, vt videatur proposita illa, quæ præcedere

E de-

debet, licet ex ordine aliter apparetur  
 11 † ita Aretin. in l. 1. colum. 4. de acquir.  
 hæred. Bar. in l. quidam consulebat de  
 re iud. ne actus efficiatur inutilis, &  
 quod ad istum effectum debet attendi  
 ordo intellectus, & non facti; in pulcra,  
 & satis simili causa ponit Aretin. in l.  
 seruum filij. §. fin. colum. 2. de leg. 1.  
 facit quod refert Maz. decis. 387. si  
 eodem die creditor petit executionem  
 instrumenti, & debitor cassationem,  
 debet procedi in executione obligatio-  
 nis, & hoc propter ordinem intellectus,  
 ne impediatur actus primo factus, sic  
 in casu nostro. Et dicunt Docto. in l.  
 2. §. prius de vulg. & pupil. si testator  
 primo fecit substitutionem, deinde in-  
 stitutionem, si attenderetur ordo, te-  
 stamentum non valeret; sed legis pru-  
 dentia considerauit ordinem intelle-  
 ctus, vt valeat testamentum; sic in ca-  
 su nostro, vt valeat electio, & deputa-  
 tio facta; ad quæ facit, quod sing. not.  
 Alex. in rubr. C. qui admitt. sequitur  
 Ias. in §. rursus in fin. de actio. Quod si  
 quis petit, rem sibi restitui, ad cuius re-  
 stitutionem obtinendam erat necessa-  
 ria rescissio alicuius actus, petendo re-  
 stitutionem, rei iuris intellectu videtur  
 petiisse prius rescissionem illius contra-  
 ctus, quia alias iudicium non tene-  
 ret. Ad hæc omnia accommodari pos-  
 sent satis apertæ, & ad propositum  
 quæstiones, & dicta per Docto. per l.  
 illud de acquir. hæred. quod qui vult  
 consequens, videtur velle omne suum  
 necessarium antecedens.

Et ex prædictis iam apparet, respon-  
 sum obiectioni, quæ supra fiebat pro  
 parte Sedilis Portæ Nouæ, scilicet quod  
 electio Syndicorum fieri debet secun-  
 dum occurrentes casus, & quia primo  
 erit ingressus Illustrissimi Ducis, & po-  
 stea erit celebratio parlamenti, igitur  
 in ingressu Sedile Portus creabit Sin-  
 dicum, & in parlamento illum crea-  
 bit Sedile Portæ Nouæ, quia creatio  
 Syndici fit, quando Superior mandat.  
 Et quia primo mandauit electionem  
 tempore, quo spectabat ad Sedile Por-

tus, & si mandabitur in ingressu simi-  
 lis creatio, ista erit secunda iussio, &  
 consequenter in ista secunda iussione  
 creabitur Syndicus per Sedile Portæ  
 Nouæ, & sic deinceps.

Præterea postquam electio fuit ca-  
 nonice facta, & electus dicitur electus  
 à tota Ciuitate, ad explicationem actus,  
 qui adhuc non est explicatus, eo vo-  
 lente gerere actum, non poterit alius  
 eligi, vt supra dixi.


Præterea si actus est ordine Supe-  
 rioris prorogatus, & idem actus cen-  
 setur, & proinde est, ac si fuisset primo  
 tempore celebratus, per supradicta ces-  
 sant obiecta prædicta, & sic spero, ex-  
 cellentes de Collaterali Consilio Do-  
 minos prouisuros.

#### ADDITIONES.

**A**D num. 3. Quod post electionem fa-  
 ctam in personam Magnifici quon. Cæ-  
 sari de Ianuario in parlamento sit eidem  
 ius irreuocabile quæsitum, licet actus ele-  
 ctionis eo tempore non habuerit effectum  
 ex prorogatione, cum relatis per meum  
 Genitorem hic, qui recollegit rationes  
 Pisanelli, Barastucij, Macedonij, & alias  
 suas inseruit, concordat Vincentius de  
 Franch. decis. 339. qui dicit, sic fuisse deci-  
 sum in Sacro Consilio, ex quo cum simus  
 in electione necessaria, eo ipso quod ele-  
 ctio est facta, est quæsitum ius irreuoca-  
 bile electo, & ibi habes Quotas Doctorū,  
 & decisionem Sacri Consilij.

Non tamen omitto, quod idem Vincent. de  
 Franch. decis. 409. in casu alio simili te-  
 nuit contrarium, & sic fuit decusum, quod  
 quando, facta electione, venit impedimen-  
 tum, licet non stetit per electos actum ge-  
 rere, & administrare, tamen in tempus al-  
 terius moræ electionis non admittuntur,  
 ex doctrina Bart. in l. si prius in 10. quæst.  
 ff. de nou. oper. nunc. sed cogita rationem  
 diuersitatis ibi.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*



## SVM MARIVM.

1. Creditor, qui consentit alienationi pignoris, amittit hypothecam; et quid, si alienatio non habuit effectum.
2. Quando venditio resoluitur ex causa necessaria, pignus reuiuiscit.
3. Si donatarius non adimpleuit promissa ex sui parte, dominium rerum donatarum transfertur in donantem.
4. Impeditur executio sententiae ex instrumentis de nouo repertis.

## ALLEGATIO. I.

**S**I consensus creditoris super venditione pignoris extinguat hypothecam. Pro Illustris. Comite Montorij.



Vo videntur consideranda in hoc articulo executionis sententiae latae pro Domino Ferdinando de Sangro. Vnum, an ex persona Cardinalis, qui causam habuit à Comitissa matre, habebat ius aliquod, aut penitus nullum. Alterum, an dato, quod nullum sibi competisset ius, & hoc constet in promptu per instrumenta de nouo reperta, sufficiat istud pro impedienda executione.

Quoad primum aduerto. Iura, quae legauit Comitissa mater Cardinali, pro cedebant à cessione sibi facta per Nepotem ex Ferdinando filio, & ista tanquam dependentia ex dotibus matris, habebant hypothecam super hac domo, quae fuit Comitum Senioris obligantis bona sua pro dotibus Nurus, quae fuit Hieronyma Spinella; non igitur alia praeferebat iura super hac domo Comitissae, nisi hypothecam, &

1. istam amisit, quando primum consentit, domum hypothecaram vendi. Est casus in l. si. C. de remiss. pigno. & in l. si consentit, & in l. si debitor, §. si in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solui. Et est bonus test. in l. fideiussor impetrauit §. pater. ff. de pigno. Si dicatur, quod venditio domus, super qua est accommodatus consensus Comitissae, non habuit effectum, & proinde remanet pignus, per text. in l. sicut §. si voluntate, & in l. voluntate dicto tit. quib. mod. pignus, vel hypothec. aduertatur in facto. Erat haec domus in dominio trium fratrum: venditur Magnifico Io. Antonio Manso, & venditionem facit Notarius Nicolaus Ruta procurator quon. Comitum ad id specialiter constitutus. Interuenit insuper Don Antonius frater nunc Marchio Montis Belli & pro parte Don Caroli Cardinalis interuenit Comitissa Mater, & donataria suae tertiae partis, quae ratificat postea, & aequae principaliter vendit. Emptor capit possessionem domus, soluit partem pretij, cedit illam postea Vxor Magnifici Io. Baptistae, quae tenuit per annos duos. Hoc praemisso, considero tres casus in hoc articulo.

1. Aliquando venditur res obligata cum consensu creditoris, & apponitur pactum adiectionis in diem, pactum de retrouendendo, vel aliud simile. Et tunc, si venditio resoluitur ex his capitibus, pignus reuiuiscit; quia vere ex causa necessaria hoc totum fuit. Ita procedat glos. in d. l. fin. de remiss. pigno. faciunt not. per Bar. in l. in diem, de aqu. plu. arcen. & per Dec. cons. 88. Et hic non est casus noster.

2. Aliquando resoluitur mutuo partium consensu, re tamen integra, hoc est re non tradita, & pretio non soluto, ut considerat text. in l. 1. & ibi glos. C. quando liceat ab emptio. disced. & tunc ad istud tendunt proprie dicta iura l. voluntate, & §. si voluntate. Sic ea declarat Bart. in d. l. sicut §. si superuacua in prima oppo. & Alber. ita tenet in d. l. fin. in princ. & est satis ratio.

nabile hoc dictum; nam creditor consentit, ut emptor haberet. Item possent committi fraudes in creditoris perniciem, & hic similiter non est casus noster.

Aliquando, & ultimo debitor vendit, & tradit, & tunc quocunque modo voluat res ad debitorem, pignus non reuiuiscitur, quo semel creditor respuit, & in hoc omnes faciunt mirabilem illam legem finalem. Ego quæro à parte. Quæ necessitas suadebat, ut vxor Magnifici Io. Baptistæ restitueret domum? Si dicemus; quod contractus fuit simulatus, hoc non fundabitur in æternum, quia nec color simulationis apparebat. Vbi erat hæc simulatio? soluitur pars pretij, & pro ea habenda emptor soluit interesse. Vtius, quis est, qui resoluit contractum? Comes prætendebat, se non vendidisse; hoc non erat verum; quia adest procuratio in personam Notarij Nicolai Rutæ: Comes non erat dominus insolidum, sed pro tertia parte tantum; Ergo est noua voluntas, & proinde sumus in casu dictæ l. fin.

Insuper ex alio capite in Comitissam legantem nil iuris remansit circa donata sibi per sororem Mariam, quæ donauit cum conditione, ut pro victu & alimentis soluerentur duc. 1500. Monasterio Sapientia, & sibi duc. 100. pro oleo lucernæ; quia ista seruata non fuerunt, immo modernus Comes hodie conuentus soluit ista, & maiora Monasterio, dominium rerum donatarum † translatum est in donantem. C. de donat. quæ sub modo. l. 1. tenet Corne. in casu satis proximo conf. 102. volum. 1. ibi, quod maxime dicendum est in casu isto. Et iam Monasterium ista considerans reuocauit mandatum, quod in sui perniciem reperiebatur factum in beneficium dicti D. Ferdinandi.

Nec dicatur, quod Dominus Ferdinandus hodie non vult uti instrumēto procurationis factæ à Monasterio; nam si à principio egit, ut talis produci mandatum, & iura Monasterij erant

talia, quæ potuissent mouere Sacrum Consilium, ut prouideret in sui fauorem, præsumam sententiam latam ex deductis in processu secundum Bal. not. C. de constit. pecu. l. recepticia, ibi, item hoc vitium.

Si prædicta vera sunt, pro ut iam de iure procedunt, remanet sopitum caput secundum, postquam fundatur, D. Ferdinando nullam competisse actionem, & sic iudicium redire retro nullum, cum sine actione non erat agendum. ff. de administr. tute. l. quoties. S. item si temporali. Et prædicta quia fundata † sunt ex instrumentis de nouo reperiis, sequitur etiam, quod executio sententiæ impediri debet. C. de transact. l. sub prætextu cum alijs.

#### ADDITIONES.

**A** Dde ad materiam principalem huius Allegationis, quod licet quando quis consentit, quod eius debitor alienet aliqua ex bonis eidem obligatis, si postea bona prædicta redeunt in dominium eiusdem debitoris, non reincident in obligationem; iuxta terminos l. fin. C. de remiss. pign. & in rebus donatis idem sit; ut per Alex. in l. stipulatio hoc modo conceptum. 6. vers. Secundo fortificari potest, & post eum Moderni. ff. de verbo. oblig. Nihilominus si eadem bona redeunt in debitorem, vel donantem, ex eadem causa, ex qua fuerunt alienata, & eidem debitori, seu donanti reacquiritur, vel ex simili, seu cōnexa reincident in hypothecam. Negul. qui allegat concordantes in tract. de Pignoribus par. 6. in tercio membro, per text. in l. voluntate. ff. quib. mod. pignus, vel hypoth. soluit. & refert; & sequitur D. de Franch. decis. 64. nu. 6. cum seq.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SVMMARIVM.

1. *An filia filia dotata, & exclusæ tam renunciatione, seu pacto, quam vigore statuti, possit concurrere cum filia filij masculi vocati, & inclusi, dum tractatur*

- sur de successione Aui; concluditur, quod non.*
- 2 *Neptis descendens ex masculino dicitur Auo agnata, & de familia testatoris.*
  - 3 *In successione Aui in Feudis filia primogeniti excludit patrum.*
  - 4 *Si vinco vincentem te, fortius vinco te.*
  - 5 *Radice exclusa, censentur exclusa omnia, que ex ipsa radice descendunt.*
  - 6 *Statutum excludens filiam excludit etiam neptem.*
  - 7 *Qualitas masculinitatis an transmittatur in filiam, & quid in linea collateralis, & nu. 8.*

## ALLEGATIO 12.

**Q**uod filia filie dotata non potest concurrere cum filia filij masculi in successione Aui.



**N** hac causa, in qua tractatur de successione Aui, discutitur, an filia filie dotata, & exclusae tam renunciatione, seu pacto, quam vigore statuti possit concurrere cum filia filij masculi vocati, & inclusi. & dubium insurgit, ut pars pretendit, ex eo, quia ista filia filie venit ex persona propria, iuxta notata per Bart. in l. qui superstitis ff. de acquir. hered. Bal. in l. pactum. C. de colla. & in l. si. C. de pact. cum vulga. quasi, quod, cum ista filia reperiatur in eodem gradu respectu Aui cum alia filia filij, possit concurrere, collatis dotibus maternis, non obstante renunciatione Matris, ex persona cuius ius non mittitur, non obstante

statuto, quod præfert masculos feminis, & in specie nostra non masculus, sed femina concurrat, quasi, quod non succedat in ius masculinitatis per Dec. Bar. in l. liberorum cum similib. ff. de verb. signif. & ultra ea, quæ refert decisum Capi. decis. 21. præsupponit alias decisum pro Fabio Iesualdo cum Comite Muri, & alias sæpius. Quibus non obstantibus, haud dubius credo, nullo pacto posse concurrere, sed debere excludi, integramque hæreditatem Aui plene iure spectare ad hac Neptem ex filio. Pro cuius resolutione aduerto, quod ista Neptis ex filio descendit ex linea masculina, & per consequens dicitur agnata filii Aui; prout plene tractat Corn. Perus. in cõs. 52. licet. col. 2. ver. Neptis alleg. rex. in l. sunt autem. ff. de legi. tuto. Alex. & alij in l. Gallus. Sinu. de lege. ff. de liber. & posth. & hæc Neptis dicitur de familia testatoris, ut volunt Paul. de Castr. & Mode. in l. voluntas C. de fideicom. diciturque coniuncta per virilem sexum, l. 2. S. 1. ff. de suis, & leg. S. ceterum, insi. de leg. agna. succe. traditq; Alex. in d. S. nunc de leg. 2. colum.

- 3 Ex quo corolario inferitur, quod excludit patrum; nam in successione Aui in feudis filia primogeniti excludit patrum, ut tenet Petrus de Bella Per. in l. pater. S. quindecim. ff. de leg. 3. quæ refert nuncupatim Ioannes Lupus in reper. Reg. ex. de donat. inter vir. & vxor. S. 10. col. 8. num. 26. Andr. noster in c. 1. de eo, qui sibi, & hæc. suis, allegat rex. in c. 1. de nat. succel. feud. sequitur Corn. in cõs. 199. in præsentibus consultatione col. 13. & 17. ver. nec obstat, quod supra in contrarium, & ita refert decisum Affl. tempore Sereniss. Regis Ferdinandi Primi, in c. 1. nu. 54. de natur. succel. Feudi, licet ipse fuerit contrarie opinionis, nullam faciens in ipsa deci. differentiã si sit Nepos, vel Neptis, ut ex eo videri poterit. Si ergo excludit patruum, multo fortius debet excludere hæc filiam amicæ omni iure exclusæ, ex regula generali, l. assiduis. C.

- 4 qui potio. in pigno. habeantur, si vinco † vincenten te. Hęc excluderet amitam, etiam circumscripta renunciatio- ne eam dotando, per ea, quę dicta sunt in patruo, si primitiuam, ergo deriuatiuam, & fortius d. cap. 1. de nat. succes. feud. & cap. 1. §. ad filias, & ita no. omnes de gradi. succ. in feud. refert Afflict. in d. cap. 1. post num. 56.
- 5 facit quia exclusa radice, † censetur exclusa omnia, quę ex ipsa descendūt, Afflict. in c. 1. num. 111: & ibi Andr. de succ. feu. facit desio Bal. in l. venia C. de in ius voc. vbi cōcludit, quod statutum excludens filiam † videtur excludere nepotem ex filia, quod etiam viua ratione fundatur, ne videatur esse deterio- ris conditionis mater ipsa filia, per tex. in l. si viua matre C. de bon. mater. quia excluso aliquo, omnes descendē- tes ab eo exclusi videntur. Angel. in §. reliquam in auth. de hāred. ab intesta. venien. Dec. in l. illam C. de colla. & in propria materia statutoria, quod statu- tum excludens Matrem, censetur ex- cludere omnes coniunctos ex parte matris. Plura congerit Brun. in tract. de statutis excludētibus fēminas in 6. art. num. 54.

Fortificatur intentio mea optima ra- tione. Nam in filio istius filię patre fuit semel qualitas inclusiva ipsius, & exclu- siva aliorum, vt de se patet, ergo talis potestas, & qualitas transmisit ad hanc filiam Neptem Aui, Bart. in l. 15. pōt. colum. 2. ff. de acquir. hāred. facit ratio tex. in c. quin etiam Episcopum, vel Ab- batem, quia semel exclusus, censetur perpetuo exclusus, no. Bal. in c. 1. de matr. ad morg. contra.

Vtērius hęc Neptis nascitur ex ra- dice priuilegiata vocata, & inclusa; pa- ter enim eius pręferēbatur huic Nepti ex filia, ergo eandem priuilegij naturā assumit, l. in ratione la. 1. §. si filio, ibi, for- mam, & originem. ff. ad l. Falcidiam, & ita in simili arguit Tiraqu. in tract. pri- mo geni. in 40. quęst. nu. 61: Ergo sicut pater pręferēbatur huic Nepti, eodem modo filia pręferenda erit.

Quod autem ista Neptis filia filię ex- cludatur, reperio in indiuiduo ita deter- minātem, & in fortioribus terminis no- strum Neapod. in consuet. si moriatur, in vers. ipse succes. in addit. nu. mibi 39. determinat namq; hāredem filię renun- ciantis non posse concurrere cum alijs in successione renunciata.

Et cum rationes, de quibus supra, vr- geant vltra per nos cōsiderata, nec huc usq; inueniam in specie contradictorē, non video, quo pacto possit contrarium determinari.

Item in casu, de quo agitur, aduer- tāt Domini ad enixam voluntatē Aui, qui semper declarauit hanc Neptem ex filia exclusam, includēdo semper fi- liam filij sui, prout in facto clarissimum est, & omnes testes dicunt, & cum in- successione semper lex coniecturet voluntatem disponentis, arguens ab eo, quod interrogatus respondisset, vt habetur in l. Lulius. ff. de hāred. in- stit. & in l. cum Auus ff. de condit. & demonstr. Cur ergo domini non de- bent in hoc casu exequi expressam vo- luntatem istius Aui ita sepius expresse declarantis?

Nec esset os in Cœlum apponere, si tentaretur etiam in præsenti processu probatum, dispositionem, siue vt magis dicam, donationem factam ab Auo in beneficium istius Neptis filię filij, cum infrascripti testes deponant, quod saepe sepius idem Auus declarasset, nam isto casu, & fauore istius filię etiam verba- renunciatiua probarent, etiam semiple- na probatio sufficeret, argumento tex. & not. per Scriben. in c. si. de success. ab intest. extra: non enim differt hęc dispo- sitio à dispositione iuris, & pīe causę. Ista enim Neptis tractat de damno, illa de lucro, hęc dilecta ab Auo, illa odio habita. In hac hāreditate Pater istius laborauit mirū in modum, vt Auus testa- tor, & testes nostri dicunt, Mater vero istius nihil, quinimmo dotem habuit, & satis congruam, licet non meruisset ex- his, quę in facto apparent.

His modo pręsuppositis, aduerto, q

præ-

7 † prætenſa ex aduerſo non obſtant. Et Primo, dum præſupponit, hanc masculinitatis qualitatem non transmitti in filiam, dico, quod in hoc ultra q̄ fundaverim supra contrarium, dum præſupponit, Neptem excludere patrum, tū non requirerem aliquam qualitatem Masculinitatis; satis enim est, quod ista filia subintret in locum patris masculi, & sic cum subintret, representat gradū Patris; ergo excludit Neptem filiam filię venientem ex propria persona, quæ reperiretur in ulteriori gradu posita, argum. eorum, quæ dicuntur per Bar. in d.l. qui superstitis, & per omnes ibidem, & conferunt, quæ ponit Alex. in cons. 53. viso igitur puncto n. 11. vol. 4. Dum consideretur, quod Neptis sapiat naturā Patris, in cuius locum subrogatur, & alia deducit satis ad propositū, quæ rogo, videantur.

8 Secundo, dum tractatur de successione Aui, † considerentur in decis. relata per Capic. post num. 2. qui in ius Masculinitatis præſentat, prout in casu nostro decisio enim Capicij in successione collateralium loquitur, & ita loquitur decisio Iesuoldi, & aliorum, & per hoc patet non obſtare. Recte ponderando decisionem illam, in pluribus facit pro nobis.

1 Tertio aduerto, quod hæc Neptis ex filio non contendit cum masculo, cum quo procederent difficultates, licet decisiones essent pro nobis, sed contendit cum Nepte filia filię exclusæ, quo casu nemo discrepat, tractari iura masculinitatis in ea, & habetur per Soecin. in d. S. nunc de leg. & per Iason. nu. 14. vers. secundo principaliter, & nu. 19. & ubiq; per Docto.

Quarto, in propria materia aduerto, quod Doctores loquentes, quod exclusio filię non noceat Nepti, loquuntur in renunciatione facta per filiam, non autem quando filia esset exclusæ à statuto, ut in casu nostro fundavi supra, quod, exclusæ filia, descendentes ex ea exclusæ censentur; nam isto casu fit distinctio, q̄ aut dos redit ad dotantem, aut rema-

net penes filios dotatæ; si redit ad dotantem, possent filij filię venire ex propria persona; si vero remanet penes filios, non possent ipsi filij venire. Ita disputavit, & firmavit Iacob. de Beluifio in quæst. quæ incipit, Quidam nomines, quam refert, & sequitur Paul. de Castr. in d.l. qui superstitis in finalibus verbis, & in indiuiduo Laurus de Palatijs in tract. succes. in 3. par. princ. vers. Item quæritur nu. 24. Et licet videatur in fine dicere, posse agere ad supplementū legitimæ, tamen determinat casum nostrum respectu successionis. Cum ergo dos in casu nostro remansit penes hanc filiam filię, merito concludendum est, non posse venire ad successionem Aui, & hoc motiuum, ni fallor, ponit gladium ad radicem.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. 3. Quod Neptis ex filia excludat patrum, concordat Grammat. decis. 1. per totam. Vbi omnes Quoræ Doctorum referuntur, & sic decisum pluries testatur in Regno, cuius dicta concordant cum allegatis per meum Genitorem hic. Et concordat etiam Franc. decis. 32. nu. 5. Lanarius cons. 1. nu. 59. Franchus decis. 73. n. 15. Ann. sing. 356. & allega. 55. nu. 5. & repetit. cap. 1. de vassall. decrep. etat. ver. Qui Feudum num. 160. & quid in linea transversali, an detur subingressio, & quando. Vide Franchum decis. 140. Reg. de Pont. cons. 39.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## S V M M A R I V M.

- 1 Procurator alterius, qui contraxit, & promisit, ne dum procuratorio, sed etiam proprio nomine, ipse tenebitur de proprio.
- 2 Solvens pro alio, quamvis nullam habeat cessionem, potest utili negotiorum gestorum actione agere.

AL.



## ALLEGATIO 13.

**Q**uod Procurator alterius,  
si promisit etiam proprio  
nomine, ipse tenebitur.  
Pro Petro Damiano.



**M**agnificus Robertus Pepe, ut se fundat, et petitione Magnifici Sebastiani Gabrielis pretendit non teneri, tanquam in contractu inito cum Petro Damiano, & Domino Naulis interuenerit ipse alieno nomine, & ut gestor Antonij Bruni, ut ex hoc contractum dominum debeat iudicium persequi, & non contra ipsum Robertum; quia tamen lectura instrumenti aliud suadet, ideo condemnari debet. Promisit enim in instrumento tam pro se, quam nomine Antonij Bruni, & sociorum, dare caricamentum Nauli salmarum 220. frumenti, & si deficeret, promisit vacuum pro pleno proprio nomine, sicq; quia fidem suam astringit, etiam quod apparet mandatum alienum in eius persona, tenebitur ipse. Tex. est in l. procurator, qui pro euiditione, ibi, fidem suam astringit ff. de procu. & in specie, qui etiam si fuisset Procurator Bruni, & postea contraxisset proprio nomine pro eo, quod proprio nomine contraxit, teneatur ipse. Tenuit Bar. in l. 1. S. nunciatio n. 12. vers. quero, quid si Procurator. de oper. nou. nunc. & quidem fuisset magna fraus inter mercatores, inter quos bona fides abundat, ut quis sequatur alterius fidem, & postea reperiat delusum, tanto magis quia de mandato Bruni in personam dicti Roberti non apparet, immo bene doctum est in processu, quod Robertus ipse tempore dicti contractus proprio nomine negotiabatur, ut ex hoc non possit fugi condemnatio petita.

Si vero Robertus pretendit, se ha-

bere nudum nomen in contractu, non obstat; quia hoc testes non probant, immo patronus Naulis, quando stipulatus fuit, contempletus est personam eiusdem Roberti contrahentis.

Si igitur dictus Robertus obligatus est proprio nomine, euadere non poterit condemnationem totius, quod modo petit ipse Magnificus Sebastianus, qui soluit iam vacuum plenum virtute contractus gesti ab ipso Magnifico Roberto, qui promisit, quod Naulis onerabatur, & si forte onus consignandum deficeret, promisit vacuum pro pleno, qui Sebastianus fuit etiam ad hoc condemnatus per sententiam S. C. Fuit namq; factus casus huic promissioni, ex quo defecerunt oneri promisso rot salmarum, quarum Naulum ascendebat ad pretium, quod petitur modo, scilicet scutorum 354. de auro. Et quia apparet ex processu, quod Antonius Bruus, & alij socij onerari fecerant eorum portiones, easq; iam vendiderunt postea ipsi Magnifico Sebastiano, & defecit sola portio dicti Magnifici Roberti, qui de suo nil posuit, sequitur, quod ipse ad hoc solus teneatur, qui alias interueniens in contractu tam pro se, quam pro socijs fuisset obligatus ad integram medietatem totius caricamenti faciendi. Argum. ff. de duob. reis. l. eos. S. cum in tabulis, & ita suadebat verborum rigor; equitas tamen inducit, ut portione deficiente teneatur tantum secundum nota. per Bart. in l. si seruus communis. lra nu. 4. ff. de stipul. seruo. Benue. in tract. de contro. Merc. fol. 82. nu. 17. Ex quibus bene fundari videtur quod ipse Magnificus Sebastianus, qui soluit, passusq; fuit executionem, veniat releuandus.

Non obstat, quod posset Magnificus Robertus pretendere, nullam actionem competere contra eum ipsi Magnifico Sebastiano, qui secum non contraxit, & cessio sibi facta à Petro Damiano tanquam post solutionem non seruiat ff. de solutio. l. Modestinus, quia si verum erit, quod ipse Magnificus Robertus est



est obligatus soluere vacuum plenum Petro Damiano, prout fundatū est per prædicta, etiam quod Magnificus Sebastianus nullam habeat cessionem, quia tamen soluit pro obligato, vtili gestorū actione consequetur quod soluit per tex. in l. soluendo in simili. ff. de nego. gest.

Accedat in prædictis, quod est verificatum in processu, qualiter est consuetum inter Mercatores, & Dominos Nautium habere electionem contra quemcumque, donec sibi fuerit satisfactum de Nautis, & vacuo pleno, prout est verificatum super 8. art. Sebastiani.

### SVM MARIVM.

1. *Debitor alienans rem obligatam creditoribus nullum eis præiudicium facere potest.*
2. *Promissio de vendendo Feudum non tenet sine assensu.*
3. *Prorogatio non potest dici, elapso tempore pacti de retrouendendo.*
4. *Prorogatio nocet prorogantibus tantum, non alijs, quibus erat ius quæsitum.*
5. *Soli assertioni Viceregis afferentis aliquem rebellem, non creditur.*

### ALLEGATIO 14.

**P**Rorogatio de vendendo Feudum non valet sine assensu, & per talem prorogationē non infertur præiudicium creditoribus, quibus erat ius quæsitum. Pro D. Barone Latronici.



Etit Magnificus Baro Latronici, assistentiam sibi præstari super Terra Pomarici, quæ possidetur per Illustriss. Marchionissam Vasti tanquam sibi obli-

gata, cum fuerit in bonis quon. Magnifici Ioannis Camilli Saraceni debitoris ipsius Magnifici Baronis.

Ad fundandum eius creditum Magnificus Baro produxit iam instrumenta, & scripturas, quæ non negantur ex aduerso.

Quia dicta Illustr. Marchionissa Iaudauit in authorem Magnificum Ioannē Aloisium Saracenum, à quo habet causam, & dictus Io. Aloisius laudauit Illustriss. Marchionem Piscariæ, à quo præstenditur cuiusdam promissa pro dicto Marchione ad exclusionem Baronis, dicitur in summa, quod Terra Pomarici nūquam fuit in bonis dicti Io. Camilli, & successiue non obligata ipsi Baroni, & omnia, quæ in hoc cumulat, tendunt ad demonstrandum, quod licet Terra Pomarici fuisset vendita per Illustriss. Marchionem Piscariæ seniores quon. Magnifico Sigismundo Saraceno pro duc. 12000. fuit tamen hæc venditio cum pacto de retrouendendo, infra quod præstendit, fuisse factam reemptionem, vt sic omnia iura Io. Camilli, & successiue creditorum super dicta Terra fuerint resoluta.

Quod hoc non procedat in facto, dicit Magnificus Baro, quod Terra Pomarici fuit vendita dicto quon. Sigismundo per Marchionem die 24. Nouēbris 1523. & instrumentum, fol. 50. Assensus super dicta venditione fol.

Pactum de retrouendendo factum Marchioni non negatur, fuisse annorum quinque, quæ à die venditionis prædictæ complebatur in mense Nouemb. 1528. infra quod tempus nulla fuit sequuta reemptio, quod pars non negat.

Et licet sit producta Regia Pragmatica, quæ prorogauit annos duos venditoribus, qui non potuerant ob bellorum turbines terras venditas reemere, qui anni duo sunt limitati, videlicet à Mense Martij 1520. vsque ad Mensem Februarij 1530. vt ex lectura Pragmaticæ, adhuc tamen infra hos alios duos annos nulla sequuta est reemptio, vt sic omni tempore ætento, Terra remanserit

serit libera dicto Io. Camillo, eiusque successoribus.

Videns Illustr. Marchio Piscariæ, & ex prædictis debet succubere, produxit instrumentum confectum die 7. Septembris 1529, per quod, mortuo iam Ioan. Camillo, prædicti Magnifici Io. Aloisius, & fratres sub assertione vëditionis factæ eorum patri, & quod pactum de retrouëdendo fuerat iam elapsum, promittunt infra alios annos duos vendere dictam Terram quon. Illustr. Marchioni Vasti pro dictis duc. 12000. & quia de mense Ianuarij Anni 1531. dictus Illustr. Marchio vendit dicto Magnifico Aloisio omne ius tam luendi, quàm aliud, quod haberet super dictam Terram pro duc. 8000. & sic infra dictos annos duos, præten ditur ex hoc, quod Terra fuerit reempra per Marchionem, & successiue sint resoluta iura creditorum Io. Camilli.

Hoc in aliquo penitus non obstat ex lectura dicti instrumenti, per quod vere promittitur venditio facienda Marchioni, & non retrouenditio, etiam sub assertione, & pactum iam erat lapsum; prout sic erat verum in factis: quæ promissio de vendendo, & venditio forte sequuta post ius quæsitum creditori nõ fuit, etiam quia deest assensus Regius. Nam licet fuisset expeditum memoriale per verbum (fiat) adhuc stante Regia Pragmatica iam producta, quod infra menses quatuor expediatur priuilegium, memoriale prædictum non seruit.

Non obstat, quod dictum instrumentum fuerit confectum in dicto Anno 1529 & sic infra duos annos, quos prorogauerat Rex Baronibus venditoribus, ut ex hoc dicatur vere prorogatio, & non promissio de vendendo. Primo, quia verba instrumenti repugnât. Secundo, quia Regia Pragmatica super dicta prorogatione annorum duorum adhuc non fuerat edita, nec publicata. Fit .n. à Sua Maiestate die 5. Iunij 1530. & Neap. publicatur per Viceregem de mense Ianuarij 1531. & sic partes non poterant cogitare ad prorogationem.

Pragmaticæ, quæ nondum erat.

Allegatur vltimo rebellio in personâ dicti Io. Camilli, & quod ob hoc dictus Marchio Vasti impetrauerit sibi dictam Terram, & ceperit possessionem, quia licet in hoc factum non sic se habeat, nam dictus Io. Camillus non fuit rebellis, & per scripturas patet contrarium, & dictus Marchio nunquam possedit dictam Terram, ut sibi donatam per rebellionem Ioan. Camilli, immo semper Saraceni tenuerunt, ut per dicta instrumenta ex aduerso producta apparet, & de iure non creditur Superiori dicenti, aliquem esse rebellem, maxime quando apparet contrarium, tamen iuisset ad Fiscum eum onere debitorum dicta Terra deuoluta.

Quia ex lectura scripturarum in processu apparentium constat, à tempore vëditionis Terræ Pomarici factæ quon. Sigismundo Saraceno fluxisse annos quinque retrouenditioni prædictæ promissæ constitutos, nec non annos duos à Regia Pragmatica indultos, & in hæc tempora Illustr. Marchionem non aliter reemisse, succedit, & Terra Pomarici libera remansit in bonis Io. Camilli Saraceni debitoris; nec seruit instrumentum vltimo loco productum pro parte dicti Illustr. Marchionis confectum in anno 1529. die 7. Septembris, & continet nouam, & principalem promissionem de vendendo dictam Terram Marchioni, utpote lapso pacto de retrouendendo; quia postquam per lapsum pacti firmatum iam erat ius pignoris, debitor alienans, & rem obligatam, nullum præiudicium creditoribus attulit, secundum Bart. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. in l. si res. sequitur Alex. 5. vel. conf. 45. non enim poterant Saraceni in quaesitis præiudicare Magnif. Baroni Latronici. ff. quæ in fraud. credit. l. 3. in fi. cum l. qui autem. & tanto minus proderit dictum instrumentum, quando ex eo fiat promissio vendendi per Saracenos Procuratori dicti Illustr. Marchionis, quæ absque assensu Regio nullius potest esse & momenti, cum ex alieno

oria-

oriatur secundum late posita in fine tract. conuention. Andr. Tiraqu. q. 5. & nouissime D. Fricia in 12. limit. ad l. Diuæ memoriæ.

Et licet Magnif. Aduocati dicti Illustris. Marchionis vocent tale instrumentum prorogationis, adhuc verba contractus non suffragantur, postquam expressam continent promissionem principalem vendendi, & dicunt contrahentes, tempus reemptionis iam fuisse lapsum, vt sic nulla dici possit prorogatio  
3 ff. de verb. oblig. l. cum † stipulatus sim mihi à Proculo, vbi omnes not. & ff. de præcario. l. & si manente, & vere lapsū erat, ex quo de mense Nouembris anni 1528. complebatur quinquennium, & dicta promissio de vendendo fit in anno 29. de mense Septembris.

Nec potest prætendi, dictum instrumentum habere vim prorogationis tãquam factum in annos duos prorogatos à Regia Pragmatica, quia hoc vere non potuit esse in consideratione à partibus, ex quo Regia Pragmatica nondum erat edita. Fit enim à Sua Maiestate in anno 1530. & Neap. publicatur in anno 1531. vt sic non potuit dici cogitatum de eo, quod non erat in lucem editū, & hoc debet (mea opinione) difficultatem omnem tollere. Verum non esset vanum dicere, quod quando prorogatio censenda esset promissio in dicto instrumento contenta, quia facta est post primum tempus cõuentionale, & erat annorum quinque, & sic post ius quæsitum creditoribus, illis nullo modo nocere potest, nec eis auferre ius quæsitum ex temporis lapsu; solis enim prorogantibus solita est nocere prorogatio, non alijs † C. loca. l. si cū  
4 Hermes, vbi Bal. not. & ita, ne immerer in allegãdo Quotas, in quæstione simili tenet Tiraq. in opere retractus conuentionalis in §. 1. nu. 26. cum seq. & maxime nu. 32. qui post multa nu. 37. sic cõcludit. Lapsum fuit tempus victorum annorum quinque; partes expresse promiserunt vendere, nec voluerunt prorogare; nõ potuit haberi oculus ad an-

nos duos Regiæ Pragmaticæ non dãm editæ, & demum qñ fuisset, prorogatio nõ potuit præiudicare Baroni, cui erat ius quæsitum. Restat, vt nulla sit dubitatio.

Vltimo non poterit seruire Illustris. Marchioni prætensa rebellio, quam colorare quærit in personam quon. Io. Camilli, vt ex hoc prætendat, sibi fuisse concessam Terram Pomarici ob dictam rebellionem, quia vere factum non suffragatur; nam Ioan. Camillus nedum non fuit rebellis, sed clare per publica documenta de eius fidelitate docetur, & soli assertioni † Viceregis dictam rebellionem enunciantis non statur, secundum Decium, qui consuluit in his terminis in 2. vol. cons. 606. post allegata in fauorẽ Ducis Grauinæ, & Luc. de Penn. in l. cognouimus de Mancip. & colo. lib. 11. & quando talis rebellio affirmaretur, quis dubitat, Terram fuisse deuolutam ad Fiscum cum eius onere, & præponicreditores penis fiscalibus.

*Marcellus de Mauro.*

#### A D D I T I O N E S.

**A**D num. 3. & 4. quod dicta prorogatio pãti de retrouendendo post tempus lapsum non potuit nocere creditoribus, quibus erat ius quæsitum, secundum opinionem mei Genitoris. Concordat in puncto Io Vincent. de Ann. in alleg. 11. nu. 5. cum sequentib. vbi dixit nu. 6. quod ista prorogatio esset alienatio, quæ non poterat fieri sine assensu, & clarius sub num. 18. dicit, quod prorogationes pãti de retrouendendo non possunt fieri in feudalibus sine assensu. Allegat Camerar. in c. Imperialem fol. 55. col. 3. in magna stampa.

Ad num. 5. & vltimum. Concludo secundum opinionem mei Genitoris hic, quod ne dũ non sit credendum soli assertioni Viceregis dicentis, aliquem esse rebellem, sed nec dicto Principis sit standum huic assertioni, nisi aliunde constet de vera rebellionem, secundum Ifern. in c. 1. in fin. de controuersia Feudi apud pares termin. & in c. sancimus lo 2. col. 1. in tit. quo tempore miles, refert, & sequitur Dec. cons. 198. pro tenui facultate mea num. 1. & in cons. 445. in casu ad me transmissio nu. 19. & in cons. 554. Serenif. Imperator nu. 11. Corne. cons. 96. Curtius in repet. l. admonendi. ff. de iure iur. nu. 772.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

*SYM.*

## SUMMARIVM.

- 1 *Promissio de vendendo Feudum non valet sine assensu.*
- 2 *Si resolutio contractus fit ex facto voluntario non necessario, nullum causatur præiudicium creditoribus, quibus erat ius quæsitum.*
- 3 *Assensus super venditione facta non extenditur ad faciendam, nec e contra.*
- 4 *Elapso tempore retrouenditionis faciendæ, remanet venditio libera.*
- 5 *Exclusus ratione lapsi temporis pacti de retrouendendo, non est exclusus remedio l. 2. C. de rescind. vendit.*
- 6 *Quando resoluitur contractus remedio l. 2. C. de rescind. utrum resoluantur hypothecæ medio tempore contractæ.*
- 7 *In Feudis actus, qui non valet, ut fit, non valebit, prout valere potest.*
- 8 *In materia assensus non agitur ex maiori parte rationis.*

## ALLEGATIO 15.

**T**Ractat de eadem re, prout in præcedenti Allegat. 14. Pro D. Barone Latronici.



Tendatur ad causã D. Baroni Latronici, quia dominium vassallorũ Pomarici remansit D. Io. Camillo primogenito, & sic fuit obligatum D. Baroni, & in hoc non cadit dubium, & licet à principio fuisset cum Marchione Pi-

scariz per Baronem Torellæ factum pactum de retrouendendo, illud fuit elapsum, & sic remansit Terra libera, & hoc minime dubium habet; & si dicatur, fuit facta promissio Iacobo Nomsisio vti procuratori Marchionis Vasti per Io. Fabriciũ, & alios fratres de vendendo Marchioni Vasti, dico, quod nõ interuenit ¶ assensus super ista promissione, nec creditur Notario, vel partibus affirmantibus de assensu expedito. Ego habui in facto, & pro nunc sufficiant quæ copiosius D. Fricia posuit in suo tract. car. 153. ver. Vigesimoquinto quæro.

Immo si interuenisset assensus, cum esset nouus, non potuisset præiudicare iuri quæsito D. Baroni; quia ex facto voluntario, ¶ & non necessario processit ista promissio, & sic obligatio causata in personam Io. Camilli non fuit sublata. Ita in specie Bar. in l. vbi autem S. sed & Marcellus. ff. de in diem adiect. & in l. si res. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. in l. in diem. ff. de aqu. plu. arc.

Nec potest saluari, quod si non valet in vim noui pacti, valeat in vim prorogationis, quia hoc procederet, quando durasset tempus retrouenditionis. Item si illa prorogatio fieret, seu nouum pactum illi, cui erat factum pactum de retrouendendo, sed Marchioni Vasti nullum pactum factum erat, nec ipse erat successor Pomarici Marchionis Piscariz, nam frater consobrinus erat, & sic insuccessibilis virtute constitutionis (vt de successibus) & eo tempore non erat expeditum Capitulum per Cæs. Maiestatem. Item apparet, quod voluerunt facere nouum pactum, & sic non potest comprehendere prorogationem. Ita Bart. in l. dies cautioni in princ. ff. de damn. infect. quem ibi sequitur Alex. tanto magis, quia partes dicentes, velle se de nouo facere pactum assensus, qui secundum formam Cancellariæ expeditur, quoad expressa tantum, & veris existentibus prænaratis, & saluis iuribus alterius, nullo pacto potest intelligi ad alium actũ, & sic assensus ¶ super

per venditione facta non extenditur ad faciendam, nec contra. Pro nunc contentus ero relatis per eximium D. Friciam in dicto suo tract. car. 136. vers. Undecimo quæro, cuius opinio potest comprobari ex multis per me positis in decis. Affl. 355. vbi detegi furtum Loffred. in sua Paraphr. ex habitis per Capic. in sua inuest. in rubr. de assensu, in verbo defectus, & in casu isto tanto minus gesta per illos de Saracenis debent nocere, postquam tractatur de præiudicio tertij, & sic Domini Baronis, per ea, quæ ipse scrutator antiquitatis D. Fric. dicit car. 144. vers. Vigesimo sexto quæro in si. ibi, difficultas est, vt sic his breuibus contentus concludere habeam, sententiam esse proferendam pro Domino Barone.

Ultra allegata, aduertatur, quod attento primo pacto de retrouendendo facto per Sigismundum Saracenum, & inspectis duobus annis per Pragmaticam prorogatis iam in Mese Ianuarij 1531. quo tempore fit venditio per Marchionem iuris luendi Io. Aloysio Saraceno, erat assertum tempus retrouenditionis elapsum, † & sic remansit Terra Pomarici libera, & ita probat tex. in l. 2. ibi intra certa tempora, vbi Gozadin. col. 14. vers. secundo principaliter. C. de pact. inter empto. & vendito. & si dicatur, quod exclusus † ratione lapsi temporis, si non potest vti pacto de retrouendendo, non videtur exclusus, quin potuisset intetare remedium. l. 2. C. de rescindend. vend. vt tenet Bald. in d. l. 2. vers. Octauo quæro: nam omitendo, vtrum hoc remedium cõpetat Io. Aloysio possessori, quod nũc non discutio, quia habemus claram responsionem, dico, esse distinguendum, ad finem, vt dici possit extincta obligatio Ioan. Camilli, super qua fundatur D. Baro Latronici, & ex quo Marchio Vasti non egit contra hæredes Io. Camilli remedio d. l. 2. de rescin. vend. ita & obtinuisset, rescindi contractum, & restitui rem mediante iudicio, & ex necessitate iudicij; nã isto casu essent resolutæ obligationes omnes

6 factæ per emptorem, † sed si sine lite, & sponte emptor restituisset rem tunc, nõ resoluuntur obligationes, & sic qui habebat obligatam rē ab emptore emente citra dimidiã iusti pretij, poterit virtute hypothecæ agere cõtra possessore, & sic illum, qui p̄tendebat agere remedio. l. 2. de rescind. vend. Ita concordat opin. Bald. in d. l. 2. col. 6. ver. iuxta hoc quæritur, vbi Salic. in 11. & 15. q. & sequitur Paul. de Castr. ibi, & sic in proposito. Si nunc diceret Io. Aloysius, & venditio fuit vltra dimidiã iusti pretij, donec hoc discutiatur, & audiatur de iure D. Baro, postq̄ voluntaria fuit alienatio Marchionis illi pluris, & volũtaria fuit receptio Io. Aloysij, indubitãter est tenendum, & Terra Pomarici remansit obligata D. Baroni Latronici, & hoc apud intelligētes non habet dubiũ; tanto magis, quia si attendimus instrumentũ factum 7. Septēb. 1529. ibi stipulatur Iacobus Nomisius, vt assertus Procurator Marchionis, & etiam Not. Et prætermisssa difficultate, si sit quæsitã actio Marchioni antè ratificationem, & sic constat de mandato, & si per Procuratorem quæri potuit, de qua in l. 1. S. per procuratorem. ff. de acquir. poss. & late per Dec. in cons. 226. tamen apparet, & Partes voluerunt de nouo contrahere, & non progare, vt docetur per illa verba cõtractus, v3. ex quo est elapsum tēpus promissionis de retrouendendo, & ibi iterum, & de nouo promittere, & sic quia consensus ambarũ partiũ erat propter lapsũ termini facere nouum pactũ, & sic de nouo contrahere, & per consequēs non aderat cõsensus in progando id, & ipsimet dicebãt esse extinctũ, & sic non potest valere ista promissio in vim prorogationis, & sic vt valeret eo modo, pro vt valere poterat. Ista est theoricã Bart. approbata, vt ibi per Scribētes, præcipue Alcia. col. 9. ver. quinta cõclusio in l. 1. S. si quis ita, de verb. obli. tãto magis quia memoriale assensus cõtinet, & de nouo vendere intēdunt, & promissionē facere, & sic assensus non egreditur naturam cõtractus; nam aliud est

F pro-

8 prorogare, & sit facilius. I. sed si manēte. ff. de pręcario, & aliud de nouo vendere, & in materia assensus non arguitur ex maioritate rationis, vt per Andr. in c. Imper. in prin. col. 2. de prohib. alien. per Feder. p̄cipue quia partes clare dicunt tempus elapsum, & velle de nouo facere, & vltra consensum partium expressum, Princeps non p̄t aliquid facere, vt p̄ Andr. in c. 1. col. pen. ibi si vero q̄ concessit de conuers. feud. apud Parter. & per Paridē in reintegr. c. pone q̄ Rex, car. 143. & sic quocūq; vertamur ius D. Baronis, est clarum, tanto magis, quia ipsi fratres de Saraceno contrahunt, vt heredes Sigismundi, & tñ Terra Pomarici, & dominium eius fuit Io. Camilli, & ipse tanquam primogenitus succedebat, & p̄ consequens eis non cōpetebat dñium Pomarici, sed illud erat Io. Camilli, & ad Io. Fabricium solū spectabat, vt heredem Io. Camilli, & trāsīuit ad eum cū onere, & obligationibus contractis cum Io. Camillo, vt sunt iura vulgata, & sic eo modo, vt contraxerūt, & expresserunt, non valuit, nec assensus tenuit, & sic tanto minor est difficultas propter subreptionem assensus: & quia hoc tpe pendeat inquisitio contra Io. Fabricium de rebellionē, & bona eius erant Cōmendatori Rosę cōcessa, sic sequitur, q̄ nō potuit tale pactū facere, & si videatur processus factus cōtra eum, iā deductū fuit, q̄ in vita Io. Camilli defecerat, vt euitaret cōfiscationē, & ostēderet, ius successionis sibi non cōpetisse.

*Io. Angelus Pisanellus.*

*Marcellus de Mauro.*

### SVM MARIVM.

- 1 *Pactum de perdenda successione est contra bonos mores.*
- 2 *Renunciatio in Fiscum non potest fieri in præiudicium Baronis.*
- 3 *Filius non potest renunciare iuri primogeniturae.*
- 4 *Lex finalis C. de pactis habet locum etiam in Feudis.*

### ALLEGATIO 16.

**Q**uod Rex nō debeat denegare assensū Baroni alienāti Feudum, dū habet successorem in feudalibus. Pro D. Barone Latronici.



Assensus petitus per Baronem Latronici, nullo iure denegari debet, q̄a in similibus ita fieri cōsuevit, & vt dicit D. Pisanellus,

Rex præstitit assensum super alienationibus faciendis per Illustr. Ducē Populī sub assertione, q̄ habeat successorem, cū tñ non habeat, nisi Dñam D. Briādam Cantelmā filiam sororis. D. Paulus Pudericus qñ alienauit terram S. Marzani Magnif. Paulo de Tufo, Terram Laurēzani D. Margaritunno de Loffreda, & Feudum Stornarię Angelo Cecere, nō habebat, nisi vnīcū filium minorem ex secūda vxore, & habuit assensū. M. Lucretia de Castena vxor M. Pauli Pellegrini, sunt 4. anni in circa, vēdidit feudū de Massafre, sitū iuxta Pedimontē M. Io. Monforio, & nō habebat, nisi vnū filiū, desperatū de prole cū duabus vxoribus, & habuit assensū. Infelix Baro Latronici, qñ viuebat filius, nō ne passim in alienationibus, & obligationibus bonorum feudaliū obtinebat assensū, ergo iste casus nō est nouus: exemplum, q̄ fertur in mediū ex aduerso de Ill. Principissa Salerni cum Marchionissa Padulæ, recordentur Excell. Dñi de Collaterali, q̄ in casu illo non habebatur pro claro, Marchionissam succedere Principissę; & credo, q̄ hoc p̄t esse notū Dño Salernitano, qui tunc t̄pis erat patronus causarū. Ista deberēt iustificare pro exēplis; seruit exemplum D. Cōstantię Bonifacię, quę habens Casale Frignani, & vnā filiam tantū, illud vēdidit, & habuit assensum.

Nec debet mouere quidq̄ oblatio ex aduerso facta per Io. Franc. de Tranfo tanquam pietati, & equitati inimica, quia postquam agitur de hæreditate, & bonis viuentis, etiam quod sit pactum de perdenda successione, non valet; est  
contra

Addo Ioan. Vinc. de Anna sing. 40. referentē, sic fuisse decisū in R. C. meo Genitore patrocinate pro Fisco, quem cū magna laude nominat, tu vide, in causa consimili quod assensus non extendatur vltra expressa per contrahentes, ac etiam de Franch. decis. 105.

*Abb Io. Hio. Vonymas de Mauro.*

- 1 contra bonos mores † & proinde iuramento non firmatur, maxime quando renuncians nil accipit. ita tenet Bart. quem ibi omnes cōiter sequuntur in l. fi. 2. q. C. de pact. & ibi Bald. & Angel. maxime quia ista renunciatio in Fiscū fieret in praiudicium Baronis, † cui ex l. infeudationis est quāsitum, vt possit grauarē successorem in feudo hāreditario etiam vsque ad verum valorem, s̄m Mod. in c. 1. de succ. feud. Si lo. Franciscus succederet, possēt grauari, & istud esset commodum Baronis: quis feret, vt per hanc renūciationem iure reprobata Baro priuetur hoc commo, contra reg. id quod nostrum? Fiscus possēt prætendere. eueniente casu? non tenet, quia successor, & non hāres. Videant Dñi Iudicātes zelum huius, qui vult renūciare, si filius vult renūciare. † iuri primogenituræ, quod tñ esset casus faciliior. DD. dubitāt non valere, & Tiraq. in opere primogen. q. 24. videtur residerē cum opin. Barb. qui tenuit, non valere † l. fin. C. de pact. habet locum etiam in feudis secundum Andr. qui illam allegat in c. moribus; si de feud. fuer. controuers. Et quia non reperitur decisum hoc per l. feu. quare non determinabitur secundum ius Romanum?

*Marcellus de Mauro.*

ADDITIONES.

**A**D nu. 2. vide quæ scripsit copiose Conf. de Georg. in sua solemni alleg. 2. nu. 33. & per totam.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

SVM MARIVM.

- 1 *Licet assensus reputetur gratia, tamen indifferenter in Regno præsari debet, quando alienans habeat successorem.*
- 2 *Sufficit, quod tempore assensus prestiti adsit successor, licet post moriat̄.*
- 3 *Non potest fieri renunciatio in beneficium Fisci sine consensu Baronis, de cuius successione agitur.*

- 4 *Quando Fiscus succedit vt hāres, tenetur ad onera, & debita.*
- 5 *Personis benemeritis non debet assensus denegari.*
- 6 *Causa etiam debet considerari in gratia, seu assensu denegando.*

ALLEGATIO 17.

**T**Ractat de eadem materia assensus, prout in præcedenti allegatione 16. Pro D. Barone Latronici.



**I**N hac causa huius miserādi Baronis Latronici & si fortuna non habet superiorem in hoc mundo, vt verbis vtat Bal. in l. fi. in prin. in 1. not. C. cōmunia de leg. tamen currit; nam sēper multas euoluit mutationes, quas neq; prouidere facile est, neq; prædicere, solummodo Deo, & Imperatore sequente Deum, hęc gubernare mediocriter, & mansuete valente; verba sunt Imperatoris Iustiniani in S. si vero, ille quidē in fi. in aut. vt omnes obedi. judi. prouinc. coll. 5. Hanc mansuetā gubernationem Illustr. Vicerex, qui largā potestatem habet à sua Maiestate, capit omnem. Et si assensus † reputetur gratia, tamen cōsuetum fuit, Pragmatica permittente cōdita à Cæs. Maiestate, quod quando alienans habet successorem, indifferenter datur, nec vnquam denegatus fuit. Hoc equidem in ipso Barone, qui vnicum filium habebat, practicatū fuit, & satis est, quod tempore alienationis habeat successorem. Nec habemus considerare † si successor poterit mori, nam vbi lex requirit, aliquid fieri, vel adesse certo, & determinato tempore, punctualiter illud tēpus exequendum est, vt alia tempora non curentur, tex. est, quem ad hoc not. Ang. in ver. in textu 1. in l. eum qui S. Publiciana. ff. de publicia. in rem actio. Vult igitur Pragmatica, non dari assensum, vbi non datur successor, & sic quādo habet, stamus



in Regula permissiua, de qua in princ. & sic certum, & determinatum tempus est de substantia, & illud attendendum est, & non aliud, quod sequitur: ista sunt verba Ang. per illum tex. in l. sciendum §. fin. ff. qui satisd. cog. cōmendat Dec. in cons. 24. vers. sed his nō obstantibus. Ideo Oldrad. in cōl. 93. incip. Magister, & omnis col. 3. vers. Præterea infert, q̄ si Superior ordinat aliquid cōtra occupatores, & illicitos detentores, requiritur, quod ista qualitas illiciti detentoris sit tempore expeditionis, & non postea, & hoc in assensu dixit Andr. in c. 1. col. 5. in princ. nam consensus, qui succed. tenen. clarius idem Andr. in c. 1. §. & si clientulus de alien. feud. & si cum habeat nepotem ex forore, & feudum est antiquum, immo ipse nepos habet alios successores, etiam quod posset sperari, omnes decedere sine filijs, qui casus, & aduersa fortuna non debēt esse in cōsideratione, quare neque ciuile, neq; naturale est, vt dicit text. in l. inter stipulantem. §. sacra, vers. hom. liber. ff. de verb. oblig. non debet iste casus esse inconsideratus per supra allegata. Et si dicatur, quod Nepos immo nepos nepotis volunt renunciare in posse Fiscus succedendi, licet hoc sine consensu Baronis, de cuius successione agitur, fieri non potest, l. fin. C. de pact. tamen Fiscus non ex l. feudi, sed titulo successorio haberet, & sic Fiscus esset hæres Baronis per mediam personam illorū, tex. est in l. si ei cur. ff. cōmunia prædio. & in l. 1. §. si. ff. de hæ. ven. per quæ iura si recte eius verba videantur, ita decidit Andr. in c. 1. col. pen. ver. & si in terra, ibi, forte secus, de con. feud. ap. par. ter. idē Andr. in c. 1. col. pen. ibi, vel nisi dicas per successionē, ex quib. caus. feud. amit. & ponit Andr. ibi hoc ver. tenere Affl. in const. Dignum, in 6. not. in 3. lib. & habetur in decis. Affl. 282. car. 3. ver. quarto modo respōdetur. Quamuis hoc non debent optimi Iudices permittere, eum magis videant iniquitatem, quam fontem verę voluntatis, & recordor q̄ Cæs. Maiestas, quando Marchio Oirę

voluit renunciare statū heredi post eius mortē, bis rescripsit Illustr. tunc Viceregi, quod volebat dare hoc exemplum tamen quia ego vna cum Marchione obstinanter instetimus, Sua Maiestas ordinauit, quod non reciperetur renunciatio, & erat ille possessor, & non prætendens successionem, vt est.

Veniamus igitur ad honestatē, & bonum exēplum: non ne Baro iste infelicissimus, vt seruiret S.M. est orbatu filio? nō ne pater suus in seruitio Domus Aragoniæ fuit mortuus? non ne ipse in bello Lautrec, amisit omnibus bonis, seruuu armādo, & præliando intus Ciuitatē Neap. fidelitatem S.M. vnico fratre mortuo? non ne tempore cōflictus Ciuitatis cum Illustr. Prorege, direptis, & prædatis eius bonis, fidem cum Prorege seruauit? Ex his debet iudicari acceptus Principi, vt faciliter + assensus debeat præstari, vt eleganter cōsiderat Andr. in c. 1. vers. commercium versus fin. de prohib. feud. alien. per Lothar. solutus est enim, vt ibi dicit Andr. in similibus psonis consentire: approbat Iaco. in sua inuest. in verbo Princeps. ver. sed an in 44. speciali, & Alexand. in Lapud Julianum §. constat col. 1. de leg. 1.

Ista enim seruitia habent inclinare animum in vtilitatem tanti familiaris. cap. insinuante de offic. deleg. c. accedens lo 2. vt lit. non contes. per quæ iura ita in Pontifice consuluit Gemin. in cons. 128. vers. quod rescriptum decidens pulchram quæstionem. Et pro Deo consideremus decetiam: Baro iste miserrimus reperitur iam carceratus per Ciuitatem propter maximum æs alienum, quod dictum est. Tantus seruator habet successorem; non adest probabilis causa denegandi assensum: causa enim debet considerari etiam in gratia deneganda, ita in assensu declarat Afflict. in c. 1. in princ. vers. 17. quæro, & ita in vassallo grato Principi, quod non sit denegandus assensus, tenet Anto. de Alex. in add. ad Const. diuæ memoriæ, quem refert Capi. in sua inuestit. in materia assensus, in ver. necessitas, vbi proposita



posita quibus in quibus omnino tenetur, & tunc quod non tenetur, limitat quando vassallus est gratus Principi, nec sit iusta causa, & probabilis recusandi, vel esset concessum feudum cum facultate vendendi, salvo assensu, & tenerentur consentire, & ita licet eum non alleget, repetit Frisia in limitationibus ad constitutionem Const. car. 110. vers. 6. ut procedat versus finem, & quia scripta Capi. non sunt in stampa, si Domini iudicantes volunt videre, iam ordinari, quod ostendantur, & cessat ratio data per Andr. scilicet quod esset in facultate feudatarij contrahere debita. Nam si Baro habebat filium, & alios successores, & incidit in calamitatem, quia emit Feuda à Saracenis, quae docti essent vendita per eum alijs, fuerunt empta per anteriores, & ipse condemnatus ad pretium, quod recuperari non potuit, & debita fuerunt contracta pro emenda Baronia Castellucij, & Trechia: quae iam per eius mortem sunt devolvenda Curiae, non ne est contractus debitus in utilitate Fisci, & pro emenda Terra? Non ne debita non sunt facta in fraudem? ut sic à ratione cessante, erimus in casu, in quo Princeps consentire tenetur. Inhumanum esset, nobilem, & servitorem perire in carceribus, ex denegatione gratiae sine honestate, & sine probabili causa, quid esset faciendum cum diservitoribus, si servitori detur talis remuneratio? & cogitur quod si iste assensus non prestabitur, Feudum post mortem non veniet ad Curiam, sed ad successorem. Cur potest considerari displicentia Principis, si servitia essent magis remuneranda? Concludo igitur, quod sicut solitum est praestari assensum, & nuper Illustriss. Principi Hostiliani datus fuit in feudis novis unicuique tantum filium habenti, cur in isto patre orbatò debeat addi ista alia afflictio? Et quanto plus dicitur, quod datur interesse Fisci propter renunciationem successorum, tanto magis debet praestari, postquam concessum fuit Feudum cum potestate alienandi per ea-

quae Loffred. in loco per Magnificum Collegam allegato dicit, quod quamvis Loffred. dicat, in contractu Simmari non fuisse praestitum assensum, id dixit, ut complaceret Magnifico Pyro Anton. Crispiano eius cognato, cum in rei veritate fuisse praestitum assensum, ut illum praestari fecit, quando videtur Pyri Antonij in se litem contra Comitem Simmario, qui obtinuit sententiam in favorem visentis dicit assensum, & causa fuit discussa etiam in Collaterali Consilio coram Illustriss. quoniam Virege, & sic concurrendo cum Magnifico Collega, cum bona conscientia non potest aliter iudicari, si fas sit, & mihi concedatur dicere haec verba.

10. Angelus Pisonellus. Marcellus de Mauro.

SYMMARIUM.

1. Non est denegandus assensus eis qui habet successorem tam in alienatione Feudi antiqui, quam novi.
2. Benemeritae personae non est denegandus assensus.
3. Licet assensus sit gratia, tamen si sine iusta causa denegetur, dicitur fieri iniuria.
4. Quando in investitura data est facultas alienandi, Regio tamen assensu impetrando, tunc Rex assensu tenetur.

ALLEGATIO 18.

TRACTAT de eadem materia, prout in duabus precedentibus Allegationibus 16. & 17. Pro D. Barone Latronici.



Quod assensus petitus per Baronem super venditione faciendae Terrae Latronici negari non possit. Fundatur primo, quia quando sit feudum antiquum, & in eo habeat successores, non videtur esse aliquid re-

1 pugnans. Pragmatica Regis dedit formam, ut ne præstetur, quando successor deficit, ergo si adest, non videtur iusta causa contradicendi, & proinde deberet haberi pro præstato. ff. sol. matrim. l. dotem extra de his, quæ sunt à maiore parte cap. c. cum in cunctis, maxime quia semper Curia consuevit præstare assensum, cum adest successor, & etiam in feudo nouo, ut audio, fuisse seruatum in Principe Hostiliari, argum. ff. de pignori. adu. l. vel vniuersum. ff. de vsu. l. qui semisses: petitur iste assensus à

2 Barone, qui vnicum & filium dicauit Regi pro tuitione sui Regni, perdidit filium, perdat nunc bona, si negetur assensus, & sic duplicatum dolorem sentiet, contra. l. ff. de iur. dot. l. iure succursum: pater, & antiquiores Baronis fuerunt semper fidelissimi, & mortui pro seruitio Regis, indigeret Baro remuneratione, & posset proinde iure Regio petere, quod Rex esset in eum liberalis in concedendo de nouo, maxime quia Serenissimus noster Rex profitetur se liberalissimum: seruiunt posita per Iohannem Lupum in rubr. de donat. inter vir. & uxorem. §. 9. per totum, Rex donauit feudum prædecessoribus Baronis propter seruitia, & donauit, ut bearet ipsū, vnde dicta sunt bona, dicit Andr. in c. 1. in fin. prin. quib. mod. feu. amittit. & Baro hodie, qui reperitur esse alieno pressus, ita ut vrgētibus creditorum angustijs, cogetur mori in carceribus, & si de suo non posset sibi subuenire, bona donata conuertentur in aduersam fortunam, & Priuilegium Principis inciperet esse iniquum. ff. de vulg. & pup. l. lex facta. Voluit Rex, in venditionibus feudorum suum assensum requiri, ut sciret, quis esset sibi seruiturus, & ne vendantur alienis, qui scrutentur arcana Regni. C. de commer. & mercat. l. 4. & ne feuda minorentur: nunquam fuit intentionis Regis hunc casum cōsiderare quod vassallus ab eo ditatus per feudi concessionem, moriatur fame: prædictæ causæ videntur iustissimæ, & dictus assensus petitus non debet denegari, &

ita arbitrari debet bonus vir: si denegatur, fit iniuria & Moderni in constit. si quis post litem col. 7. sic dicimus in postulatione, quæ licet sit gratia, fit tamen sine causa denegatur, fit iniuria, extra de post. prælat. c. pen. si Baro voluisset vendere, viuente filio, non fuisset denegatus assensus, ut docet experientia, & fuisset iure: non inuestigabatur hic, si habebat successorem successoris, minus debet quæri hodie Considerent etiam Circumspecti ludicantes, quod quando fuit concessa Terra Latronici, fuit data facultas vassallos vendendi, & alias disponendi ad sui libitum, & Regio tamen assensu impetrato: isto casu Rex obligauit se ad consentiendam, ita ut hodie negari non debeat assensus, secundum Moder. in d. constit. si quis post litem col. 7. allegant Alberic. in l. vnica C. de nouo cod. comp. & alias Rex Ferdinandus super hoc consultus assentit: latissime Loffr. in sua Paraphr. in tit. qualiter olim feud. in c. donare, q. in vltimis verbis dicit, in pluribus casibus sic fuisse seruatum, & si alij hoc meriti sunt forte non digni tanta miseratione, quare infelix Baro relinqui debet lacerandus creditoribus, & quod expectet successorem eum, qui in vita est sibi inimicissimus?

*Marcellus de Mauro.*

#### ADDITIONES.

**H**Acc allegatio concordat cum duabus præcedentibus, & in hoc puncto, quod Rex teneatur suum assensum præstare Baroni Latronici, ex quo in sua concessione habebat facultatem alienandi ad sui libitum, saluo Regio assensu, vltra allegata hic per meum Genitorem, qui allegauit Loffred. in sua Paraphrasi in cap. donare, qui dixerat, sic fuisse seruatum, Adde, quod idem tenet in indiuiduo Camer. in l. Imperialem in quinta extentione assensus in vers. nec obstat, si diceretur fol. 366. in parua stampa, vbi concludit, non ob stare Baroni Latronici, quod tempore alienationis non habebat filios, quia attenditur ius concessum tunc, & quod Rex tenetur consentire, & allegat Ilern. in cap. 1. qui success. ten. col. 3. per duas columnas: Idem

tenit Camer. fol. 225. in parua stampa, vbi dicit, quod inhoneste faceret Rex non cōfentiendo, & plura allegat.

Abb. Io. Huron. de Mauro.

**SVM MARIVM.**

- 1 *Assumptus ad officium, pro quo salarium solui consuevit, habet intentionem fundatam, ut sibi solita merces soluatur.*
- 2 *Quando habenti officium aliud onus imponitur, quod non dependet ab eius officio, duplicatum salarium debetur.*
- 3 *In qualibet dispositione presens tempus inspicitur.*
- 4 *Si valor, vel quantitas mercium augetur, quod est auctum, ex quo pendet ab eodem stipite, eodem iure censetur.*
- 5 *Superindictum dicitur onus extraordinarium, & de nouo impositum.*
- 6 *Labor, & pecunia diuisionem recipiunt.*
- 7 *Quando augetur labor, debet augeri salarium.*

**ALLEGATIO 14.**

**Q**vando augetur onus, debet augeri salarium.



Vod Magnifico Dohanerio solui, & cōstitui debeat salarium pro exactione directuum noue impositionis super qua libet libra Serici, fundatur his rationibus. Non enim videtur dubitandum, exactionem hanc dici personale minus; nam electa est persona exigentis.

facit ff. de mune. & hono. l. i. ibi ad census accipiendos: & licet Rex sit dominus personarum, consuevit tamen similibus oneribus addere emolumentum salarij. Spectandum est quod Rex consuevit, quod maxime procedit in prastatione salarij C. loca. h. excepto, vbi Bald. adeo quod assumptus ad officium, pro quo salarium solui consuevit, habet intentionem fundatam, vt sibi solita merces soluatur. Faciūt nota in l. semper in stipulationibus de reg. iur. vt ex hoc Magnificus Dohanerius fundet suam intentionem, maxime quia tale onus super impositum non est de spectantibus ad suum officium Dohanerij, vt sic possit licite habere emolumenta vtriusque officij simul in eius persona vntorum. Ita Bald. in l. si binos. C. de aduo. diuer. iudi. & nota. Scribentes in l. si Consul. ff. de adoption. seruiunt posita per Paridem in tract. sindi. in vers. salarium: quod auctale nouum onus non sit de spectantibus ad officium Dohanerij, suadetur his medijs. Primo est ius nouum nunquam cognitum tempore veterum Dohanerij, non contētum in instructionibus Regiæ Cameræ dari solitis Magnificis Dohanerij: & verum est de iure in omni dispositione, presens tempus inspicitur. l. si ita, & l. medico. ff. de aur. & arg. leg. & omnia regulantur, inspecto presentis statu. ff. de condi. ob. caus. l. quod Seruius, quādo Magnificus Dohanerius habuit priuilegium sui officij alligauit se oneribus consuetis, vel auctis, dummodo dependerent à primis, puta, quia mercantiz auctæ essent, & sic prius iura Dohanæ erant modica, vel quia merces non erant tantæ, vel non tanti valoris: si hodie augetur quantitas, seu valor mercium, diceretur res pendere à veteri stipite, & censeretur augmentum eodem iure, quod est principale. ff. de pigno. l. Paulus. hoc non est in casu, de quo agitur, quia fuit impositum nouum onus, & extraordinarium, quod proprie vocatur superindictum, quia non in perpetuum, sed

ad

ad tempus secundum lo. de Plat. in rubr. C. de super. in lib. 10. Secundo potuisset Rex talem exactionem committere sibi melius placito, & Magnus Dohanerius non potuisset conqueri pretendendo, spectare ad eius officium, prout iam in facto accidit inter eundem Dohanerium, & Magnificum Alfonso Rotam, quantum si de spectantibus ad eius officium fuisset talis exactio. Dohanerius creatur ad vitam in tali officio, & proinde habemus ius vel in eo, per tex. in c. cum ergo perpetuus, & ibi Card. extra de fide instr. potuisset petere, quod ab eo non subtraherentur spectantia ad tale officium, esset enim poena aliquem sui officij administratione priuare. ff. de manum. testa. l. testamento Cetero, quod fieri non debet sine causa, ut ex hoc merito concludatur, talem exactionem non fuisse de necessitate oneris Magnifici Dohanerij, & proinde mercedem debere consistui, ex quo datur duplicata sollicitudo in exigendo, facit text. in his terminis in S. illud lo. 1. vbi glo. in vers. periculum, in Auth. ut iud. sine quoq. suffrag. per quem text. ita tenet Bal. cons. 405. incip. ad euidenciam vol. 3. in nouis. idem tenet Bald. in l. si consul. in fi. de adoptio. Et quia (ut dixi) si deputaretur alter. in tali exactione facienda, daretur sibi salarium, merito non dari debet Magnifico Dohanerio. Ita tenet Paul. de Castr. in l. si eadem de offic. ass. Cuperem à Regio Fisco intelligere, in quo differat casus talis exactionis ab ea, quae fit per Regios. Perceptores salarios de publico pro ordinaria exactione, & si quandoq; contingat iniungi onus extraordinariae exactionis, pro eo datur salarium, & nihilominus videretur, tanquam spectet ad eius officium, includi sub antiqua mercede; apparet etiam, talem exactionem non spectare ad officium Dohanerij, stante difformitate districtum: antiqua enim iura spectantia ad Dohanerium solita sunt exigere ad rationem tanti pro qualibet vnq; modo veto non ad hanc

rationem ordinata est solutio, sed pro qualibet libra, ut indifformitas haec suadeat, esse onus separatum ab officio Dohanerij.

Hanc eandem conclusionem veram rationi, & aequitati consonam comprobatur aperte text. in l. Seio in princ. ff. de ann. leg. vbi diminuto labore, diminuitur salarium, cum tam labor, quam pecunia recipiant diuisionem, per quem text. ibi infert Bar. ad quaest. famulitium scolarium, ut diminuto numero scolarium, & sic diminuto labore, diminuum sit salarium, ita e contra, augsto labore, salarium augendum fore consuluit Ludou. Roman. in cons. 25. vbi in notab. quaestione illius, qui serulebat in apotheca mercatoris, si in eadem apotheca instrumenta eiusdem mercatoris, ut Tabellio confecit, ex hoc augeri debere salarium firmavit, quod etiam firmat, & apertis iuribus fundat Felin. in cap. cum olim in princ. de re iudi. & in c. translatio col. 4. in princ. de constitut. hoc idem etiam concludit, & sequitur Albert. Brun. in tracta. augme. in 12. conclusio. in 2. limitatione.

### SVM MARIVM.


- 1 *Sententia lata cum iusto contradictore facit ius quoad omnes, & legitimus, seu iustus contradictor dicitur ille, qui de praesenti habet interesse, non qui secundario, vel alio tempore potest habere interesse, quia ille non est citandus.*
- 2 *Quandiu locus est. descendentibus de linea testatoris, non sunt vocanda aliae lineae ad maritagium.*
- 3 *Ordo scripturae dat prelationem, & declarat mentem testatoris.*
- 4 *Qualitas, quae fundat legatum, debet probari, a desse temporibus quo legatum*

*legatum petitur.*

- 5 Quod dicitur in una oratione, semper censetur repetitum in verbis sequentibus.
- 6 Relatiuum (quis: vel qui) positum ante verbum, intelligitur restrictiue, non declaratiue.
- 7 Conditiō maritandæ extenditur ad maritatam.

## ALLEGATIO 20.

**L**egato facto pro maritagio alicuius puellæ intelligatur de primo matrimonio, & non de secundo, & quid si est factum Pauperiori de linea. Pro D. Cornelia de Summa.



Ausa ista Magnificæ Cornelie de Summa plene discussa, & diu agitata in Sacr. Cons. vltiori discussione indigere non debet, tum vel maxime quia pro ea scripsit erudi-

tissime, & obtinuit iam peritissimus q. Lanarius; sed cum Magnificæ Isabella, & Diana Caracciolæ in nouas prorūpant dubietates, pauca dicam pro illarum resolutione,

Querit Magnifica Isabella fundare, quod legatum Magnifici Nicolai de Summa intelligi debeat pro vna filia maritanda tantum, vt sic postquā fuit iam maritata primo loco Magnif. Lucretia de Summa, alteri legato locus non sit: potuisset quidē omitti hæc difficultas sopita tot sententijs; fuit enim sic prouisum in anno 48. referente Domino Minadois, quando de hoc principaliter tractatum fuit, & fuerūt auditi  
1 contradictores legitimi, † tum quia de  
domo Caracciolorum, & successiue præ  
tendentes prædicti interesse, tum etiam

quia, vt proximiores in testamento, erāt iam deputati, quibus sit, quod legitimi dicantur contradictores. glo. in l. cum non iusto. ff. de collu. detegen. & facit bonus tex. in l. t. C. de ingen. & manumif. & hoc est, quod Albe. & omnes nor. in l. ingenuum de stat. homin. In illo iudicio inter alios fuit citatus D. Anton. Garacciolus pater Magnificæ Dianæ, quæ concurrat modo, qui tanquam vere de linea Comitis Iacobi sentiebat prædictum interesse, & præcedit semper Magnificam Isabellam, quæ eo tempore ius certum non habebat, ita vt illa, quæ vocabatur ad maritagium post feminas de linea, non erat tunc citanda, & eadem ratione sententia ipsam afficit, est tex. in l. i. S. pen. de vent. in spi. & bonus text. ff. de re iud. in l. ex contractu, facit etiam. ff. de pignor. l. si superatus. Ego quero, si quando Magnif. Nicolaus de Summa egit, vt declararetur, duas eius filias includi in legato, Magnifica Isabella voluisset petere pro suo maritagio pecuniam cumulatam, potuisset ne obtinere? certe non, quia non de linea, nec maritata; ex hoc fiet, quod tempore dictæ litis non habebat interesse coequali, nec tunc competēs, quo casu posset applicari text. in l. i. ff. de exceptio. rei iud. merito prædicta iura magis stringunt contra Magnificam Isabellam. Suadent prædicta omnia aliæ sententiæ latæ, partibus contradicentibus, & hanc vnitatem legati semper prætendentibus, tam referente D. Fricia in anno 55. quam nouissime DD. Manso, & de Rubeis.

Nec dicat vltius Magnifica Isabella, quod ipsa tamquam Pauperrima cōsequi debet hanc pecuniam cumulatam, vt pote quia in ea cōcurrunt qualitates à testatore requisitæ, quia aduertendo ad verba legati Comitis, apparent duo gradus vocatarum mulierum. Primus est illarum, quæ sunt de linea Comitis. † Secundus est, deficientibus illis de linea illarum de familia, vt sic iste secundus gradus vocetur sub conditione, si mulieres de linea nō sint,  
sic

sic dicimus in substitutione, quæ fit, deficiente aliquo cum liberis, ut quando liberi sunt, cesset vocatus sub dicta conditione C. de institu. & substit. l. si quis heredem. ff. ad Trebell. l. heredi. in prin. per quæ iura sic respondet Oldrad. cõf. 21. certe Magnifica Cornelia habitavit semper pro inclusa in linea, ultra ipsam est etiam Magnifica Diana, ergo non deficiunt feminae de linea, ut sic locus esse non possit vocatis sub tali conditione defectus.

3 Auger hunc sensum testamenti ordo scripturæ, ut legatum debeatur primo illis de linea, tamquam primo nominatis, & postea illis de familia, bonus text. in l. generaliter. S. quis ergo statuet de fideicommiss. liber. & ff. qui, & à quib. l. si quis habens, quæ prior nominatio adiuta est coniectura maioris conjunctionis, & per consequens voluntatis. ff. de leg. 1. l. cum pater S. euictis, & C. de lega. l. cum alienam, & hunc sensum, ut pote amicam dispositioni testatoris sequitur est Sacrum Consilium, referente Domino Nicolao Francisco Constantio Cons. integerrimo, & erudito; dum grauando maritandas præfert Magnif. Penelopem ipsi Magnificæ Isabelle, quæ tamen respectiue ad diuitias erat lōge, ac longe pauperior, ut sic ista interpretatio Sacri Consilij fecerit legem. C. de legi. l. si non ergo audienda est Magnif. Isabella volens vincere illas de linea, & successiue Magnificam Corneliam inclusam.

Suadentur prædicta ex alio, quia si sensus, quem dat hodie Magnifica Isabella, esset verus, legatum Magnificæ Cornelie esset extinctum, & inane; ita ut non posset ulterius illius consecutionem sperare, postquam in familia est adco copiosus numerus pauperum mulierum, ut non remaneret spes Magnif. Cornelie legatum consequendi, finito maritaggio illarum de familia.

Minus audiri debet Magnifica Diana in consecutione huius pecunie, de qua agitur, nam aut tenemus, quod legatum Magnifici Nicolai tamquam

particulare debeat semper præferri, in quo sufficiant allegata in causa Dominæ Penelopæ, & res erit in tuto: aut dicimus, quod Magnifica Cornelia est inclusa in linea tantum, ut cæteræ mulieres Caracciolæ, & ex hoc, quod censerj debeat inclusa cum omni qualitate legati, ut excludatur à pauperiori, & tunc aduertatur ad verba legati. Vult Comes testator, ut pecunia cumuletur, & quam primum cumulati fuerint duc. 3000. consignetur illi mulieri, quæ maritabitur, & erit nubilis, ex quibus verbis apparet, tempore cumulatæ pecunie requiri mulierem esse maritatum.

4 Debet itaq; ista qualitas adesse, & probari, secundum Bart. in l. 1. S. ait Prætor. ff. nequid in flumi. publi. allegat text. in l. prætor. S. docere. ff. de vi bon. rapro. ut sic dici possit, quod si ad pecuniam cumulatam vocatur mulier, quæ maritabitur eo tempore, quia Magnif. Diana non erat maritata, sed bene ipsa Magnifica Cornelia, merito non potest consequi legatum.

Nec obstat, quod idem testator, dum vocat mulieres maritandas, addit alias qualitates, dum vult, quod paupertas præferatur ætati, & proximitati, ut ex hoc Magnifica Diana in eius persona istas prætendens, velit præferri, quia suo ordine testator istas qualitates addidit, eritq; sensus, quod si eodem tempore concurrent ad legatum cumulatam plures mulieres, omnesq; sint nobiles, immo nuptæ, ac proximæ, & inter eas sit aliqua pauperior cæteris, voluit eo casu prospicere paupertati, & hoc quando plures sunt in concursu legati, & maritate. Iam suadetur iste sensus, postquam

5 omnia ista dicuntur in vna oratione; quo fit, ut qualitas maritandi videatur semper repetita in verbis sequentibus, casus est in l. Seia S. Caio, vbi Bart. de fund. instru. nõ enim illud verbum plus operaretur aliquid, si eodem tempore ad idem legatum non concurrent plures maritate. Nam ponamus, quod vna sola maritata est, & eodem tempore aliæ plures sunt pauperes de casata, & pro-

& proxime, quæ tamen non maritan-  
tur, impediēt ne maritagiū illius, quæ  
nupta est, & in concursu reperitur sola  
non posterior? argum. ff. qui potio. in  
pigno. habeat. l. 2. certe nullus hoc te-  
nebit.

Iste sēsus suadetur necessario ex ver-  
bis legati ibi, dum dicitur. *Quale à quel  
tempo si accaserà.* nam certum est, per  
legatum vocari mulieres de linea; sed  
non ex hoc, q̄ sunt de linea, poterunt  
consequi legatū, si non maritabuntur,  
quia maritādis voluit tm̄ legare: ex hoc  
sequitur, vt illud relatiuum positū ante  
verbum (maritabitur) intelligi debeat  
restrictiue, & non declaratiue. Ita Bar.  
quem omnes sequuntur in l. omnes po-  
puli de iust. & iur. in princ. sitq; sensus,  
quod illi tantum debeat pecunia cum-  
mulata, quæ tempore cumuli est mari-  
tata. Et quia qualitas maritata refer-  
tur ad tempus cumuli dictæ pecuniæ,  
secundum illud tempus regulabitur. ff.  
de milita. testam. l. Titius. Eo tempore  
Magnifica Cornelia maritata reperi-  
tur, & sic concurrat in ea qualitas requi-  
sita. Magnifica Diana nescio, quo iure  
tale legatum prætere tendere potest.

Nec dicatur, quod Magnifica Cor-  
nelia nupsit iam, antequam cumulare-  
tur ista pecunia, de qua nunc agitur, vt  
sic si qualitas maritandi requiretur tē-  
pore cumulatæ pecuniæ, non debet illa  
præture impleri forte in aliarum præ-  
iudicium, quia respondeo dupliciter.  
Primo, quod postquam nullius interest  
tempore cumulatæ pecuniæ, quod Ma-  
gnifica Cornelia sit maritata, & noto-  
rium est, non fuisse factum illud in frau-  
dem, conditio maritandi extendetur  
ad maritatum. Est casus in l. si ita scrip-  
tum sit in §. si pater. de leg. 2. iuncta l. si  
iam facta de condi. & demonstrat. Non  
enim possunt matrimonia concludi ad  
mensuram; quādo Magnifica Cornelia  
inuenit virum sibi coequalē, illum ducit  
cum dicta spe habendi dotem, & ita  
videmus, omnes alias mulieres obser-  
uare. Secundo, Magnifica Cornelia  
duxit virum tempore cumulatæ alte-

rius summæ, quam habuit iam ea, con-  
tradiciente Magnifica Penelope, adeo  
quod nil est, quod sibi possit imputari.

A D D I T I O N E S.

**I**N hac materia legati facti pro maritan-  
dis puellis, Addo, quod legatum factum  
pro maritandis puellis in genere, non desi-  
gnatis personis, non potest extendi in mo-  
nacandis, secus si esset legatum certū: quid  
pro maritanda Berta, nominatim, quia ea  
monacata debetur legatum, Bald. in l. 1.  
C. de his, quæ p̄næ nomine in fin. Bal. no-  
uell. in tra&. dotis in 77. privilegio, in 6. p.  
Menoch. de præsumpt. par. 2. lib. 4. præsump.  
145. Capi. decis. 204. nu. 2.

Addo etiam in hac materia, quod legatum  
factum alicui, cum nupsit, debet præstari  
contractis sponsalibus de præsentī, nec re-  
quiritur copulæ coniunctio, dummodo fue-  
rit nubilis ætatis. l. cui fuerit, vbi Bartol. ff.  
de condit. & demonstr. Alex. optime conf.  
42. vol. 7. Corn. conf. 292. nu. 10. vol. 1. Petr.  
Rebuff. in l. cedere diem, vers. præterea ex  
qualitate contractus ff. de verb. signific.

Ad num. 1. vide etiam quæ elegantissime scri-  
psit. Io. Andr. de Georg. in alleg. 36. per to-  
tam, quod sententia lata cum iusto contra-  
dictore faciat ius quoad omnes.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

S V M M A R I V M.

- 1 Actio, quæ oritur ex pacto de re-  
trouendendo, dicitur actio ex  
vendito.
- 2 Resolutio contractus inducitur ip-  
so iure statim, quod partes mu-  
tuo consensu, & re integra, ab  
eo recedunt.
- 3 Donari potest ad tempus.
- 4 Omissum in contractibus stricti  
iuris, habetur pro omisso.
- 5 Licet qui fecit pactum de retrouē-  
dendo, possit cogi ad retrouen-  
dendum, non tamen altera pars  
potest cogi ad reemendum.
- 6 Omne pactum appellatur contra-  
ctus, & dispositum in contra-  
ctu



*Et habebit locum etiam in dis-  
tractu.*

- 7 *Remissio pacti de retrouendendo  
non potest fieri sine assensu.*  
8 *Quando concessio fit pro se, & suc-  
cessoribus in perpetuum, tunc  
etiam frater succedit in Feudo  
nouo.*

### ALLEGATIO 21.

**D**E pacto de retrouenden-  
do in feudalibus, & eius  
remissione. Pro Fisco  
contra Illustriss. Principem Bisi-  
niani.



Endiderat Princeps Bi-  
siniani Mario Loffredæ  
Terras Albani, & Cal-  
ciani, & quosdam alios  
introitus feudales cum  
pacto redimendi, postea  
vendidit hoc ius luendi

D. Catherinæ sorori similiter cum pa-  
cto redimendi, & in omnibus his inter-  
uenit Regius assensus. Habens itaq;  
Princeps facultatem redimendi à sorore  
dicta bona feudalia vendita, conue-  
nit se cum ea, & promittit, nolle uti  
dicta facultate, durante vita D. Cather-  
inæ, sicq; remittit penitus pactum red-  
imendi, quousq; vixerit soror, verum  
quod post eius mortem remaneat ipsi  
Principi, & suis hæredibus ius redimē-  
di, & in hac remissione pacti interuenit  
Regius assensus; ex quibus apparet, qd  
D. Catherina, quæ prius virtute pacti  
de retrouendendo poterat cogi, ut re-  
trouendat, virtute huius secundi pacti  
remanet Domina libere, & absq; pa-  
cto. Dum viuit, contingit, quod D.  
Catherina paulo ante eius mortem sub  
assertione, quod tenebatur retrouen-  
dere dicta bona, vigore primi pacti de  
retrouendendo retrouendit Principi  
nepoti, ex quo mortuus erat frater, se-

quata morte D. Catherinæ. Dicit  
Fiscus, ista bona feudalia esse deuolu-  
ta ad Curiam per mortem D. Cather-  
inæ sine filijs, postquam iam erat ef-  
fecta Domina irreuocabiliter, duran-  
te eius vita; & dato quod hæc feuda-  
tenebantur pro hæredibus, & successo-  
ribus in perpetuum, hoc nõ potest pro-  
desse isti Principi Nepoti quamuis pro-  
fuisset Principi fratri, si superuixisset: si  
iste modernus Princeps dicit, quod ad  
ipsum, ut filium transit ius luendi re-  
seruatum post mortem D. Catherinæ,  
Fiscus hoc nõ negat, sed paratus est re-  
trouendere, soluto sibi pretio; non ob-  
stat retrouenditio facta à D. Catherina  
viuente, quia ex quo illa sit virtute pri-  
mi pacti de retrouendendo iam sublata  
per secundum, per quod fuit illud remis-  
sum, non tenuit, ut retrouenditio, & ut  
venditio noua similiter tenere non po-  
test, quia non fit hoc modo, nec fieri po-  
tuisset sine assensu.

Pro clariori resolutione prædictorū,  
erit primo discutiendum, an primum  
pactum de retrouendendo, quod fecit  
D. Catherina Principi fratri sit resolutū  
ipso iure per secundum, dum fuit remis-  
sum, vita durante, an ope exceptionis. l.  
volente D. Catherina; nam si ipso iure  
fuit extinctum, non remansit vltius  
fundamentum, in quo potuerit firmari  
retrouenditio facta, quod fuerit extin-  
ctum ipso iure. Considero, quod Prin-  
cipi vendenti, cui facta fuit promissio  
retrouendendi pro habenda retrouen-  
uenditione, competit actio ex vendi-  
to, quæ nascitur ꝑ ex ipsomet con tra-  
ctu vèditionis. Casus est in l. fundi par-  
tem ff. de contr. emptio. Nam ex quo  
hoc pactum fuit in eodē contractu ven-  
ditionis, vel in continēti coram iisdem  
Iudice, Notario, & testibus, ex hoc fit,  
quod informat veterem actionē, & ex  
ea sic informata, & coherentē vestitur:  
ut eadem competat actio pro adimple-  
mento pacti de retrouendendo, quæ cõ-  
petebat pro contractu venditionis, cui  
accessit pactum, text. est, & ibi glo. in  
vers. perfici, & in l. cum te. C. de pact.  
inter



inter empto. & vendito. videtur enim in esse, postquam fit in continenti. Idem tenet subtiliter Salic. in l. bonæ fidei C. de pact. dum in tertia oppositione querit, quæ actio competat ad terminos illius text. & licet in discursu illius l. arguat hinc inde, tamen vltim. colum. ibi, ad textum respondeo, refidet, quod si in casu dictæ l. cum te, datur eadem actio ex vendito, pro vt dicit tenuisse ibi Cin. Ista erit verior opinio, etiam in d. l. cum te, idem Salic. hanc opinionem tenet; vt ex hoc dicatur, quod Princeps pro obtinenda retrouentione promissa tutus erat actione dependente ex contractu nominato. Eandem opinionem tenuit Soccin. in eisdem terminis conf. 253. in causa Domini Io. Francisci, ibi circa secundum, volum. 2. facit etiam ad prædicta text. in l. iuris gentium, §. quinimmò. ff. de pact.

Si igitur contractus pacti de retrouendendo, de quo agitur, est nominatus, prout ipsa venditio, ex hoc fiet, quod resolutio huius contractus inducitur ipso iure, statim quod partes in mutuo consensu ab eo, re integra, recedunt, text. est in l. ab emptione ff. de pact. in l. nihil tã naturale. ff. de reg. iur. & in cap. 1. eod. tit. in sexto, in l. 1. C. quando liceat ab empt. discedere, & in l. prout quisque ff. de solut. & facit text. in §. fin. instit. quib. mod. toll. oblig. vbi Ioan. de Plat. dicit, esse mirabile, quod licet pactum nudum pariat executionem, tamen isto casu non parit, sed actionem tollit ipso iure, & ratio assignatur per dictam l. ab emptione, quia isti contractus nominati solo consensu perficiuntur, & proinde solo dissensu tolluntur, per prædicta. Nec obstat tex. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, quia illa text. intelligitur in pactis, quæ non habent proprium nomen contractus, vt tunc executio producat, sed in contractibus nominatis procedit tex. in d. l. ab emptione.

Si contendat Pars, non competisse Principi actionem ex vendito ad petendam restitutionem, licet non videam, quo-

modo possit negari, necesse est, vt dicat, quo iure erat agendum, & nulli dubium est, quod postquam illud pactum, quod D. Catherina faciebat, fuit inter easdem partes deductum in stipulatione vestiente pactum, agendum erat ex ea. Text. est in l. petens, vbi Paul. de Castr. in princ. ponit practicam contra. Notarij in similibus vtuntur C. de pact. actio. igitur erat ex stipulatu, vel verius conditio ex stipulatu, iam quod certum erat in promissione deductum, ad text. instit. de verbor. oblig. in princ. ex hoc sequitur, quod stipulatio præcedens, quæ informabat pactum de retrouendendo, nouata est per aliam subsequutam stipulationem, quæ informauit secundum pactum de non petendo, sublata est ipso iure, text. in d. §. pactus ne peteret in nona lectura, nullus est, qui contradicat, sumpta ratione differentie ex text. met.

Suadetur præcedens sensus, quod .s. actio sit ipso iure sublata per verba contractus; dum enim Princeps vult, quod non possit agere ad reuendendum, rursus quod D. Catherina non possit cogi, quid aliud fecit, quam tollere sibi actionem ipso iure? gloss. est in c. 1. in ver. non potest, de regul. iur. in sexto, & ex quo verba concepta sunt, vt fieri non possit in futurum, sublata est penitus omnis actio, & naturalis obligatio. Ita Bart. in l. cum lex dum. §. ff. de fideiuss. qui allegat. C. de Sacrosanct. Eccles. l. iubemus, iuncta l. non dubium. C. de legib. sequuntur Moder. in l. 1. ff. de verbor. oblig.

Nec dicatur, quod istud pactum de retrouendendo non potuit penitus tolli, & extinguui, durante vita D. Catherina, vt potest quia operandum erat post mortem, & proinde non potest dici vere extinctum penitus, quia hoc procedit, ex quo partes sic voluerunt, quæ imitando veritatem, potuerunt fingere, quod per certum tempus pactum haberetur, ac si nunquam fuisset factum, gloss. est in l. verum de reg. iur. tenet Bart. in l. si id quod pro tempore num. 39. ibi,

G sed

sed cōtra prædicta de vsu capio. & quia dixerunt partes, vt illud haberi pactum de retrouendendo pro non facto, sit ad tempus, scilicet quousque viuat D. Catherina, poterit dici, quod dum vixit, pactum illud dormiuit, & post mortem excitauit se tamquam à somno. verba sunt Bald. in pulchro casu simili, in l. vnica nu. 28. vers. sed hic dubitatur; ibi respondeo, non est sublata. C. quan. nõ petend. par. quid enim aliud egit Princeps, quam disponere de re sua, & ad sui libitum, quod potuit de iure? C. mā. da. l. in re mandata, non ne potuisset remittere in totum? potuit proinde & partem. Istud pactum vltimum remittens extinxit primum, vt supra fundauit ad tempus: & ne dicatur, quod tempus sit causa tollendę obligationis, non ex vi temporis, verba sunt Bald. in l. si. ibi item ex tempore. C. de leg. qui ibi in si. dicit verba satis elegantia tex. allegando in d. 5.

3 Vterius aduerto. Quid aliud fecit Princeps Bisiniani, dum remisit pactū, durante vita sororis, quam donare ad tempus? † quod satis licuit de iure, per tex. in l. 2. C. de donat. quæ sub modo, ita vt finito tempore, redeat ius donatum ad donantem, facit text. in d. l. fin. C. de leg.

Audio, prætendi pro parte Principis, quod illa extinctio pacti debeat intelligi tota in fauorem D. Catherinæ, vt scilicet dictum pactum sit remissum, & ipsa cogi non possit, si noluerit, vt postquam Princeps volebat gratificari sorori, hæc gratificatio tota intelligatur in sui fauorem, & proinde, quando ipsa voluit reuendere, hoc sibi non denegabatur. Iste sensus nec licet, nec iuris amicus est; si enim partes voluissent ita contrahere, dixissent, non dixerunt, erga noluerunt, immo totum contrarium expressum est. dum enim dicunt, quod relaxatur, & remittitur pactum, ac si factum non fuisset, quomodo potest dici, hoc esse intelligendum, si D. Catherina voluisset? In hac stipulatione quod non est dictum, ha-

4 beatur pro omisso. † ff. de verb. oblig. l. quicquid astringendæ.

Confirmantur prædicta, nam verum est in iure, quod ex pacto de retrouendendo, q̄ fecit D. Catherina Principi vendēti, est quæsitā actio ipsi soli Principi, vt possit sororem cogere, q̄ è cōtra nullā habebat actionem, vt fratrem cogeret ad reemendum. † Ira in specie tenet Paul. de Castr. in l. si hæres, vers. si tamen, ibi in contrarium. ff. de eo, quod certo loco, & clarius in cons. 93. nu. 4. ibi, sed in contrarium, vol. 2. qui dicit, quod si aliquis promittit mihi vendere prædium, ex hoc ipse obligatur mihi, nõ ego sibi, vt emam, allegat. ff. si cert. petat. in l. qui pecuniam: ex hoc fit, q̄ si antequam pactum de retrouendendo fuisset remissum, non poterat D. Catherina cogere fratrem, vt reemat, quomodo dicemus, quod post pactum remissum debeat intelligi reseruatū illud, cuius contrarium fuerat in dicto pacto redimendi? Nec de iure potest talis intellectus subsistere, vt remissio pacti de retrouendendo, quam Princeps facit, admittat sensum, si D. Catherina voluerit; postquam talis remissio est contractus pariter vtro, citroque obligatorius, & de tali distractu iudicatur, ac de ipso contractu Bald. not. in dicto S. pactus ne peteret, colum. 4. vers. sed quid si statutum, & idem Bald. & post eum Iacob. in rubr. C. de pact. dicunt, quod omne pactum † appellatur contractus, & nouissime, ne supprimam alienos labores, infinita cumulat Tirraquel. in Consuetud. Pictonum, in vers. contracter glos. 5. quod dispositum in contractu habebit locum pariter, & in distractu; & sic in contractu venditionis, seu promissionis de retrouendendo, quam facit D. Catherina Principi, non valuisset pactum, scilicet q̄ teneatur retrouendere, si voluerit. per tex. in l. in vendēdis. C. de contrah. emptio. Et quia continuisset quid illicitū, per not. in c. ad nostram de empt. & vendit. eod. modo in hoc distractu, quando si Princeps remittit pactum ad tempus non

non valuisse conditio, si fuisset dictum, si voluerit D. Catherina, ut ex hoc dicatur, quod postquam partes non potuissent expresse dicto modo contrahere, non debet cēseri, tacite intellectum, quod non subsistebat de iure.

7 Vtērius aduerto, quod quæstio est de re feudali, nam illa remissio pacti fieri non poterat sine Regis assensu sequendum Andr. in c. 1. §. si vero col. 2. de controuers. inuesti. referat Moderni Beneuentani in c. Imperialem car. 17. lit. E. & est communis omnium opinio; iam quod de remissione iuris communis feudalis tractatur, ex hoc fiet, quod ultra contenta in scriptura non extendetur assensus ex vi clausulæ quoad expressa tantum, & proinde sensus prædictus nulatenus est admittendus.

8 Quod si tamen consideremus equitatem, quæ in isto casu allegatur pro Principe, ut scilicet non sit credendum, sororem voluisse per hoc pactum fratrem excludere, & Fiscum admittere. Nam in facto penitus non procedit. Ita feuda tenebantur per D. Catherinam pro se & successoribus in perpetuum; quo fit, ut frater etiam in feudo nouo successisset, ut disponit Constit. Regni, ut de successione, ubi Andr. dicit, sic fuisse interpretatum per Sapientes Regni, & sic fuit decisum, ut dicit Afflict. decis. 293. & Loffred. cons. 38. Si ergo Princeps succedebat sorori, & sic erat præsumendum, quia longe iunior, necessario dici debet, quod dicta remissio pacti tota cedebat in beneficium Principis, quia si D. Catherina mortua fuisset, omnia feuda ad Principem deueniebant. Et ob dictam causam voluit proprie cōplacere sorori. Sed quid in coniectura immoratur? Partes nonne id expresse senserunt? quod quamuis fuisset mortua D. Catherina post mortem Principis, quod licuisset hæredi Principis reemere post eius mortem. Dum in contractu dicitur (Promittit Princeps, nec per se, nec per suum successorem reemere, nisi post mortem D. Catherinæ) ergo expresse

considerauerunt, quod potuisset casus accidere, quod Princeps præmoreretur, superstite suo successore in illo iure luendi, à quo postea fieret receptio post mortem D. Catherinæ. Certe iste erat casus clarus; nam si Princeps fuisset præmortuus, eius filius non potuisset succedere amitæ in feudo nouo, & de necessitate ad Fiscum deferebatur successio, licet eum onere retrouendendi, ut sic si partes considerauerunt omnia, & illis non obstantibus, remittitur pactum, quid est quod hodie tractemus de coniectura pietatis?

## A D D I T I O N E S.

A D num. 7. pro confirmatione dictorum per meum Genitorem hic, Addo, quod etiam in retroessione Feudi, quæ fit ei, vnde Feudum exierat, requiritur nouus assensus. Ita Capic. in decis. 156. penult. colum. vers. nec obstat quintum, & Fricia in tertia differentia inter Feuda quaternata, & Feuda de plano, & de tabula. Plura cymulat Vinc. de Franch. decis. 48. nu. 4. & 5. qui sic decisum testatur secundum opinionem mei Genitoris hic, & ex iisdem rationibus hic, & ibi relatis.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## S U M M A R I V M.

- 1 *Officiales, qui prohibentur muneribus, & dona recipere per Reges Regni, non extenduntur ad Secretarium Regni.*
- 2 *Vbi enumerantur omnes leges Regni loquentes de hoc, Rubricæ possunt allegari pro textu.*
- 3 *Numerus pluralis non trahitur ad singularem.*
- 4 *Magistratus appellatione qui Officiales veniant.*
- 5 *Dispositio loquens de ente simplici, non habet locum in ente qualificato, & num 6.*
- 6 *In materia poenali, & odiosa non*

*includuntur persone in maiori dignitate posita.*

- 7 *Actor, & Reus in iudicio partes vocantur.*
- 8 *Donatum Officialibus ob causam matrimonij non includitur in statuto poenali.*
- 9 *Tolerantia Principis, vel Viceregis, excusat Officiales.*

## ALLEGATIO 22.

**I**N causa Circumspecti Secretarij Regni Ioannis de Soto inquisiti de muneribus.



Vamuis Fiscus præ-  
tendat, Magnificū,  
& Circumspectum  
Secretarium tempo-  
re matrimonij rece-  
pisse dona ab Illust.  
Ducibus Montisleo-  
nis, & Seminariæ, &

ab alijs, non per hoc videtur, quod includatur sub aliqua poena in Constitutio. Capitulis, & Pragmaticis contenta. † Quoniam si incipiamus à Constit. apud Iustitios Regionum, discurrendo Constit. Capitaneorum, & inspiciamus Capit. Regis Caroli Primi, incip. Hac edictali, & Cap. Reginae Ioannæ, incip. Item, quod prædicti Iustitios, & Pragm. Regis Ferdinandi sub die tertio Augusti 1490. & Pragmat. Regis Cathol. sub anno 1510. per Inuict. Imperat. Carolum Quintum renouatā, & Pragmat. eiusdem Imperatoris, incip. Quis nescit munera, sub anno 1539. 11. Nouembris, nullibi in prædictis locis de Secretario Regni mentio facta fuit, sed tantum de Capitaneis Iustitios, & Officialibus ad iusticiam deputatis, quibus prohibitum erat munera, & dona recipere, vt in dictis locis clarius est videre. Sed Fiscus credo, q̄ facit fundamentum in alia Pragmatica

Imper. Caroli Quinti sub data 22. Martij 1536. vbi recitantur hæc verba, q̄ pro sententijs, decretis, siue interlocutorijs, remissionibus, & testium examinationibus, vt iustitia æqualiter administraretur, à partibus etiam sponte dantibus, Secretarij, etiam Magistri actorū nihil recipiant præter solutiones in predictis contentas.

Quæ verba si recte intelligantur, vt sonant, nullo modo comprehendunt prædictum Magnificum, & Circumspectum Secretarium. Et Primo, quoniam licitū est arguere ab ipsis rubricis prædictarū Consti. Capit. & Pragm. immo possunt allegari pro textu, † vt dixit Bal. in rubric. C. an seruus ex suo facto, & per Glos. singu. in l. 3. C. si ex falsis instrum. & sequitur Iason. institu. de actio. in rubric. colum. 2. vers. & aduertite, & Abb. in cons. 13. merito cum neque in text. neque in rubr. declarantibus text. fiat mentio, ad ipsum extendi non debent; cum poenæ sint molliendæ, & non ampliandæ, l. interpretatio. ff. de poenis.

Secundo, & fortius, quoniā illa verba (Secretarios) etiā in plurali numero faciunt, quod non verificentur in singulari, vt notissimum est in iure † vulg. l. vbi numer. ff. de testib. & per Ioannem Andream in tit. de testib. §. 1. vers. quarta quæstio, in Addit. Specul. vbi conditio, si filij posthumi nascantur, non verificatur in vno posthumo; sic etiam si aliquis appellauerit, & in precibus dixerit iniquam sententiam, dum duas habuit contra se sententias, non videtur, nisi de vna sententia appellasse; vt tradit Ioan. Andr. in regula pluralis locutio de regul. iur. in sexto, vbi late per glos. de materia. Et accedat tex. in l. codicillus in princ. ff. vsufruct. leg. vbi relicta post mortem hæredum, non debentur post mortem vnus; merito cum vnus sit maior Secretarius Regni, de quo mentio aliqua facta nō fuit, non includitur sub prædicto verbo (Secretarios) q̄a si Rex voluisset, expressisset; si omisit, omisū haberi debet

bet vulg. l. si vero. S. de viro. solut. marim. ff. Et illa verba verificantur in Secretario Sacri Regij Conf. & in Secretarijs Prouinciarum Terræ Hydrunti, & Calabria; quia verba declarant Secretarios, & dispositio verborum declaratur per officium prædictorum Secretariorum; quia ipsi sunt, qui recipiunt vota, & sententias interlocutorias dicitant; qui quamuis à Rege constituantur; nihilominus sunt vt species diuersæ, & separatæ, quamuis vno nomine nominentur, vt dicimus de Magistratibus; quia Magistratus † appellatur Princeps Ciuitatis, l. spadonem S. si Ciuitatis Princeps. ff. de excusatio. tuto. & Magistratus appellatione non continentur Præsides Prouinciarum, neq; Magistratus Populi Romani, quia ponuntur vt species diuersæ, l. voluit in S. si. ff. de interrogato. actio. quia diuersa sunt officia eorum, vt clarum est; ideo vnus appellatione alterius contineri nõ debet. Et si verba sunt ambigua, dispositio redditur inutilis, l. duo sunt Titij ff. de testam. tut. Quod minime dicendum est, cum in prædictis Secretarijs verificari possint, vt dixit Nell. de Sancto Gem. in tract. Banitorum 2. p. secundi temporis quæst. 66. & Decius in rubr. de offic. & pot. iud. del. 3. col. vers. secunda quæstio.

Tertio non obstat, si diceretur à Fisco, quod cõprehenditur sub verbo (officiales) toties in prædictis Pragm. repetito, quia in prædicto verbo non potest comprehendi. Quia dispositio loquens de ente simplici, non habet locum in ente qualificato, † maxime si materia, vel dispositio est pænalis, glõ. in c. statum de electione lib. 6. iuncto cap. licet canon. eod. tit. vbi dispositio pænalis loquens in Ecclesia Parochiali nõ habet locum in Ecclesia Parochiali Collegiata, quia illud ens, quod est Parochia, addit qualitatem. Ita in proposito Secretarius maior Cæcellariæ, qui apud Regem assistit, cui Regis arcana cõmittuntur, ab omnibus honorandus, & cingulo militiæ decorandus, vt dixit text.

in l. proximos. C. de proximis sacrorum scriniorum lib. 12. comprehendi non debet, & quod loquatur de maiori Secretario, adduco Petrum de Belluga in Specul. Princ. rub. 6. nu. 7. Qui Secretarius habet omnes prærogatiuas, quas habent omnes alij in sacro Palatio militantes, inter quas est, vt sub statuto generali personæ tales non includantur, vt pulcherrime tradit Nicolaus Boerius in decis. 222. à num. 10. vsque ad fin. & in tract. de Autho. & Præem. mag. Conf. num. 150.

6 † Vterius ad idem confirmandum † accedat tex. in c. fin. de præb. in 6. vbi appellatione beneficij nõ venit dignitas vel rectoria; & tamen non desinit esse beneficium. Ita in proposito, quãuis appelletur Secretarius, quia est maior aliorum, non includitur in dispositione: ad quod infinita adduci possent, quod potius esset cumulata transcribere. Ideo remitto ad notata per Abb. in rubr. de vit. & honest. clericor. & ad Io. Andr. & Hosti. in c. cum tibi de verb. signif. & ad And. Barb. in tract. de præsentat. Card. 7. quæst. primæ partis, ver. & quamquã; in quibus locis communiter, & clarissime habetur, quod in materia pænali, & odiosa nõ intelliguntur personæ in maiori dignitate positæ, vt est casus noster.

Ad idem, quod de alijs Secretarijs minoribus intelligatur, faciunt verba supradictæ Pragmaticæ (Secretarios, & Magistros actorum à partibus nihil recipiant præter solutiones in pandectis contentas) Magistri actorum sunt, qui scribunt, & Secretarij minores, vt taxatum est in pandectis, quibus licitum est recipere salaria, & gagia, vt dixit tex. in S. scriptum exemplar. in auth. vt iud. sine quoq; suffr. & sequitur Paris de Puteo in tract. sind. in ver. iuramentum nu. 3. quod minime verificatur in maiori Secretario, qui non habet gagia taxata de scripturis per ipsum factis, sed bene de factis à manu aliorum in Regia Cæcellaria, & hoc clarum est, quod ipse nõ scribit, sed sunt sui officiales, qui scribunt, & possunt recipere gagia prædicta

dicta contra id, quod sensit Afflict. in prædicta const. apud Iustitios, quod ibi, nec alibi iure probatur, quod ipse dicit de scriptoribus.

Adest etiam verbum à partibus, quod debet intelligi .i. litigantibus, quia

7 Actor, & Reus † in iudicio partes vocantur, c. statutum. §. verum iuncto §. in super de rescript. in 6. vbi postquam vocavit Actorem, & Reum sub partium nomine, de eis post modum mentionem facit, & idem fecit Pragm. incip. Post prædictas sub tit. de Dilatio. in Pragmatic. Regni, & sic tum ex parte dantium, qui non erant litigantes, tum etiã ex parte recipientis non verificantur verba prædicta.

Nec etiam prædicta dona fuerunt data contemplatione prædicti magnifici, & Circumspecti Secretarij, neque vxori respectu sui, sed causa matrimonij. † quod in dubio dicendum est, vt voluit glos. in l. cum veterum. C. de donat. ante nupt. quod sequitur pulcherrime Bart. in cons. 11. vol. 2. merito cū casus hic nõ sit expressus, in statuto, vel Pragmatica non comprehenditur, sed debet remanere in dispositione iuris, cū finis in pœnis. glos. reputata singularis in §. ex maleficijs in verfi. iudicium. instit. de actio. Tanto magis, quod Illustrissimus Dominus Vicerex etiam donauit prædicto tempore nonnulla bona prædicto Magnifico Secretario, quæ induxerunt alios ad donandum; iuxta illud vulgatum, † à Boue maiore. discit arare minor, & facta maiorum sequuntur, & ideo licet prohibitum sit recipere aliquid pro spiritualibus, si tolleretur, vel sciatur à Superiore, excusantur, vt dixit Frãsciscus Pauinus in tract. de visita. in 4. q. 2. p. nu. 8. Ideo non solum quia Illustriss. D. Vicerex sciuit, & tolerauit, sed quia etiam dedit; qui D. Vicerex virtute prædictarum Pragmaticarum arbitrium habet, recipientes dona punire.

Vltimo accedat pro declaratione, & confirmatione prædictorum Pragmaticarum recolendæ memoriæ Regis Catho. Thori

edita sub die 13. Ianuarij 1505. vbi factis aliquibus taxationibus, prohibuit officialibus plus petere, subiungendo in fine, Secretarijs, & Scribis nostris, tam penes nos, quam in Regia Cancellaria præfati Regni Siciliae: & sic quando voluit in dispositione Maiores Secretarios includere, de eis fecit expressam mentionem, & sic cum in alijs sit, omissum, pro omissio haberi debet, vt supra firmatum est, ideo tam ex verbis prædictarum Pragmaticarum, quam ex mente supradictæ proximæ pragmaticæ, & etiam ex iuris dispositione, arbitror, prædictum Magnificum Secretarium, ob prædicta dona recepta minime molestandum esse, saluo semper consilio melius sentientis

#### ADDITIONES.

**I**N hac causa, & consimili scripserunt Reges Lanarius cons. 43. & 93. & Reg. de Ponte cons. 49. quos videto, quia concordant cum dictis per meum Genitorem hic.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SVMMARIVM.

- 1 *Relatum est in referente.*
- 2 *Filia maritata, & dotata de patre ratio secundum consuetudinem Neap. non potest pretendere successione.*
- 3 *Nemo scit melius sumere consiliũ pro filio, quam pater.*
- 4 *Filia dicitur dotata à patre, si ei legata est dos in testamento.*
- 5 *Filia dotata non solum à successione, sed à legitima excluditur.*

#### ALLEGATIO 23.

**I**N causa interpretationis Consuetudinis Neapolitanæ, quæ incipit. Sed si morienti, &c.



**D**E successione virilis, quam Magnificus Annibal ex persona matris prætendit in bonis Episcopi, nō est disputandum; quia verba Consuetudinis cla-

ra sunt. Et iam hoc sentiens ipse Magnificus Annibal se restrinxit ad Paragium. Ideo discutienda sunt verba Consuetudinis, quæ incipit. Sed si morienti, &c. ibi (Cum fratres ipsas habeant maritare.) Et aduerto, quod hæc Consuetudo non figit pedes in dictis verbis, sed subdit, vt superius dictum est,

- 1 vt sic illud relatum, † quod est in Consuetud. incip. (Si moriatur) sit in hoc referente. ff. de hæred. instit. l. illa institutio cum alijs: illa consuetudo excludit
- 2 † ab omnibus illas filias quas pater viuens maritauit, & sic fuit semper vsu receptum, dato quod pater cum modica dote maritasset filiam, dummodo illam collocasset secundum pares suas, hoc est, secundum paragium; vt declarat bene Neapod. in Consuet. Eas autē in vers. Paragium. Hoc est, quod semper
- 3 dicimus, patrem † capere bonam consilium pro filia, secundum Deci. cons. 276. & Afflic. in const. fratribus, & dicitur filia dotata à patre, si dos est legata in testamento. Bar. † in l. qui pupillam de adult. Consuetudo aliud non querit, nisi quod filia tempore delatæ successionis sit dotata, & ob hoc ipsam excludit nedum à successione, sed à legitima, quæ duo vadunt simul iuncta in casu nostræ Consuetudinis, & alterius statuti similis. Angel. cons. 105. statuto cauetur, sequitur Deci. cons. 303. nu. 9. & in locum eius, à quo excluditur, succedit dos.

Et quod dicta præcedens Consuetudo (si moriatur,) sic debeat intelligi, suadent verba textus, ibi (tenentur maritare) ergo non loquitur de maritatis. ff. de condit. & demonstrat. l. si iam facta ff. de iniust. testam. l. si quis filio. S. irritum, vbi Paul. de Castr. & rursus in text. sequenti, eas autem, ipsis differentibus, maritare, vt sic sit sensus, quod quan-

do defertur successio, & eo tempore fæmina reperitur maritata, nō sit ulterius de alio tractandum in fauorem filiarum. Hoc est, quod erat sancitum superius, & ad q̄ se refert Consuetudo, quæ de casu nostro loquitur, & sic mater Magnifici Annibalis, quæ tpe mortis Episcopi reperitur dotata, & maritata, aliud prætere non potest; postquam insuperiori casu alterius Consuetudinis superioris sic erat dispositum.

ADDITIONES.

**A**ddo, quod filia maritata, & dotata à patre, si non fuerit congrue dotata, poterit petere supplementum legitimæ, seu paragij in bonis zuctis per partem tempore mortis, tam ipsa, quam eius filius in bonis Aui. Pro veritate vide Gramm. deci. 57. per totam, & signanter num. 7. & in decif. 253. nu. 72. & decif. 101. in quibus decisionibus habes veritatem huius quæstionis decisam in terminis nostræ Consuetudinis Neapolitanæ, de qua meus Genitor hic meminit. concordat Anna in allegat. 70. num. 8. & per totum.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*


SVM MARIVM.

- 1 Testis vnus dictum non potest altera pars in partem acceptare, & in partem respuere.
- 2 Testis productus, & formiter examinatus, probat pro vtraque parte, & contra producentem.
- 3 An valeat pactum, quod stetur inramento vnus partis.
- 4 Verbum (reliquorum) quid importet.
- 5 Mobilia, quæ vsu consumuntur, qualiter debeant appretiarī, & quanto tempore præsumantur consumpta. Ibidem.
- 6 Præcedentia declarant sequentia, & e contra.



## ALLEGATIO 24.

**I**N materia Appretij valoris mobilium, & argenti. Pro Illustris. Marchionissa Vasti.



**D**E tribus contingit dubitari in liquidatione sententiæ late pro Illustr. Marchionissa Vasti. Primo, quoad vasa argentea, & iocalia. Nam postquam pla-

cuit Sacr. Consilio, vt liquidatio fiat ex eodem processu, quia dicta Illustris. Domina circa valorem nil probauit, merito est absoluendus Marchio. Nec dicatur, quod Ioan. Paulus Carrara testis Marchionis iam deponit de pondere argenti per singula vasa; quo scito, valor facillime postea dignoscitur, quia aduerto, quod postquam in valore, & pondere hic Io. Paulus deponit de omnibus bonis, de quibus agitur, & istud caput appretij vnicum est, & connexum; quia ex vno negotio procedit. glos. est in l. etiam. §. ex causa. de mino. Sequitur Curtius Senior cons. 20. sæpe numero. nu. 23. ibi, si ergo respectu. Et isto casu D. Marchionissa tenebitur vel in totum respuere dictum huius testis, † vel in totum acceptare, iuxta theoreticam Bar. in l. quædam §. nummularios de eden. qui allegat ff. de posi. l. Publia. in fin. illud, quod iste testis deponit, & quod Domina Marchionissa querit scindere, est vnicum factum penitus indiuisibile; nam productus, vt deponat inter alia de valore mobilium, & quorundam iocalium, & argenti, deponit de omnibus. Si quoad ea, quæ nocent, vult Illustris. Marchionissa tale dictum impugnare, non poterit ex eo commodum consequi. c. ex eo, de reg. iur. in 6. Si Illustrissimus Marchio vellet renunciare depositioni dicti testis in eo, quod contra ipsum facit, certe non posset; postquam per productionem, † & fortius per exa-

minationem sunt effectus communes de positiones testium pro vna parte productorum; vt post glos. tenent omnes in c. presentium, extra de test. & pulchre dicit Franc. de Aret. cons. 140. factum ita proponitur, eodem modo in connexa depositione dictum non potest scindi: quo fit, vt si iste Io. Paulus Carrara in pondere argenti, & iocalium prodest forte Marchionissæ, & in valore aliorum mobilium nocet, nec vnum sine altero acceptari potest.

Quod si Illustrissima Marchionissa prærendit non indigere probatione testium, postquam fuit conuentum, debere stari circa valorem eius iuramento, & pactum maxime iuratum validum est, vt not. omnes in c. 2. de probatio. quia hoc intelligendum erit, dummodo contrarium non fuerit probatum, † vt Ang. not. in l. qui restituere, per glos. ibi, de rei vend. & in l. qui vas. per illum text. de fur.

Secundum caput dubitationis est, postquam sententia condemnat Marchionem ad valorem mobilium non extantium, & inter alia mobilia, sunt le *Biancherie, li Caualli*, & quædam alia utensilia domus, in hoc prærendit Marchio penitus non teneri in aliquo. Primo, quia bene sciebat Domina Marchionissa, in prædictis expendisse propriam pecuniam Marchionis, & in redactione computorum rationem dedisse, vt per partitas doctum est. Et proinde quando Marchio in discessu promittit per Albaranum bona restituere, de his mobilibus verbum nullum, & est bona coniectura, quod vbi voluit Marchionissa, bona esse restituenda, dixit, in his non dixit, ergo noluit, sibi reddi; & ex hoc redditur inanis promissio in instrumento, detecta illius iniquitate. Quæ enim æquitas suadet, vt Marchio restituat, quod sua pecunia sibi emit?

Hoc non est contra sententiam; postquam de liquidatione tractamus. nam præsupponendo, quod sunt multa bona non extantia, quorum pretium debetur per Marchionem, absque dubio verbum (reli-



(reliquorum) in sententia comprehensum intelligitur, pro ut ius intelligit de illis bonis, quæ erant vere Marchionissæ. Hoc proprie indicat verbum istud

4 (reliqua)† ut sic non omnia, glo. in vers. reliquum, in l. si ex pluribus de solutio. not. Floria. in l. si familiæ, q. 2. ff. famil. hercis. Et est alias de iure verum, quod postquam non est eadem ratio restituendi pretium illorum bonorum, quæ erant Marchionis, pro ut illorum, quæ erant vere Marchionissæ, verbum illud, (reliquorum) indefinite positum in sententia, non æquipollebit vniuersali. Ita limitando text. in l. si pluribus. de leg. 2. tenet Din. in Proem. tit. de reg. iur. vers. circa secundum, & Alex. conf. 26. nu. 3. vol. 4. Quæ enim ratio suadet, ut Marchio soluat pretium rei propriæ? & ita intelligendo sententiam, erit sensus, pro ut ius vult. ff. de seruit. l. si cui. Et censendum est, quod hæc fuit mens Sacri Consilij, postquam est tam pia, & æqualis opinio.

5 Quod si contrarium teneri velit, videat Sacrum Consilium, quantus est rigor talis arbitrij Illustris. Marchionissæ, quæ vult, pretium dictorum bonorum mobilium, prout vere in eis expensum fuit, nulla habita ratione, quod bona prædicta, videlicet *le Biancherie*, & multa alia utensilia, & equi, ac muli ex tanto tempore per usum fere fuerunt ad nihilum redacta. Est enim † de iure verissimum, quod in huiusmodi bonis, quæ usu consumuntur, commodatum non consistit. Text. est in l. 3. S. non potest. ff. commod. Et quando ille, cui ad usum talia dantur, nullam ad usum prædictum culpam committit, etiam si res deteriores fiant, ad nihilum tenentur. Text. est in l. eum, qui rem, eod. tit. iuncta l. fin. quæ loquitur in equis recipientibus deteriorationem ex longo itinere, ut in casu nostro.

Et certe, si verum amamus, ista bona habuit Illustris. Marchio in anno 1548. Quando postea captum fuit litigari inter Matrem, & filiū, fuit in anno 1554. quo tempore ex dictorum bonorum

qualitate erant omnia fere consumpta; & ex hoc fiet, ut si Marchio non se conuenisset cum Illustris. Matre in dicto anno 1554. non potuisset condemnari, nisi ad modicum quid .i. ad valorem bonorum ipsorum, prout eo tempore reperiebantur; & certum est, quod per tempus annorum sex quilibet prudens Iudex decreuisset, bona præsumi usu consumpta, ut Bar. in specie in l. q. ad præsens nu. 3. ibi simile dico in tutoribus. C. de murilegulis lib. 1. 1. Non debet ergo videri iustum, aut prætendi, quod integrum valorem soluat; & in hoc pluries instatum fuit, quod eligantur experti, qui videant, & arbitrentur, bona prædicta in quo statu reperiri potuerunt in anno 1554.

Tenebatur itaq; Illustris. Marchio ad restitutionem bonorum, pro ut tempore anni 54. illa erant, & successiue pretium debet liquidari, prout tunc valebant. Nam si ab initio in anno 48. data fuerunt bona prædicta, ut Marchio illis vteretur, prout eadem D. Marchionissa consistetur in articulis, & iam Marchio usus est, & in anno 54. consumptio bonorum non erat ei imputanda d. l. est, qui rem; sequitur, quod obligatio, & promissio restituendi bona, referenda est ad tempus instrumenti. Nam eo tempore incipit Marchio obligari in omnibus bonis, quæ in Albarano non continebantur, & proprie post lapsum duorum mensium, infra quos restitutio promittitur; quo tempore venit dies, ut considerat text. in l. quoties in diem, cum l. sequent. de verb. oblig.

In ultimo puncto, res debet videri adeo clara Sacri. Conf. ut non indigeat adminiculo. Nam Marchionissa, quæ erat Domina bonorum, & in Albarano, & in lista contentorū, non potuisset stipulari vtiliter, nisi bona sibi restitui, non dari, vel illorum pretium. l. nemo rem suam. ff. de verb. oblig. & iam fuit sic stipulata, & bona extant. Quare dicemus, in obligatione rem restitui, succedere pretium, re existente, quod natura stipulationis non patitur: illud, quod prius

prius debebatur per actionem commodati, hodie deductum est in stipulationem (vtraq; actio) & nouata, & nouas in hoc sunt eiusdem qualitatis. Nam in commodato res est semper in obligatione, licet cum refectione interesse ob deteriorationem. d. l. 3. S. si reddita. ff. commoda. In stipulatione prædicta succedebat obligatio post lapsum duorum mensium, quando incipiebat fieri debitor morosus. d. l. quoties in diem. Vnde ergo nascitur, quod Marchio condemnari debeat in eo, quod natura actionis non patitur? immo contra instrumentum, in quo promittitur pretium, in casu deficientiæ bonorum, deficit, quod non est in mundo. de caduc. toll. l. 1. S. si autem ad deficientis: sed si bona extant, erat aliud faciendum, quam condemnare ad illorum restitutionem vna cum interesse: quando vnquam simile fuit auditum? Quo fit, vt credi non possit, Sacrum Consilium habuisse aliam mentem, & illud verbum (extantia) ¶ in sententia appositum, est referendum ad præcedentia, & sequentia, postquam eadem est ratio, ad not. in l. doli clausula de verb. oblig.

## ADDITIONES.

**A**D num. 1. Quod cum iuramentum testis sit indiuiduum, non possit pro parte acceptari, & pro parte non, concordat cū dictis per meum Genitorem hic Vincent. de Franch. decis. 173. nu. 6. & 7. qui dicit, sic iudicari per S. C. & plura allegat.

Ad num. 2. quod examinationes testium sint effectus communes vtriq; parti, licet ex vna parte producantur, concordat Glos. & ibi omnes Doctores per illum text. in authent. sed iudex C. de Episc. & Cleric. & Vincent. de Franch. decis. 222. nu. 7. qui concordat cum meo Genitore hic.

Et ad dict. num. 2. Addo etiam quæ scripsit Consiliar. de Georg. in sua alleg. 50. nu. 23. quod dictum vnus testis probet contra producentem.

Abb. Io. Hieron. de Marano.

## SUMMARIVM.

- 1 *Voluntas testatoris in testamentis semper dominatur.*
- 2 *Verbum (Portio, vel Portionem) intelligitur de medietate, vel virili.*
- 3 *Vna pars testamenti declaratur per aliam.*
- 4 *Femina exclusa à Statuto, quamuis non admittatur ad partem, facit tamen partem.*
- 5 *Institutus particulariter habetur loco legatarij.*
- 6 *Hæredi à semetipso legari non potest.*
- 7 *Modus succedendi ex testamento, est cum onere.*
- 8 *Modus succedendi secundum Consuetudinem, est sine onere, & est ad instar legitime.*
- 9 *Legatum fundi, qui proximus est alij fundo legatarij, dicitur pinguis.*
- 10 *In dubio præsumitur, testatorem velle equalitatem inter hæredes seruare.*
- 11 *Ex prolatione verborum sensus loquentis percipitur.*
- 12 *Notarius semper censetur apponere verba conformia voluntati testatoris.*
- 13 *Positi in conditione censentur positi in dispositione ex coniecturata mente testatoris.*
- 14 *Limitatio ad l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. subst.*
- 15 *Verba in dubio in potiori significato sunt capienda.*
- 16 *Declaratio ab ipso disponente, & non ab alio est facienda.*

- 17 *Fructus augent hereditatem, & veniunt in petitione hereditatis.*  
 18 *In iudicio petitionis hereditatis veniunt fructus, quamuis non sint petiti.*  
 19 *Heres presumitur effectus locupletior ex fructibus perceptis ab hereditate.*

## ALLEGATIO 25.

**I**Nstitutus in portione Consuetudinis, an censeatur institutus in medietate, vel virili.  
 Pro D. Io. Vincentio Como.



Offet sustineri, quod articulus presentis causae reperiat in fauorem Magnifici Io. Vincentij Comi à decreto interposito per S. C. per quod fuit prouisum, non obstar exceptionem rei iudicatae à Magnifico Barone conuento oppositam; ex quo ipse Magnificus Io. Vincētius debuisset succumbere, si euidentis iustitia causae principalis ipsi non fauisset. Ut tamen de suo apertissimo iure magis liqueat, repetam seriem facti. Magnificus Leonardus Comus in eius ultimo testamento vniuersales sibi heredes instituit in burgenfaticis tantum dictos Magnificos Baronem, & Io. Vincentium fratres consanguineos per haec verba. *Ciascun di essi pro virili, & equali portione excepti l'infra scritti particolari institutioni, legati, & fideicommissi, quali ad unguem s'habbiano da ademprire, secondo appresso particolarmente si contenerà.* Deinde in eodem testamento fecit aliam dispositionem, ex quo testator ipse non habens liberos relinquebat ex duobus fratribus plures nepotes, ex altero, qui vocabatur Franciscus Comus, remanebant praedicti Baro, & Io. Vincentius, ex altero, qui vocabatur Pyrrus Aloysius,

remanebant Fabricius Comus, & fratres, quia istos non incluserat testator in vniuersali institutione, & potuissent praeterdere virtute Consuetudinis Neapolitanae, quod in bonis antiquis ipsius testatoris debebant ipsi succedere, voluit eis in aliquo prouidere. Ideo sub dicta assertionem, & etiam pro exoneratione suae conscientiae fecit aliam particularem institutionem sub his verbis. *Però substituisco, ordino, & faccio miei heredi particolari in l'integra metà di detti miei beni antichi, siti in la detta Città di Napoli, sue pertinentie, & distretto, de la quale alias per detta costumanza de Napoli io non possa disporre, nisi in proximiores agnatos, & coniuñtus ex paterna linea, tanto li detti fratelli miei nepoti figli del detto quon. Magnifico Pier Loise, quanto li supradetti Gio. Angelo, & fratelli figli del detto q. Magnifico Francisco miei heredi vniuersali, ut supra instituiti, videlicet in Stirpem, & non in capita: Ita che detti figli del detto quon. M. Pier Loise possano, & vagliano succedere in virtù del presente testamento, & particular institutione pro una dimidia de la detta metà, che è la quarta parte di tutti miei beni antichi.* Et quia inter bona antiqua, de quibus alias non poterat disponere, nisi de medietate, erat Casale Nouum, quod est burgenfaticum, in hoc facit per aliud capitulum prelegatum ante partem dicto Magnifico Baroni, sub his verbis. *Item declaro tra l'altri beni antichi de mia heredità habere in Burgenfaticum lo Casale detto Casale nouo in lo Territorio di Nap. con l'huomini, vassalli &c. quale Casale io affettaria non si hauesse à deuidere, & dismembrare per honore, & beneficio della casa, pero detto Casale con l'huomini, & vassalli &c. lo prelego ante partem, & iure prelegati lasso, voglio, & comando sia, & debbia essere integramente del detto Gio. Angelo mio nepote, verum con questa tal conditione, che sia tenuto le parte, & portione, quali toccheranno di detto Casale tato alli detti suoi fratelli, & coheredi, quanto alli detti*

*detti figli del detto quon. M. Pier Loise darli recompensa in altri beni stabili, & ultra detta recompensa equiualente grano detto Gio. Angelo debbia dare à detti figli del detto quon. M. Pier Loise refusura de duc. 500. de piu oltra del prezzo equiualente de detta parte, che à loro toccherà, considerati li buoni, & optimi seruitij da esso riceuuti.*

Ex narratione præcedentis dispositionis orta est contentio inter Magnificos Io. Vincetium Comum, & Baronem super valore portionis, quæ competiisset dicto Io. Vincentio super Casali Nouo. Nam prædicit ipse, quod de eo fieri debet talis distributio, quod de vna medietate, de qua non potuisset disponi secundum dictam Consuetudinẽ, capienda sit medietas, & sic integra quarta totius, & valor illius sit assignandus filijs Pyrry Aloysij. De reliqua vero quarta, ac etiam de integra alia medietate, de qua potuisset testator disponere, & sic de integris quartis tribus totius Casalis competat valor medietatis, scilicet vnus quartæ cum dimidio super alijs bonis: & quia per laudum quond. Excellen. de Colle fuit declaratum, sibi competere octauã partem totius, & sic mediam quartam partem, petit ipse Magnificus Io. Vincetius, declarari, quod sibi solvatur integra quarta pars restans, siue illius valor pro complemento vnus quartæ cum dimidio sibi competentis, vt supra.

Quod talis petitio sit conformis iuri, & dispositioni testatoris, posset sustineri, quod sit decisum per S. C. per quæcum prætenderetur per Magnificum Baronem, ob stare exceptionem rei iudicatæ ipsi Magnifico Ioan. Vincentio, fuit prouisum, esse procedendum ad vteriora, non obstante dicta exceptione, quod decretum non potuit nasci, nisi cognita iustitia causæ ipsius Magnifici Io. Vincentij, qui vt obtineret in dicto articulo, fuit coactus ex lectura testamenti fundare eius intentionem, & aliter de iure nõ potuisset obtinere, vt posent Excellentes Iudices recordari.

Vt tamen clarius iustitia causæ pateat, præmitto regulam, quæ semper est in ore allegantium super vltimis voluntatibus, quod in testamento voluntas testatoris semper dominatur. ff. de cõdit. & demo. l. in conditionibus: & voluntas testatoris est illa, quæ ex suis verbis colligitur.

Si modo attendamus verba prælegati, certum est, quod testator voluit Io. Vincentium excludere à portione, quæ sibi competiisset super Casali Nouo, vt sic non diuidatur, non autem ab illius valore, quem voluit, sibi dari à Barone: portio autem, quæ sibi competiisset super Casali Nouo, circũscripto prælegato, fuisse integra medietas totius, dempta quarta; subrogauit valorem in locum portionis, ergo debet esse subrogatum eiusdem qualitatis. † ff. si quis cautio. l. si eum. §. qui iniuriarum, cū simil. vt valor sit eius portionis, quæ sibi competiisset. Cæterum non esset bona subrogatio. Voluit testator, dari valorem portionis. Hæc verba intelligenda sunt, pro vt ius intelligit. l. hæredes mei. §. cū ita, ad treb. Ius disponit, quod portionis verbum, si expresse contrarium non dicatur, intelligatur de medietate. l. nomen filiarum. §. subsignatũ de verbor. signif. Ergo non debemus recedere à sensu legis, maxime quia si testator voluisset de alia portione, quam de medietate sentire, dixisset, vt sic, si non dixit, noluit de alia sentire. C. de caduc. toll. l. 1. §. sin autem ad deficientis. Quod apertius patet ex eo, quod testator voluit, dari portionem Io. Vincentio, vt cohæredi. Et certum est, quod vt cohæres non posset habere minus, quàm virilem, quia testator sic instituit in primo capite. Et vna pars testamenti † declaratur per aliam. ff. de leg. 1. l. qui filiabus in princ. Et quia in princ. institutionis expressit portionem virilem, si postea in cap. prælegati fecit mentionem de portione, intelligetur de portione super expressa, scilicet virili, per ea, quæ tenet Deci. cons. 515. num. 3. volum. 4.

Non

Non obstat, quod Magnificus Ioan. Vincentius in secundo capitulo testamenti reperitur particulariter institutus secundum Consuetudinem Neapolitanam, & proinde de hac portione sit intelligendum; quia in hoc verba testamenti declarant, quæ fuerit mens testatoris. Ponamus, quod testator de bonis suis omnibus disposuisset in extraneis, nepotibus ex utroque fratre, Francisco vj, & Pyrro Aloysio in nihilo honoratis, certum est, quod secundum Consuetudinem Neap. filij vtriusque fratris potuissent prætere medietatem bonorum antiquorum, & inter eos postea in stirpem diuisissent; ita ut vna quarta fuisset filiorum Pyrri Aloysij, & altera filiorum Francisci. Testator honorauit filios Francisci, instituendo eos vniuersaliter, si postea quando volebat honorare filios Pyrri Aloysij, seruata forma Consuetudinis, illos instituisset in medietate, dedisset plus, quam eis cõpetebat: miscuit nepotes institutos, non ut admitterentur ad partem, sed ut facerent partem, sicut dicimus in famina exclusa successione patris per statutum, quæ si non admittitur ad partem, facit tamen partem, ut minus competat masculis in cõputatione legitimæ, secundum DD. in auct. nouissima. C. de inoffic. testa. q. clarius patet ex lectura dictæ particularis institutionis, in qua, rogo, aduertant Domini Iudices; quia postquam instituit omnes, miscendo etiam quos vniuersaliter instituerat, sequuntur verba. *Ita che dessi figli del detto Pier Laise habbiano la quarta parte.* subiunxisset etiam, quod dicti sui nepotes vniuersaliter instituti habuissent reliquam quartam; quia nõ dixit; apparet sensus apertus, quod testator ipse voluit mori cum vniuersali institutione vniuersali quoad Baronem, & Io. Vincentium, & particularis institutio seruiert tantum filijs Pyrri Aloysij.

Hoc fundatur alia fortiori ratione, nam postquam Baro, & Io. Vincentius erant hæredes vniuersales, in personarum non potuisset valere altera particularis institutio; ex quo institutus

- 5 particulariter haberet loco legatarij. l. quoties. C. de hered. instit. l. i. §. si ex fundo, & l. ex facto la 2. ff. eo. tit. & licet Bar. ibi dicat, particularem institutionem facere quandam tertiam speciem; non est tamen dubium in hoc casu, quod isti particularibus institutis, qui ante reperiuntur vniuersales, ab ipsismet esset opus capere dictam particularem institutionem, quod de iure fieri nõ potest, ut hæredi à semetipso legari aliquid possit. ff. de leg. i. l. plane. §. si duobus, ut sic appareat, quod in persona Magni Baronis, & Ioan. Vincentij non poterat consistere particularis institutio; non erat enim credendum, quod Testator prudens voluerit in eius testamento contrarias vias eligere in eadem persona.
- 7 Modus legandi ex testamento est cum onere, quod ab hærede debet agnosci. cum matre. C. de rei vendicat. Via autem succedendi secundum Consuetudinem est sine onere, ex quo est ad instar legitimæ, ut tenet Neapo. in Consuet. & si testator.

Ex his fiet, quod verbum (Portionis) positum in c. prælegati, intelligitur de portione vniuersalis institutionis, postquam ad aliam portionem referri non potest, & est clausula posita in fine. Nec obstat prælegatum factum Baroni, quia si bene legantur verba prælegati, ex eis fundat suam intentionem ipse Magnificus Io. Vincentius, cui voluit testator dari valorem suæ portionis: operatum est prælegatum in fauorem Magnifici Baronis in eo, quod noluit testator, casale diuidendum, ut omnia eius prædia esset vicina, & ex hoc fiat prælegatum vberimum. ff. de legat. l. i. si cui fundus, & quod Baro nõ haberet victorias, quos forte quandoque fuisset habiturus odio, & fuit in hoc magnus factor. ff. de contrah. empt. l. quod sæpe. §. fin. ubi glos. non autem prælegatum, voluit testator, excludere cohæredem à portione, immo inclusit.

Non obstat, quod grauauerit Magnificum Baronem in alijs duc. 500. soluendis ultra valorem quartæ partis

H filijs

filijs quon. Pyrri Aloysij, quia si hono-  
rauerat in tantis, non debet esse durū,  
quod in hoc grauauerit: honorauerat  
enim in prælegatis Casalis quoad indi-  
uiduitatem, nec non & legauerat omnia  
feuda valoris duc. 1000. annuorum, vt  
sic maior honor induxerit grauamen  
in dictis duc. 500. & hoc tollitur per  
10 aliam coniecturam; nam in dubio præ-  
sumitur, quod testator voluerit æqua-  
litatem seruare inter hæres. eod. gradu cō-  
iunctos l. cum pater. S. pater. pluribus  
de leg. 2.

Nec obstat, quod Magnus Baro  
prætendat, voluntatem testatoris fuisse  
declaratam ex depositione Magnifici  
Gasparis de Leo, quia si bene aduertatur,  
eius dictum nil releuat, ex quo de-  
ponit, q̄ hoc modo ipse interpretatur  
verba testamēti, si tamen alio modo de  
iure interpretari deberēt, remittit se di-  
11 spositioni iuris, & isto casu ius vult, t̄  
ex prolatione verborū percipiatur sen-  
sus loquentis. ff. de supp. lega. l. i. ab eo, &  
dixit Bar. in l. qui filibus. ff. de testam.  
12 tute. quæ verba apposita in testamen-  
to per Notarium, præsumuntur posita,  
conformia voluntati ipsius, sequitur  
Alex. cons. 2. volu. 1. ibi, Secundo quia.  
Si igitur verba, & mens testatoris sua-  
dent sensum, quem supra fundauit, nul-  
la est habenda ratio depositionis vnus  
testis, quamuis apertè deponeret pro  
Barone.

Nec est verum, quod testator magis  
dilexerit Baronem in eo, quod ipsum  
solum hæredem instituerit in quodam  
alio testamento prius condito, quia li-  
cet argumentum tale videatur remo-  
tissimum, cum præualere debeat vlti-  
ma dispositio morientis, tamen in fa-  
cto non est verum, ex quo primum tes-  
tamentum conditum à Leonardo Co-  
mo est in anno 1520. vt apparet fol.  
41. à terg. vbi est dies stipulationis, quo  
tempore nō erat natus Magnus Io.  
Vincentius, nec etiam erat in mundo  
tempore codicillorum, qui fuerunt in  
anno 1525. quod patet ex lectura ip-  
sorum, ibi item dico, & declaro, fol. 40.

Ex quibus patet, quod quamuis insti-  
tuerit Baronem prædictum filium Fran-  
cisci fratris, semper tamen substituit Ba-  
roni ipsum Franciscum, cui etiam facit  
aliam substitutionem, si contigerit mo-  
13 ri absque filijs ex corpore, † qui licet  
sint positi in conditione, censentur ta-  
men vocati ex coniecturata mente te-  
statoris, secundum Doct. in l. Lutus. ff.  
de hæres. instit. vt ex hoc videatur, quod  
si alios filios Francisci, & sic ipsum  
Magnificum Ioanem Vincentium dile-  
xit testator, cum non esset natus, quan-  
to fortius præsumendum sit dilexisse  
natum?

Nec poterit Pars prætere, quod  
verbum positum in cap. prælegati, v3  
quod Baro teneretur dare valorem por-  
tionis tam suis cohæredibus, quam filijs  
Pyrri Aloysij, debeat intelligi vniformi-  
14 ter † per l. iam hoc iure, de vulga. &  
pupill. quia hoc procedit, quando non  
est diuersa ratio determinabilium, pro  
vt in casu nostro, quia Io. Vincētius est  
hæres vniuersalis, & sic sua portio est  
virilis, filij autē Pyrri Aloysij sunt par-  
ticulares, & sic istud verbum (Portio)  
non potest pariformiter determinari.  
Ita notat. Angel. in S. hinc nobis in fin.  
de hæred. & falcid. Imol. in l. Caius. ff.  
solue. matrim. & Alexand. consil. 179.  
vñ processu colum. pen. lib. 5. vt ex  
his debeat iudicari in fauorē Magnifici  
Io. Vincentij, quoad valorem integræ  
partis quartæ vna cum fructibus.

Verba posita in cap. prælegati sunt  
clara, quia voluit, dari portionem Ioan.  
Vincentio, vt cohæredi, & hoc verbum  
erat capiendum in potiori significato, l.  
vt cohæredi vniuersali, non vt parti-  
culari, cum quia particularis institutio  
in persona hæredum vniuersalium con-  
15 sistere non poterat, vt fundauit, † tum  
etiam quia verba sunt intelligenda  
in pleniori sensu. ff. si ager. vestiga-  
vel emphy. l. 1. facit glos. in clemen. fin.  
in vers. restituerint, de censib. vbi quod  
verbum (restituerit) intelligendum est de  
plenaria restitutione. Et dixit Bald. in  
l. 1. C. de success. edi. quod verbum  
indif.

indifferenter prolatum, est intelligendum per prius, non per posterius. Et sic in potiori significato, dixit testator, quod daretur valor portionis Io. Vincentio ut cohæredi, est intelligendum, ut cohæredi vniuersali, non particulari. Dixi in alijs allegationibus, quod illa particularis institutio censenda est, ac si non esset appositâ, quia hæredi vniuersali à semetipso legari non poterat. Ergo illud verbum (cohæredibus) intelligendum erat de valida institutione, non de inualida. l. hæc cōditio la 2. ff. de condi. & demon. & ex hoc, quia hoc verbum (cohæredibus) non potest referri, nisi ad vniuersalem institutionem, merito habetur, ac si expresse, & nominatim dixisset de portione tangente Ioannem Vincentium, ut cohæredem vniuersalem. l. 1. & 2. ff. de lib. & posthu.

Iste sensus verborum, postquam apparet legibus comprobatus, non debebat, prout non debet, alia interpretatione indigere; cadit enim declaratio circa dubium sermonem. ff. de testam. l. hæredes palam. §. sed si notam. Et proinde Magnus Gaspar de Leo non poterat declarare verba testamenti, etiam si clarius dixisset, licet dicat, *Per quello, che potte comprendere esso testimonio*. Et in fine suæ depositionis refert se determinationi iuris, quatenus alio modo faciendâ esset interpretatio. Sed quicquid sit, eius depositio in declarando mentem testatoris in nihilo seruit, cum declaratio faciendâ  
 16 † sit à disponentemet, non autem ab alio. Glos. est singul. in l. idem Pomponius scribit in §. fin. ff. de rei vendi. tenet Bart. & alij in l. ita stipulantem. §. 1. de verbor. obligat. nec posset practicari text. in l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de leg. 1. ut declaratio mentis testatoris possit ab hærede fieri; quia isto casu spectaret non minus ad ipsum Io. Vincentium, quam ad Baronem, cum ambo sint hæredes vniuersales, & Baro faceret, prout facit iam, declaratione sibi minus damnosam, ut ex hoc videatur, quod depositio Magnif. Ga-

sparis non debet posse operari plus, quâ si esset opinio Aduocati defendentis Baronem, quæ tantum seruit, quantum videtur iuridica Dominis Iudicantibus.

Superest, ut fundem, quod Magnif. Io. Vincentius debet consequi valorem dictæ integræ quartæ partis super alijs bonis vna cum fructibus, quod videtur de iure indubitatum; postquam ipse Magnificus Io. Vincentius in dictâ petitione fundat suam intentionem, ut cohæres, & ex dispositione testamentaria, & sic egit petitione hæreditatis, per not. in l. veluti, & in l. licet. ff. de petit. hæred. quo fiet, ut si actum sit petitione hæreditatis, fructus augeant hereditatem † C. de peti. hæredit. l. si post. ibi fructibus, & ff. eod. tit. l. item veniunt in §. fructus, & l. sed & si. §. augent in fin. cum l. seq. & dicit glos. not. in §. fructus, quod quamuis sit possessor bonæ fidei ille, qui possidet hæreditatem, nihilominus agenti tenetur restituere fructus, quia ex re eius proueniunt. Allegat. ff. de acquir. rer. domi. l. quæ situm, & fructus prædicti veniunt, † etiam quod non fuerint petiti, quia petendo hæreditatem, videtur petere etiam fructus, ut dixit glo. prædicta. Si igitur Magnus Baro tenebatur dare hoc excambium valoris in alijs bonis dicti testatoris, quæ erant bona stabilia, ut sunt domus, & ex eis Baro percepit pensiones tamquam fructus, tenetur restituere. Text. est in l. ex ancillarum. §. sed & pensiones, dicto ritu. de petitio. hære. Ceterum si velimus tenere, quod Baro fuerit bonæ fidei possessor, & proinde fructus suos fecerit, hoc non est verum, quatenus est effectus locupletior. Est casus in l. 1. C. de petitio. hæredit. & isto casu præsumendum est, quod  
 19 ex eis sit locupletior effectus. † glos. est not. in l. vtrum in vers. consumpsisse. ff. eod. tit. de petitio. hæredit. & dixit ibi Angel. esse summe notandum hoc, quia dabit magnum honorem: sequitur Roy. cons. 24. in vltimis verbis, volum. 1. & ex hoc concludatur, deberi Magnifico Io. Vincentio excambium, & fructus,



maxime quia qualitas Baronis suadet, vt credatur, ipsum non dilapidasse ipsos fructus.

Die 24. Decembris 58. referente Domino Antonio Patigno Regio Consiliario in duabus Aulis, fuit iudicatum in fauorem D. Ioan. Vincentij Comi secundum prædictas Allegationes, quoad valorem quartæ partis tantum, vt fuerat petitum.

#### ADDITIONES.

**A**D num. 17. quod fructus augeant hereditatem, est tex. in l. item veniunt. §. fructus. ff. de petit. hered. & Ioan. Vincent. de Ann. in alleg. 70. num. 45. & 46. qui concordat cum meo Genitore hic.

Et Io. Andr. de Georgio in sua allegat. 24. qui copiose scripsit per totam.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SUMMARIVM.

- 1 *Probata antiquiori possessione, dicitur probatum Spolium.*
- 2 *Fines in antiquis quomodo probentur.*
- 3 *Possessio sequuta declarat verba scripture.*
- 4 *Litis pendentia, & exceptio rei iudicata à pari procedunt.*

#### ALLEGATIO 26.

**I**N materia Spolij, & confiniū in antiquis. Pro Venerabili Monasterio Sancti Seuerini de Neapoli.



Via in facto demonstratum est, optime Venerabile Monasterium Sancti Seuerini possedisse locū, de quo agitur, tempore antiquissimo, & antequam Magnus Hieronymus conuentus cepit indebitè occupare, quod fuit ab annis vigintiseptem citra, sicq;

possessionem Monasterij esse antiquiorem, & Conuenti recentiorè, succedit, fundatam esse intentionem Monasterij circa reintegrationem petitam, † secundū Innoc. in c. sape de resti. spoliat. & Abb. in c. cum ad sedem, de resti. spoliat. penul. car. Et consuluit in his terminis Dec. cons. 57. volum. 1. & Bart. ad quem semper recurritur. ff. vti possid. l. si duo, colu. 2. & idem Deci, cons. 302. 2. colu. nu. 8. Nec seruit Magnifico Hieronymo cōuento, quod præ tendat probasse, locum istum possedisse ab annis sexaginta fere, quia factum perimit talem eius intentionem; postquam discurrendo testes per eum productos, non est vel vnus, qui dicat, eum possedisse ab annis triginta retro. Ex parte vero Monasterij numerus testium decem, & maior, vt in facto reperitur notatum, qui concludunt antiquiorem possessionem Monasterij, & recentiorè Magnifici Conuenti; quod solum sufficit; & ita Sacrum Consilium alias prouidit, in ijs terminis dicit Affl. decis. 363. in 3. dubio.

Et quia maior difficultas, quæ in præfenti causa esse potest, consistit in sciendo, quæ sit illa via antiqua, quam ambæ partes ponunt pro naturali, & certo fine inter territorium Monasterij, & illud ipsius Magnifici Hieronymi. Pro Monasterio adducitur duplex probatio, & illa multum concludens. Et licet dicta possessionis probatio debeat sufficere Monasterio, vt reintegrètur ad locum possessum ab eo, & indebitè ab aduersario detentum, tamen, vt clarius appareat de suo iure, ostendit, territorium Montis Viticellæ, quod est Monasterij ipsius, semper fuisse extensum per terminos in præfenti rubrica descriptos, † & confines in ea contentos terminasse montem prædictum. Et hoc primo per instrumentum antiquissimum declarationis dictorum finium, per quem modum territorij fines verificantur: in specie consuluit Deci. 1. volum. consil. 42. colum. 5. versè. his tamen non obstantibus, & facit decis.

Del.



Delphin. 193. quæ pulchre loquitur, & Afflic. decif. 23. ibi, nam & multis modis, qui fundat, fines probati per possessionem loci; quod absque dubio Monasterium optime verificauit. Et quidem in verificandis finibus sui territorij, Monasterium non indigebat tanta probatione; postquam terminus naturalis, qui est via publica, distinctionem territorij inducit, vt ex his liquidissime iura sua demonstrauerit Monasterium prædictum.

Et licet prætedatur per Magnificum Hieronymum conuentum, quod via, de qua scriptura loquitur, non sit illa, quæ per Monasterium prætenditur, sed longe proximior radicibus montis, nec se tantum extendens, consilium alijs verbis scripturæ eiusdem dicentis, quod via vadit per Efricos, vt ex eo, quod Efrici magis proprie sint iuxta montem ipsū, non possit teneti, viam, quæ à Monasterio prætenditur, esse territorium in dicta scriptura contentum, quia hoc tollitur, præcipue ex probationibus Monasterij, quæ concludunt, viam diuidentem territoria esse illam, quæ fuit occupata, & hodie retinet in parte vestigia viæ, & tales probationes adductæ sunt loci euidencia, & oculus Magnifici Commissarij vidit testes, qui ostenderunt viam, de qua in processu fuerat loquuti, & ne dum testes Monasterij, verum ipsius Magnifici Hieronymi; vltra quod locus ipse suasis, viam publicam transitoriam, & frequentatam ab hominibus pedestribus, equestribus, & cū curribus, non posse aprari in loco, quem designat ipse Magnus Hieronymus, & Efrici, qui nil aliud sunt, quā pars terræ paulo eminentior, apparent iam in extremo dictæ viæ, quam Monasterium deducit; vt ex hoc appareat, & si per scripturam omni fide dignissimam etiam acceptam à Magnifico Conueto, via publica, quæ vadit per Efricos, est terminus territorij, & non est dubium de alio, quam quæ sit ista via, possessio sequuta tollit hoc dubiū, & ¶ declarat verba scripturæ, per nos. in cap. cum dilectus, extra

de consuet. Soccin. conf. 25. ibi decimo probatur, vol. 1. & conf. 145. col. 1. in fi.

Reliquum esset respondere fundamento, quod nititur facere Magnus Hieronymus de processu veteri nouissime producto, tempore quo, attento statu causæ, non erat modo aliquo recipiendus, à quo si dictus Magnus. Aduersarius vult fundare exceptionē rei iudicatæ, tanquam prætendat, eotpe fuisse prouisum in fauorem suorum auctorum de eadem re, & quidem allegari hoc non potest, tum quia sententia non apparet, tum etiam quia postquam de eadem re nõ litigabatur, tunc sequitur, non posse dari litis pendentiam, deficiente rei identitate, & successiue nullæ esse rei iudicatæ exceptionē; quæ à pari procedunt ¶ secundum Bald. lingu. not. in c. 1. ad fin. de contro. feud. apud par. termi. sequitur Ias. conf. 9. vol. 1. col. 3. & in hoc aduertant, rogo, excellentes Domini Iudicantes, quod si sententia, quæ lara prætenditur, prouisus Magnifico Conueto, fuisset producta, & non est credendum, voluisse conseruari processum authenticum absque eo, & substantiam continet; præsertim quia in tali processu nulla apparet cartarum læteratio, aut inordinatus numerus, vt ex hoc cognoscatur, Magnificum Hieronymum ad alium finem non portasse dictū processum, quam cognita iam eius iniustitia, vt vmbra potius afferret causæ.

Cæterum si volet niti probationibus dicti processus, vt aliqua eius possessio coloretur, hoc non indigebit responsis; siquidem non apparet in eo testis, qui loquatur contra Monasterium, vt factū ipsum suadet.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. 1. Quod, probata antiquiori possessione, dicatur probatum spoliū; concordat cum dictis per meum Genitorē hic Bald. in l. 3. vltim. col. C. si a non competente iudice, & Soccin. in l. rem, quæ nobis. quæst. 7. ff. de acquir. poss. concordat Capic. decif. 6. nu. 10. cum præcedentibus.

Ad num. 3. quod possessio sequuta declarat

H 3 ver-

verba scripturæ, vel privilegij, & tollat omne dubium, concordat cum dictis per meum Genitorem hic Vincent. de Franch. decif. 397. num. 12. qui plures allegat. Concordat etiam Vincent. de Ann. in allegat. 120. nu. 7. & in alleg. 52. num. 7. vbi multos allegat, & Aimon. Crauet. conf. 211. nu. 8. vol. 2. Menoch. conf. 75. nu. 56. lib. 1.

Ad nu. 4. circa litis pendentiam, Ad do Confiliarium de Georgio in alleg. 12. num. 4. & 5. vbi disertissime tractat de prouisionibus faciendis, lite pendente in possessorio, quis sit manutenendus. Ipsum videto, quia iuuat.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## SVMMARIVM.

- 1 *Mater quando preferatur Tutori datiuo, aut legitimo.*

## ALLEGATIO 27.

**I**N causa Tutoris datiuī, Matre existente. Pro D. Iulia Piscicella.



Vit quandoq; difficultas, si tacito de Matre hoc ignorāte, prouidetur pupillo de tutore datiuo, si datio talis est nulla, & reuocetur, matre superue-

- 1 niente. † glo. vlti. in fi. in authen. Matri, & Auiz, tenet, quod non sit nulla. Allegat C. de confirm. tuto. l. si vt proponis. contrarium tenuit glos. in l. tutor. si petitus. ff. de tuto. & curat. dot.

Si essemus in mere datiuo, non dubito, quod datio tutelæ erit nulla, quia quodocunque Mater veniet, repellit ipsum, maxime si Matre ignorante, & de ea non sit mentio facta, & etiam poterit sustentari saltem quoad gesta. Sed vt dixi, quando venit legitimus, ruit illa. ff. de tute. & ratio: distra. l. si tutor petitus.

Et hoc posset procedere, quando Matri non est quid imputandum, vt sic nō possit dici negligens, quia data negligentia etiam quatuor mensium, præse-

rentur datiuī. Bart. in auth. Presbyteros C. de Episc. & cler. & in d. l. tutor si petitus.

Prædicta cessabunt, si non sumus in datiuo, sed in legitimo, qui cepit administrare, vidente, & non contradicente, nec aliud petente altero proximiori, qui potuisset primum gradum legitimæ tutelæ obtinere; quia tunc si ille legitimus cepit administrare, & prosequutus est etiam per menses sex, est verus tutor, vt non possit alius sibi anteponi, quia tutorem habenti.

Quando ergo hic Mannus dimisit tutelam in Auiam, vel quia se excusabat, & licet non appareat, non tamen poterat, vel subintravit Auia, & petijt, sibi tanquam proximiori tutelam decerni, expulso Manno. Et licet hoc non appareat, tamen fieri illud non poterat, quia Mannus hoc casu præferebatur Auiz tanquam legitimus, & vigilantior; sequitur, quod decretum tutelæ in personam Auiz (quando illud apparet) non valuit, tanquam fuerit erratum in iure, & in facto.

Non valuit tutela Auiz, ergo Auia persona non legitima non potuit quietare, nec eximere Mannum ab onere, & hoc est clarum.

## SVMMARIVM.

- 1 *Pater presumitur voluisse seruare equalitatem inter filios, & non unum priuignum, & alterum filium facere.*
- 2 *Si pater donauit omnia Feuda primogenito, & secundogenitis distribuit bona burgensatica, non per hoc presumitur voluisse fraudare secundogenitos vita, & militia.*
- 3 *Clausula in assensu (iuribus alienis semper saluis) quid operetur.*
- 4 *Donatio Feudorum facta per patrem primogenito, quando trahatur*

*seat in refutationem.*

5 *Per refutationem quid inducatur.*

6 *Filius, cui refutatio fit, tenetur ad omnia ea, ad quae teneretur, si per mortem Feudum ad eum deueniret.*

7 *Pacta quando alterant refutationis naturam.*

8 *Assensus Regius difformis à contractu non valet.*

9 *Natura vite militiae quae sit.*

10 *Quando donatio dicatur facta in fraudem secundo genitorum.*

11 *Bona feudalia, & bona allodialia sunt duo patrimonia distincta, & de quolibet patrimonio habenda est sua ratio. Immo si pater secundogenito legauit unum ex Feudis cum assensu, non per hoc non debetur secundogenito vita, & militia in alijs Feudis.*

## ALLEGATIO 28.

**A**gitur de vita militia debita secundogenitis. Pro Dominis de Gesualdo.



**M**poni debet perpetuum, silentium Magnifico Fabio Gesualdo, postquam reuocissime Sacrum Consilium iudicauit, deberi vitam, & militiam fratribus,

cum praesertim nil in medium afferatur hodie, quod possit animum Dominorum iudicantium mouere, ut sentiant contrarium eius, quod primo fuit iudicatum.

Suadent mihi hanc opinionem. Primo voluntas Patris, quae nunquam fuit, ut filij hac vita, & militia fraudarentur. Secundo resistentia iuris, dato quod voluisset. Tertio quod Magnificus Fa-

bius facto ipso declarauit velle sequi paternam voluntatem, ut daretur haec vita, & militia.

Quod autem Magnificus Michael sic voluerit, apparet primo. Nam videns, quod ultra Feuda, quae praecipua habiturus erat primogenitus, fuerat consequutus commoditates multas, ostendit in eo, quod potuit velle, secundogenitis consulere. Habuerat enim in anno 1526. D. Fabius titulo paternae donationis bona valoris duc. fere 3000. Legatur quæso haec donatio fol. 639. Expendit dictus Michael, ut recuperaret Castrum Petrae Paganæ, duc. 3000. ut ipse declarat in codicillis, qui legantur, rogo. fol. 13. cuius assertioni, utpote de fraude non suspecti, stari debet. Donauit insuper bona feudalia omnia valoris duc. 60. mil. Quid vterius remanebat Patri? dicemus, quod Magnificus Fabius solus erat filius, certe D. Michael in eo, quod potuit declarauit, nolle, secundogenitos grauari. Nam in recompensam duc. 3000. erogatorum, ut supra legat secundogenitis duc. 2000. in recompensam donationis anni 26. factæ Magnif. Fabio. Legauit secundogenitis quaedam summam, quam ipse fuerat consequutus de dotibus Magnif. Delitij filij, ut ex hoc videatur primo voluntas paterna, & quod non est verum, secundogenitos habuisse tam magnas summas, prout D. Fabius saepissime clamat.

Et ex his ostenditur satis aperta voluntas D. Michaelis, ut filij in distributione bonorum essent æquales, ne possit contra ipsum inuehi, quod pater non debet facere vnum priuignum, & alterum filium, ut not. Angel. in §. illud quoque in authen. de nupt. & alias semper arguit lex ex coniectura voluntatis. ff. de leg. 2. l. cum Pater. S. euietus. Inde dicit not. Bar. in l. si pater, in princ. de donat. quod quando pater permittit, filium stipulari, si quaeratur, an animo donandi, arguetur in hoc ex numero filiorum, & quantitate rei. Allegat text. not. in l. quaesitum. S. sed, & ipse Papinianus, ibi sed facilem induci voluntatis. quaestio de

de fund. In situ. not. etiam Bald. in f. 1. r. not. C. de pact. vbi dicit. notab. verba. Et ista proprie aptari possunt, vt concludatur, † quod quando D. Michael donauit feuda primogenito, an videatur voluisse, quod secundogeniti non haberent vitam militiam. Hoc poterit cognosci ex quantitate facultatum, quæ remanebant vltra feuda, quæ pauca erant, vt ex hoc non sit credendum quod Pater videns, in alijs facultatibus modicum remanere, voluerit, filium primogenitum habere feuda sine onere vitæ militiæ. Ita ex hac modicitate aliarum facultatum arguit not. glos. in d. l. quæsitum. S. idem Papinianus in vers. æstimatedis.

Nec dicatur, quod Magnifici secundogeniti habuerunt per sententiam. Sacri Consilij alias portiones multas, vt sic non possit dici, quod modicæ remanebant aliæ res, quia de hoc Magnus Michael pater nullam poterat habere notitiam, aut credulitatem, quod erant alia, ex quo semper Magnus Fabius negauit ista, & conuictus innumeris probationibus fuit condemnatus vt ex hoc inferatur; quis Iudex credet, quod dictus Michael, qui donauerat in anno 26. Fabio bona multa, ex quibus apparebat iam, fuisse ditatum nimis, voluisset donare feuda exēpta ab onere vitæ militiæ; Vt sic primogenitus haberet omnia, & secundogeniti mendicarent?

Et quod hæc fuerit expressa voluntas D. Michaelis, vt non intelligatur per donationem feudorum ablata vita militia secundogenitis, apertissime demonstratur. Dominus Michael, mortuo Antonio Maria primogenito, ac relictis filiabus, quarum primogenita erat successura, videns, q̄ feuda per hoc exiissent è familia, obtinuit in anno 1536. à Sua Maestate, vt posset de his feudis in masculos disponere, exclusis feminis: postea in anno 1544. condidit testamentum, & in eo particularem heredem sibi instituit D. Fabium in feudibus, & in burgenfaticis omnes, ac in

codem testamento legat vitam militiam secundogenitis; Postea in anno 1549. contemplatione matrimonij donat feuda Magnifico Fabio, cui dubium est, quod ista sequentia recipiunt interpretationem à precedentibus. ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. S. fin. iuncta l. qui filiabus. Facit bonus text. in l. sed Iulianus. S. quod dicitur ad Maced. & in l. cum quis ante finē. C. de natu. lib. quando præsertim hoc onus vitæ militiæ tanquam insitū ipsis feudis videbatur semper inesse.

Nec dicatur, quod Magnus Michael donando postea Feuda videatur reuocasse testamentum, quia hoc nõ potest procedere; postquam idem, quod in testamento prius disposuerat, nunc per donationem continuat, vt sic potius videatur ad supremi iudicij diuisionem præcurrere. ff. famil. hercisc. l. si filia S. si pater. Et ex hoc poterit ad aliud inferri, quod postquam ex dispositione patris in testamento est quæsitum ius filijs, vt non censeantur exclusi à petitione vitæ militiæ, immo dicta donatio censei debet facta; ita vt secundogeniti habeant vitam, & militiam. Aut volumus dicere, quod est refutatio mera, & tunc res est in tuto, vt infra fundat; aut quod est mera donatio, quæ indigebat Regio assensu, prout iam fuit expeditus; & tunc aduertatur ad clausulam † assensus (iuribus alienis semper saluis) per quam apparet, noluisse Regem præiudicare habentibus ius. Sic declarat Luc. de Pen. in l. prædia. col. 1. o. ibi, quarto redeundo, de locat. prædiorum. lib. 1. r. & Andr. in c. si facta. si de feu. fuer. controuers. & alibi sæpissime. Et isto casu, quia Rex confirmado dat, & cum hac qualitate dat, vt nulli fiat præiudicium in iure suo, erat quæsitum ius secundogenitis ex voluntate paterna, & dispositione, quod illis deur vita militia, merito illud remanet saluum.

Prædicta eo fortius procedunt, quando ista donatio, quam fecit Magnus Michael pater, nõ fuerit alienatio; ideo vt videatur voluisse recedere ab eo, q̄

in

in testamento disposuerat, instituendo scilicet D. Fabium particularem heredem in feudis prædictis, † sed fuit mera refutatio, postquam omnia in mera refutatione requisita concurrunt; fit. n. à patre proxime successuro, transfertur dominium, & possessio per constitutum, & nulla apponitur conditio alterans, aut ditensionem inducens. Isti sunt termini noti, de quibus per Andr. in c. & si liuelum de alien. feud. pater. & constit. diu. mem. & pulchre in c. 1. S. sed & res, per quos fiat inuest. nil enim aliud facit refutans, quam iura sua restringere, dicit Camerar. in l. Imperialem. car. 30. col. 3 lit. O. allegat tex. in l. certa. S. si totus, de seruitu. rustico. prædio. & alibi in ead. l. car. 25. col. 2. lit. H. dicit, quod refutare est de medio personam tollere, allegat text. in c. 1. de eo, qui fin. fecit agna. & facere quandam futuræ successionis præuentionem. Sic dicit Loffred. conf. 9. in ultimis verbis, & rogo, vt discurratur consilium illud, quia loquitur in terminis satis proximis casui nostro, in quo D. Michael refutat cum clausula (ex nunc, prout ex tunc, & è contra cum præcarij constitutione) vt ex hoc possit cõcludi, quod si vera erit refutatio, nullo poterit iure D. Fabius excusari, postquam pater noluit in eum nouam facere alienationem, sed illam, quæ futura erat post eius mortem, citius accelerare. † Ex hoc fiet, vt filius, cui refutatio fit, teneatur ad ea omnia, ad quæ tenebatur, si feudum obuenuisset ei per mortem, vt in releuio, & alijs, secundum Andr. in d. S. sed & res, & in assensu interposito clarius declaratum est.

Vt ex prædictis cõcludi possit, quod aut Pater acceptabit, hanc esse refutationem meram, & debet succumbere, aut dicet, nõ esse meram refutationem, stantibus pactis, & conditionibus alterantibus, & tunc dico, quod ad hoc, vt valeat tanquam donatio sic alterata, † erat necessarius assensus, quem in processu non video pro parte D. Fabij presentatum, & merito, nam in aliquo non

prodest, vt supra fundavi, & res erit in tutissimo. Quod autem hæc fuerit donatio conditionata, & habens pacta alterantia, tria principaliter considero.

Primum, quod in ea disponitur, vt masculi tantum succedant, exclusis feminis, quod est alterare, ex quo dat aliam legem, quã ipse habebat de leg. Corra. in cap. profecto, & hoc est principaliter exemplum, quod DD. ponunt inter pacta alterantia refutationem. Nec dicitur, quod in hoc præcedebat dispensatio Imperatoris; quia (rogo, videatur) ex quo dispensat simpliciter, vt extantibus masculis in gradu successibili, feminæ excludantur, etiam quod sint in gradu proximiori, & nil aliud dicit: postea quando D. Michael donat quoad descendentes ex dicto Fabio, pinguius loquitur, quam dispensatio dicat.

Secundum pactum alterans est; quia refertat sibi D. Michael fructus, & introitus omnes, vtile dominium, possessionem, iurisdictionem cum integro statu; & quod hæc reseruatõ alteret, cõtentus ero positus per Loffred. conf. 3.

Tertium est, quia vult dictus Michael quod in omnibus seruetur conuentio alias finita inter patrem, & filium in anno 1536. quæ, rogo, videatur fol. 39. & etiam est fol. 292. quia in ea reperiuntur pacta multa, & in specie, quod dictus Fabius de fructibus feudorum maritet neptes, & eis maritatis, illis fructus ad eum redeant, & hoc modo refutat, seu donat, & nõ aliter, nec alio modo. Quæ dictiones demonstrant, non fuisse alias dictum Michaellem donaturum, secundum Bald. post glõs. in l. si quidem ibi not. glõs. quæ non est alibi. C. de excep.

Si modo videatur assensus, quæ dictus Fabius obtinet super tali refutatione, inuenietur in omnibus prædictis defectiuus, quia de talibus pactis alterantibus, & sine quibus non fuisset aliter dictus Michael donaturus, nulla fit mentio, quo fiet, vt assensus non teneat, postquam ille donauit sub vna lege, † sub qua nõ assensit Rex. vulg. l. cum

re,

te, C. de pact. inter empto. & vendito. & congerit multa ad hoc D. Frisia in 34. quæst. & passim hoc videmus in huiusmodi assensibus seruari; sicq; D. Fabius non potest prætere habere feuda vt refutata, seu valide donata in vita, quin potius vt hæres ex testamento, & vt talis potuisset grauari, & cessat omnis difficultas.

9 Quod si velimus tenere, fuisse refutationem meram, vel donationem valido assensu vallatam, adhuc S. C. bene iudicauit declarando, vitam, & militiam deberi; nam ista vita militia in beneficium filiorum inducta, est in locum illius portionis, quam alias fuissent habituri super feudo, si non viueretur iure Franchorum, & est ad instar paragij. Verba sunt Andr. in repetitio. constitu. Comitibus in princ. & rursus in 2. colu. vt discernatur, quanta sit hæc vita militia, illam paragio assimilat. Quod sequitur Capic. decis. vlti. num. 2. & alibi videmus prouisum per capit. alienationis actus, quod pro vita militia sit executio etiam contra tertium possessorem titulo emptionis.

10 Ex hoc fiet, quod postquam vita militia debetur filio secundogenito ad instar legitimæ, quando pater in fraudem alienat titulo donationis, & reuocatur donatio facta vni ex filiis vsque ad debitum subsidium, tanquam inofficiosa, iuxta terminos l. 1. & l. si totas. C. de inoffic. donat. & de lega. 2. l. Titia. S. Imperator. Et quod hæc donatio censeri debeat facta in fraudem, apparet, quia sunt donata omnia feuda. hic est modus arguendi fraudem, vt docet Andr. in d. S. sed & res, 2. colum. ibi, & dicitur fieri in fraudem, qui allegat tex. in l. omnes. S. Lutus. ff. quæ in fraud. credito. Faciunt posita per Napod. in Consuet. & si testator, in vers. disponere. Et certe si fraus in mundo fuisset excogitanda, isto casu haberi debet pro compertissima. D. Michael vsque feuda (dicat Pars aduersa) quæ alia habebat bona allodialia? certe D. Fabius declarauit in confectioe inuentarij. Quis credet

fraudem abesse, quando pater donat vni filio quicquid habet?

Nec dicatur, quod D. Michael legauit duc. 2000. quia vsque considerationes prædictas, hoc non admissit animum fraudandi; nam si donatio feudorum valida erat, D. Fabius in feudis non erat hæres, & proinde vt hæres grauari non poterat, & potuisset talem solutionem renuere; vnde prouenisset ista Caritas, vt D. Fabius non hæres in feudis, & proinde non grauandus, voluisset soluere duc. 2000. & in eo, quod pater disponit circa vitam militiam, tueri se clypeo donationis? Et aduertatur vterius; nam dictus Fabius instet semper, quod in hæreditate patris bona aliqua non remanserunt præter in inuentario descripta, vt ex hoc magis firmetur inofficiositas allegata.

Et dato, quod alia bona burgenfatica remansissent, de quibus secundogeniti habituri essent partem, adhuc ista portio in allodialibus non minuit, aut infringit ius petendi vitam militiam. Iudicantur enim ista bona feudalia, & allodialia, tanquam duo patrimonia; sicut dicimus in milite, qui habet bona castrensia. & paganica. Ita æquiparat Bal. in cons. 309. incip. Cum essent plures fratres 1. volu. in nouis. per l. si certarum, de milit. testam. Pulchra in hoc ponit Loffred. in tit. Imperator Lothar. in princ. vt sic de quolibet patrimonio de per se habenda sit sua ratio. Non. n. ex hoc, quod pater filium secundogenitum in allodialibus hæredem instituit, videtur voluisse, quod non habeat vitam militiam; immo si de pluribus feudis pater secundogenito vnum cum assensu legaret, non ex hoc videtur voluisse, quod sibi non debeat vita militia in reliquis. Ita refert Affl. fuisse decisum. decis. 137. nu. 4.

Accedat prædictis. nam D. Fabius semper habuit hunc eundem sensum, vt scilicet vita militia deberetur; nam in lite mota per fratres prætendebatur sex, & vltimum illorum erat vita militia: omnibus alijs prætendentijs respondet.

spondet dictus Fabius, & ultimo de vita militia nil dicit. Videatur in processu fol. 11. à terg. immo per discursum totius processus nunquam verbum aliquod apparet, per quod petitio vitæ militiæ impugnetur, adeo quod dicendum est, ipsum ratificasse voluntatem patris facto ipso. ff. ré rat. hab. l. Paulus. Et videtur fecisse in remunerationem præcedētis donationis. ff. mād. l. si vero non remunerandi. S. inde Papinianus: pulchre considerat Curt. Iun. conf. 54.

Ultimo aduertatur, rogo, (ne valeat magis simulata pietas Magnifici Fabij, quā onerosa familia fratrum) & hodie dictus Fabius habet in patrimonio bona excedentia valorem ducatorum centum millium, & omnia ex paterna substantia obuenta: isti fratres, omnibus computatis, habuerunt duc. 10. mil. in circa, adeo quod nulla est proportio, & ex quo apparet, dictum Fabium non posuisse omnia bona burgensatica in inventario, de quibus iam per tot sententias fuit conuictus, si dupliciter omissum, habebit penes se tantum, quod absorbet omnem valorem huius pauperulæ vitæ militiæ.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. 8. quod Assensus non teneat quando ille donauit sub vna lege, sub qua Rex non assensit, quia difformis, vltra allegata per meum Genitorem hic. Vide Io. Vincentium de Anna in alleg. 36. nu. 12. quia sic decum testatur in Regia Camera, & plures allegat, & idem Ann. in alleg. 45. nu. 11. & nu. 16. vbi proprie, quando sub alia lege assentit.

In hac eadem causa Magnifici Fabij Gesualdi, contrarias scripsit allegationes idem Io. Vincent. de Anna in allegat. 23. tenendo non deberi vitam militiam, sed succubuit, vt in fine eiusdem allegationis legitur. Et vide consimilem allegat. mei Genitoris 35. & præsertim nu. 10. & 11. & quæ ibi addidi.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## S Y M M A R I V M.

1 *Assensus non retrotrahitur in præ-*

*iudicium tertij.*

- 2 *Pragmatica Regni an liget exteros Regni, qui eam ignorant.*
- 3 *Restitutio Principis trahitur retro, etiam in præiudicium iuris alteri quaesiti, quādo est per viā iustitiæ.*
- 4 *Sic dicimus in exequutorio Priuilegiarum, quæ veniunt à Curia Regis in hoc Regno.*
- 5 *Dictio (Super) denotat hypothecam.*
- 6 *Legans, quid annuum super Feudo, fundum obligare videtur.*
- 7 *Rei suæ non consistit pignus.*
- 8 *Interpretatio qualibet sumenda, vt actus valeat potius, quam pereat.*
- 9 *Donans incertum, nec dominium, nec possessionem transfert.*
- 10 *Pro annuis introitibus præteritis agitur contra tertium possessorem, qui si exequutionem voluerit euitare, soluit, quod petitur.*
- 11 *Dictio (in omnibus, et per omnia) quid importet.*

## A L L E G A T I O 29.

**A**ssensus non exequutoria- tus infra annum, an reddatur nullus. Pro D. Gasparino de Oria.



Abuerat ex Regia largitione Illustris. Andreas de Oria Principatum Melphiæ, vna cum annuis redditibus ducatorum 6900. necnon & cū alijs ann. introitibus ducat. 3010. super functionibus fiscalibus pro se, & heredi- bus



bus ex corpore, & illis deficientibus, pro eo, quem nominauerit. hæc sunt verba concessionis (Deinde virtute potestatis prædictæ nominandi, in anno 1533. die 25. Iunij nominat hæredem Illustris. Marcum Antonium.)

Super hac nominatione expeditur assensus die 24. Septembris 33. fol. 43.

Et quia talis simplex nominatio hæredis certo modo nõ placuit eidem Illustris. nominanti, qui timebat, ne traheretur ad vniuersalem institutionem, de mense Octobris eiusdem anni disponit alio modo in eundem Illustris. Marcum Antonium, & eidem statum donat irrevocabiliter inter viuos, est fol. 83. reseruatõ tamen sibi vsufructu.

Antequam super hac noua dispositione fuisset impetratus assensus, idem Illustris. Andreas die 20. Maij 1534. donat Magnifico Gasparrino ann. duc. 200. sua vita durante, per hæc verba. *Donamus du, 200, annuos per eum, dum vixerit, super redditibus, & introitibus Principatus nostri Melphie, iuxta morem in Regno Neapolitano super solutione prouentuum, & introituum foculariorum obseruatum, annis singulis percipiendos: est donatio fol. 6.*

Super hac expeditur assensus Regius die 20. Aprilis 2535. fol. 7.

Post hunc assensum, reperitur expeditus assensus super illa secunda donatione facta dicto Illustris. Marco Antonio sub die 7. Maij 1535.

Et sic apparet, assensum Gasparrini esse anteriorem in expeditione,

Est verum, quod neuter istorum assensuum fuerat executoriatus infra annum hic Neap. iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, sed postea, viuente eodem Illustris. Andrea, executoriatur hoc modo: obtinet supracartam Illustris. Marcus Antonius die 6. Aprilis 1558. & postea fit executoria die 27. Maij 58. est fol. 36.

Gasparrinus autem expediri facit suam executoriã virtute supracartæ die 28. Augusti 58. & sic posteriori tempore.

Dum vixit dictus Illustris. Andreas, Gasparrinus de summa donata habuit aliquas responsiones, remanet tamen consequi magnam summam, quam petit hodie.

Aduertendum tamen, quod de redditu debito post mortem dicti Illustris. Andree, non est quæstio; sed libere soluit hodie Illustris. Marcus Antonius, petit itaq; summam debitam pro præterito, & agit Gasparrinus actione reali hypothecaria super introitibus, super quibus facta erat donatio, nec non & personali contra eundem.

Quod realis non competat, obiicitur de defectu assensus, quod licet fuerit expeditus pro Gasparrino, quia tamen infra annum non fuit Neap. executoriatus, redditur nullus, & licet Rex indulgeat, posse executoriari, hoc non potest retrahi ad diem assensus in præiudicium Illustris. Marci Antonij, cui per validum assensum erat ius quæsitum, ex reg. omnium, quod assensus non retrahitur in præiudicium tertij. † Not. Moder. in cap. Imperialem, allegant ff. commu. prædio. l. fin.

Pro ista difficultate tollenda, aduerto, quod de iure communi sufficiebat p. valida obligatione bonorum feudaliũ, habere domini assensum, in tit. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in c. Imperialem: hoc est, quod debebat scire Gasparrinus. C. de legib. l. leges sacratissimæ. Pragmaticam nouam, quæ corrigi, legem, Gasparrinus exterus Regni, in quo facta est Pragmatica, † quæ nec fuit impressa, probabiliter ignorauit, per tex. in c. 1. de postulatio. prælato. quem allegat Abb. in cons. 35. facti contingentiã, vol. 1. Immo hæc Pragm. exteros Regni non ligabat, secundum Andr. & Moderniores in Consti. homines extra Regnum. Not. Modern. in l. omnes Populi, de iust. & iur. & Felinate in c. 2. de Constitutio. vbi dicit, quod postquam lex adiuuat hanc præsumptã ignorantiam in extero Regni, probabitur solo iuramento.

Gasparrinus exterus Regni, & miles, quo-



quomodo potuit scire hanc Pragmaticam, si Illustris. Marcus Antonius habitans in Regno per longos annos, habensq; copiam Peritorum, & versatus maxime in forensibus negotijs, illam ignoravit? quando per paucos dies ante obtinuerit suâ supracartam? & hoc faciet, ut ignorantia, quam allegat Gasparinus, non fuerit crassa, vel supina, sed verisimilis, immo vera.

Hanc ignorantiam Gasparini sensit Rex, dum in supracarta dicit hæc verba. *Por no saber los ritos del Reyno: Et proinde iubet exequi. assi como si dentro del año si presentara, y executara.* hoc, quod Rex fecit, processit ex iustitia, per supradicta, & ideo trahetur hæc restitutio, etiam in præiudicium iuris alteri quæsitæ † Andr. in cap. 1. in fi. in Addit. de vassall. decrep. etat. tenet Ias. & omnes in l. Gallus. S. & quid sit tantum, de liber. & posthu. fuit hæc restitutio in integrum ex causa iusta, scilicet ignorantia, & ideo in primum statum reponit. ff. de minor. l. quod si minor. S. restitui. Rex per suas literas nihil aliud fecit, nisi quia tollit obstaculum lapsus anni, quod potuit etiam in præiudicium iuris alteri quæsitæ. ff. de natal. restit. l. quæris. Hæc media, & alia fortiora fuerunt tractata, & placuerunt Dominis Iudicibus, dum fuit quæstio inter Dominos Regentes de præcedentia, † tēpore, quo Albertinus quon. Regens e Curia Regis venit Neap. & prætendebat velle præcedere, & opponebatur de exequutorio prius expedito in aliorum persona: hoc non obstante, obtinuit. Videantur allegationes super hac causa collectæ in opere D. Friciæ, lib. 2. car. mihi 97. Non enim impetrauit assensum Gasparinus de nouo, sed primum, qui debilitatus erat, resciri procurauit, & proinde ad principium trahi debet hæc refectio. Sic dicamus in resciciente molendinum, secundum Rip. & alios ff. de flumi. l. quo minus; ut ex prædictis concludi possit, assensum Gasparini tanquam anteriorem debere præferri.

Obijcit secundo Pars, verba dona-

tionis factæ Gasparino non inducere obligationem fructuum, & proinde vel quod sit assensus, vel quod non sit, parum prodest; cōsilia forte his, quæ not. Corn. 1. vol. cons. 296. ex natura dictionis (Super) † quam dicit æquiuocam: ex quo fiet, quod cum possit dominium importare, non trahetur ad sensum hypothecæ, quod (meo tamen iudicio) in aliquo penitus non obstat. Est .n. regula pro Gasparino, quod postquam Illustris. Andreas donat super fructibus certam summam, videtur fructus pro illa summa obligare. Ita in specie Bart. tenet in l. fundus quem. ff. de ann. lega. † vbi si quis leget Titio certum quid annuum super fundo, videtur fundum obligare. Idem tenet in l. codicillis. S. instituto, de leg. 2. sequitur Alex. in l. rescriptum. S. si pacto in fi. ff. de pact. Eandem opinionem tenet Bal. in l. 1. col. 1. vers. no. hic de dictione C. communia de legat. hanc eandem opinionem tenet Negusant. in tract. pigno. 4. memb. secundæ partis princ. versus fin. ibi, vigesimustertius casus; qui allegando Bart. in l. Lucius, de alim. & ciba. lega. cōcludit satis optime, & videatur, quod eo ipso, quod pro consecutione rei, quæ donatur, vel promittitur, designatur certus locus, censetur inducta hypotheca illius loci, & respondet tenentibus, hoc procedere solum favore alimentorum, quod ipse impugnat. Eandem opinionem tenet Hieronymus Gigas in tract. de pensio. q. 51. vbi post relatatas omnium opiniones, ex vi dictionis (Super) tenet præcedentem opinionem, ibi, quid tenendum nu. 17.

Nec me mouet, quod posset allegari ex dicto cons. Cornici 296. Primo, quia cons. illud allegatur à Negusant. & alijs pro dicta opinione; & iam dicit ipse, dictionem (Super) importare hypothecam, sed quia ipse consulebat super quadam datione in solutum facta sorori per fratres ex causa dotalis debiti, fundat, quod illa res in solutum data non poterat remanere ulterius hypothecata. Hoc pro credit, licet ipse non dicat, quia repugnat

I

natura

natura contractus, per quem, sequuta traditione, translatum erat dominium, & rei suæ non consistit pignus, de reg. iur. l. neq; pignus. l. sed quando non est facta traditio, vel missio in possessione præstationis annuæ, quæ datur, non potest considerari hæc repugnantia.

- 7 † & rei suæ non consistit pignus, de reg. iur. l. neq; pignus. l. sed quando non est facta traditio, vel missio in possessione præstationis annuæ, quæ datur, non potest considerari hæc repugnantia.
- 8 Prædicta adiuantur. † Nam omnis interpretatio sumenda est, ex qua actus valeat, non pereat, iuribus vulgaribus, Si tenemus, quod pignus nõ est contractum, Ego quero, ista donatio quid operabitur in fauorem Gasparini? certe nihil, respectiue ad ipsam rem, ex quo donans nil certum dat, † ergo dominium non transfert, quia nec possessionem, vt in specie tenet Bart. & post eum cæteri in l. 3. §. incertam. de acqui. poss. etiam quod se præcario cõstituerit possidere, vt ibidem tenet Bart. & totum operatur incertitudo. Si dicamus, quod nec hypotheca operabitur, ruet dispositio, quod non est dicendum; & sic tenendo sensum, quem pars dat allegatis per Corneum, hoc verbum in casu nostro non erit æquiuocum; immo aliud importare non poterit, quã hypothecam. Præterea casus noster videtur in specie decisus per Bart. in l. fundus, quem. vbi apparet titulus habilis ad translationem dominij, qui est legatum. ff. de furtis. l. à Titio. Et tamen, quãdo fit rei legatæ particularis designatio, sed cõsequutio facienda est super integrare, inducitur obligatio rei.

- Postquam apparet ex prædictis, annuos introitus functionum fiscalium, seu per quibus facta est donatio, esse obligatos pro illorum cõsequutione, etiam quod illi reperiatur penes Illustr. Marcum Antonium tertium possessorem, Gasparinus habet fundatam intentionem, vt redditus non solutos consequi possit actione hypothecaria intentata per tex. in l. Imperatores, de publica. & in l. fin. C. sine censu, vel reliquis. ff. de usufru. l. hætenus. Ita in casu nostro firmat Negusan. in loco superius allegato, qui allegat etiam Guid. Pap. decis. 432. ad fi. Faciunt optime iura, & decisiones collatae per Affl. decis. 95. & latius fundat

idem Affl. in c. 1. §. sed nec alia iustior, quæ sit prima caus. benef. amitt. Non enim potest directe teneri actione personali dictus Illustr. Princeps, sed per indirectum, quia ager creditor actione reali, & si voluerit euitare executionem rei, soluet quod petitur, vt considerane prædicti Docto. vt possit ex prædictis concludi, Gasparino pro debito præterito debere consignari introitus fiscalium functionum, detinendos loco pignoris, quousque satisfactum sibi fuerit, postquam suæ petitioni nil repugnat.

Aduertatur intentio Magnifici Gasparini ex alio. Nam postquam Illustr. Andreas donauerat statum, reseruato tamen usufructu, quod fuerat in anno 33. de mense Augusti anni 34. reuocat reservationem, quoad introitus status, videlicet duc. 7000. & illos donat Illustr. Principi moderno, firma tamen remanente reservatione quoad usumfructum duc. 3000. functionum fiscalium, & in eodem contractu asserit donasse de dictis fructibus reseruatis, quatuor personis, inter quas erat Gasparinus, promittitque Illustr. Marcus Antonius illis soluere iuxta formam suarum cautelarum, & illas in omnibus, & per omnia obseruare. Ex hoc fiet, vt actione personali obligatus sit. Et licet ipse acceptet velle soluere à tempore mortis dicti Illustr. Andree, hoc tamen nullam recipit dubitationem, sed ex quo promittit obseruare donationes in omnibus, & per omnia, debet teneri ad omne illud, ad quod fuisset obligatus donator ex natura huius verbi (in omnibus, & per omnia) † Facit text. in l. 2. in verbo furiosus. ff. de iur. codicill. not. las. in l. 1. nu. 20. de leg. 1.

Hic assensus debet videri bonus Dominis Iudicantibus; postquam in eodem contractu, in quo dictus Illustr. Andreas donat ducat. 7000. quos reseruauerat idem Illustris. Princeps, promittit soluere donatarijs. Ex quo fiet, quod causa præcedentis donationis, actus sequens late, & benigne interpretandus est. ff. manda. l. si vero non remunerandi. §. idem Papinianus. Et tractatur

Statutur de donatione facta familiari optime merito à teneris annis, qui ætatem consumpsit pro seruitio dicti Illustriss. Andree.

ADDITIONES.

**A**D num. 5. quod hæc dictio (Super) importet hypothecam, vltra allegata per meum Genitorem hic, Vide Vincentium de Ann. in alleg. 101. num. 7. & 8. vbi alij enumerantur, & hæc est communis opinio, vt ibi. Vide etiam Boer. decis. 66. Ripam in l. 1. colum. 2. num. 5. ff. de Priuileg. qui omnes concordant. Vide etiam eundem Io. Vincentium de Anna in alleg. 104. num. 16. & 17. vbi concordat, quod hæc dictio (Super) importat ius reale, & alios allegat.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

SUMMARIVM.

- 1 Verba precantia, rogantia, vel consiliatiua, inducunt fideicommissum.
- 2 Onus in dubio censetur iniunctum contemplatione legati, & non potest legatarius habere legatum sine illo onere, quia respectiue censetur factum legatum.
- 3 Ex coniecturis dicitur euidens testatoris voluntas.
- 4 In dubio censetur onus iniunctum contemplatione legati.
- 5 Arbitrium alicui datum quid operetur.
- 6 Qui acceptat legatum, tenetur adimplere onus.
- 7 Taciturnitas quando inducat consensum.
- 8 Bona prohibita alienari extra familiam, si alienentur, quid fiet.
- 9 Consensus tacitus idem operatur, quod expressus.

- 10 Constitutum nõ operatur in contractu nullo.
- 11 Quando prohibita est alienatio, potest quis in cuius fauorem facta est prohibitio, propria auctoritate rem auocare.
- 12 Qui acceptauit legatum, cogitur onus implere.
- 13 Etiam quod sit grauatus in re propria.
- 14 Fauorabilis est voluntas, per quã inducitur bonorum conseruatio in cippo, seu familia.
- 15 Fideicommissarius quando possit propria auctoritate rem capere fideicommissio subiectam.
- 16 Testator potest facere fideicommissum, etiam in re aliena.
- 17 Fideicommissum, vt bona conseruentur in familia, non trahitur ad feminas, in quibus familia extinguitur, cum femina transeat in alienam familiam.

ALLEGATIO 30.

**D**E fideicommissio in familia. Pro D. Ioan. Baptista Brancia.



**I**N causa Magnifici Ioan. Baptiste Brancie conuenti contra Magnificum Ioan. Carolum Brancium actorem, quia dubium vertitur, an in domino, de qua agitur, quond. Magnifici Berardini Brancie sita in Ciuitate Surrenti sit inductum fideicommissum, ita vt ipse Magnus Io. Baptista absolui debeat: subiiciam verba testatoris, ex quibus sumitur fideicommissum.

Item

*Item acciòche la Casa mia di Surrento con lo giardino habbia ad essere sempre di Casa Brancia, voglio, ne che per heredi miei, ne per altri loro descendenti, & successuri si possa in nullo modo vendere, dare in dote, ò vero alienarla per qualsiuoglia causa, ma che detta casa da grado in grado si venga à possedere dallo più propinquo di Casa Brancia predetta, & questo quando Abbate Mariano mio fratello per amor mio si cõtenterà per la mittà sua, si come mi persuado, e tengomi per fermo, ne restarà cõtento, & se renderà conforme alla volontà mia.*

Ex prædictis verbis testatoris non est dubium, fuisse grauatum Abbatem Marianum à prædicto Magnifico Berardino, vt consentiret fideicommissum, dū testator dicit. *Et questo, quando Abbate Mariano mio fratello per amor mio se cõtenterà per la mittà sua.* Ponderanda est enim illa dicitio (*per amor mio*) ex qua denotatur affectio testatoris, vt Abbas Marianus consentiat. Quod corroboretur ex subscriptis verbis geminatis, videlicet *si come mi persuado, e tengomi per fermo, ne restarà contento, & se renderà conforme alla volontà mia,* quæ verba omnino demonstrant voluntatem testatoris ad inducendum fideicommissum, quod ex sola voluntate testatoris inducitur. l. pen. ff. de leg. 1. cum proponeretur de leg. 2. quod probatur expresse in l. etiam hoc modo. ff. de leg. 1. vbi deciditur, quod per hæc verba (cupio, vt des, credo, te daturum) fideicommissum est, & in l. & eo modo, eod. tit. vbi illa verba (Scio, hæreditatem meam te restitutum Titio) inducunt fideicommissum, in l. codicillis. S. matre. ff. de leg. 2. vbi verba (habet filios sororum tuarum, quibus relinquant) inducunt fideicommissum. Hinc est, quod etiam verba, quæ magis sapiunt consilium, quam necessitatem relinquendi, inducunt fideicommissum; vt puta (Te fili rogo, vt prædia, quæ ad te peruenierunt, pro tua diligentia diligas, & curam illorum agas, vt possint ad filios tuos puenire)

fideicommissum continent. l. fideicommissa. S. hæc verba. ff. de leg. 3.

Et verba hæc testatoris etiam in tertiam personam prolata, vt puta, non dubitare se, quæcunque vxor eius hæres instituta accepisset, filijs suis restitutam, pro fideicommissum accipiendam esse. l. vnum ex familia. S. fin. ff. de leg. 2. maxime ne honor bene transacti fraterni vinculi, & affectio, ac fides communis agnationis decipiat Magnificum Berardinum fratrem, vt ex eod. tex. colligitur, & expresse est tex. in l. Pamphilo. ff. de leg. 3. iuxta glos. in l. defuncti, quæ notabiliter ad propositum dicit, quod ideo testator nõ grauauit expresse, quia plurimum confidebat grauato: tanto magis cum sit verificatum, Abbatem Marianum fratrem minorem natu magno amore, ac summa reuerentia, & obseruatiã affectum semper fuisse erga Magnificum Berardinum virum, certe alioquin probum, & summæ auctoritatis, vt est in memoria omnium. Immo ex hoc solo censetur consensisse, per text. not. in l. si seruus communis. ff. de dona. inter vir. & vxo. & not. DD. in l. quæ dotis. ff. sol. matrim. not. opt. Felin. in c. nouem extr. de præsumpt. in 4. col. nu. 34. qui poterit videri.

Fuit ergo grauatus Abb. Marianus consentire fideicommissum, & pro hoc grauamine fuit honoratus satis, ac super; nam legauit sibi annuos duc. 72. soluendos sibi ex gabella piscium in Ciuitate Neap. in duc. 6. singulis mensibus; legauit vsu habitationis partis domus, de qua agitur, legauit vsu fructuum possessionum, quas habebat testator in Ciuitate Surrenti, quarum fructus, probatum est, ascendisse annis singulis ad duc. 300. deinde immediate sequitur fideicommissum domus, de qua agitur. Et post hoc fideicommissum, immediate legauit idem testator prædicto Abbati Mariano domum, quam in Ciuitate Neap. habebat in loco, vbi dicitur *alla Cona delli Fiorètini*, vt de medietate posset ad libitum Abbas disponere, pro alia medietate esset vsufructuarius.

Cui

Cui ergo dubium esse debeat, prædicta legata fuisse relicta contemplatione fideicommissi iniuncti Abbati [Mariano, vt consentiret vinculationi domus] tum quia continuata, & coniuncta scriptura sunt facta legata, & fideicommissum prædictum, vt in simili considerat text. in l. fin. ff. de reb. dub. ibi, & coniuncta scriptura ita cauerat.

- Et in proprijs terminis decidit Dec. in cons. 336. nu. 2. ibi. cum enim in continenti, &c. & ibi, ergo viderur; quod tale fideicommissum sit factum respectiue, &c. Qui, rogo, vt videatur, tum etiam quia post fideicommissum iniunctum legauit medietatem domus sitæ in Ciuitate Neap. vt de illa posset disponere, † nil aliud inferre volens, nisi, quia grauauit Abbatem, vt non posset alienare medietatem domus Surrentinæ, releuauit ipsum, vt posset alienare medietatem domus sitæ Neap. Ex coniecturis † enim dicitur euidentis testatoris voluntas d. l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. vbi optimus text. ad propositum, & l. licet Imperator. ff. de leg. 1.
- 4 Et † quod onus etiam in dubio censetur iniunctum contemplatione legati, est text. clarus in l. Nefennius, cum l. seq. ff. de excus. tuto. vbi si fuit factum legatum, & fuit legatarius relictus tutor pupillo testatoris, siue præcedat legatum, siue sequatur, censetur contemplatione tutelæ relictum; ita vt non possit habere legatum, & se excusare à tutela. Immo fortius dicit ille text. quod etiam si ex interuallo fuit factum legatum, puta in testamento, & codicillis relictus tutor, adhuc vnum censetur contemplatione alterius relictum, qui tex. concludit tanto magis in casu, de quo agitur, vbi coniuncta scriptura vtrumque legatum est factum, & prædictus tex. in d. l. Nefennius, cum l. seq. licet in tutela loquatur, tamen intelligitur etiã in alijs dispositionibus, quia eadem est ratio, prout illum text. allegat Bar. in l. 1. col. 2. nu. 7. vers. aduertendum. ff. de leg. 2. & Alber. in l. si cui legatum. ff. de condit. & demonstr. circa

princ. vers. cōtemplatione in dubio præsumpta, & allegat d. l. sed hoc nimum, quæ immediate sequitur d. l. Nefennius ff. de excus. tuto. & norab. text. in l. eum te donatam. C. de fideicom. libert.

Accedit prædictis, quia etiam si, testator fecisset dispositionem prohibendam, domum alienari, & deinde dixisset, (si Abbas Marianus fuerit contentus) & ulterius non prorupisset in alia verba, certe adhuc Abb. Marianus consentire tenebatur. Nam prædicta verba (si contentus fuerit) intelliguntur arbitrio boni viri. † Casus est in l. si sic. ff. de leg. 1. ibi, si comprobauerit, & in l. Thais. S. sororem, ibi, si autem tibi placuerit. ff. de fideicom. liber. Et in l. fideicommissa in vers. cæterum, ibi, nam & ita relictum, si voluntatem meam probaueris, eod. tit. Ergo quilibet bonus vir arbitratus esset, prædictum Abbatem consentire debere, & consequenter Magnificum Fabricium consentire debuisset eius hæredem, stantibus prædictis legatis dispositis, tam immediate ante fideicommissum, quam immediate postquam agnouit, & gauisus est eis præfatus Abbas Marianus, & modo prædicto Fabricio agenti ad domum, & consequenter donatario, qui eius loco venit, obstaret exceptio doli iurib. vulga:

- Sed præfatus Abbas Marianus post mortem testatoris vidit testamentum, quod fuit eo præfente apertum, & lectum, vt est probatum, & consequutus est legata tam annuorum duc. 72. quæ habitationis domus, & percepit vsum fructum omnium possessionum testatoris, vt est in facto verificatum. Item vendidit medietatem domus sitæ *alla Cona delli Fiorentini*; ergo nulli est dubium, quod consenserit fideicommisso, † cuius contemplatione fuerunt facta prædicta legata; vt est casus in l. à filio hærede. ff. de alim. lega. in princip. & in l. cum vnus. ff. eod. tit. vbi etiam hæres grauati tenetur ad idem, prout Magnificus Fabricius Brancia fuit hæres Abbatis Mariani, vt ipse Magnificus Ioan.



Carolus in p̄cessu produxit, & in auth. de hered. & fal. in §. his igitur à nobis, not. (D. in d. l. i. ff. de leg. 2. & ibi optime Paul. de Castr. in 2. col. nu. 5. ibi itē tacite si erat aliquid sibi relictum &c. Nec quod erat frater testatoris Abbas Marianus, cēsentur legata relicta propter consanguinitatem; tum quia plura sunt legata relicta; tum quia continuata scriptura cum onere iniuncto, tum etiam quia videtur dedisse consimilem domum in libera dispositione, propter iniunctam prohibitionem alienationis in domo Surrentina; vt non obstat rex. in l. tutor petitus. §. 1. ff. de excus. tuto. qui etiam loquitur in legato facto filio, & non in legato facto fratri. l. cum ratio. ff. de bon. dam. quæ legata & si non essent correspondentia in quantitate cum onere iniuncto, prout longe excedunt illud, tamen acceptando legata teneretur adimplere onus, vt dictis iuribus; & est casus in l. si cui legatum. ff. de condi. & demonstr. vbi si fuit factum legatum pecuniæ patri, vt emanciparet filium, cuius patria potestas est inestimabilis. l. filius familias. §. secundum vulgarem. ff. de leg. 1. Et tamen acceptando legatum, tenetur emancipare, quæ procedunt tanto magis, quia Abb. Marianus iam est probatum, quod tam in vita, quam in morte semper seruauit voluntatem Magnifici Bernardini, & illi se conformem reddidit, & facile onus fuit prohibere alienationem domus, vt in familia permaneret; maxime quia Abb. Marianus erat diues. Sic videmus, quod taciturnitas cum aliquo actu positiuo etiam in contractibus

7 † præiudicialibus inducit consensum. l. si filius familias. ff. de Macedon. & pulchre notat. Imol. in Cap. cum M. Ferrariensis num. 40. circa medium, extra de Constit. not. Felin. in d. c. non ne nu. 16. extra de præsumpt. qui, rogo, videatur.

8 Nec obstat text. in l. si quis inquilinos §. 1. qui ex aduerso † allegatur, q̄ pro parte domus, quæ cōtingebat Abbati Mariano, valeat alienatio facta à quond. Magnifico Fabricio Brancia.

Magnifico Io. Carolo Brancacio; nam ille text. non habet locum in casu, de quo agitur, in quo fuit expresse prohibita alienatio per quond. Magnificum Berardinū, & solum requirebatur consensus Abbatis Mariani; ad hoc vt prohibitio alienationis valuisset pro parte, quam ipse habebat, qui fuit grauatus consentire, vt supra fundatum est, & ex alijs capitibus iam demonstratum est, consensisse, & acceptando legata correspectiue facta pro consensu prædicto, iam consensit, vt clare fundatum est. Quo casu ipse videtur alienationē prohibuisse, vt est tex. in l. pater. §. fin. ff. de manumiss. vindict. vbi est casus notab. ad propositum. notat Bar. in cons. 41. 3. vol. col. 7. in princ.

Secundo respōdetur, quod prædicta opinio Doctorum, dum allegant text. in d. l. si quis inquilinos, non videtur iure subsistere, quia in contrarium est tex. apertus in l. si quis ita. §. quod constitutum. ff. de manumiss. test. cui non datur congruum responsum. Ita not. Io. Crotus in l. filius familias. §. Diui, num. 40. ff. de leg. 1. licet prædicti DD. qui tenent valere alienationem, omnes teneant, fideicommissum tenere respectu æstimationis rei.

Nec obstat, quod ex aduerso dicitur, quod Abb. Marianus debuisset expresse consentire, dum præsupponitur, fideicommissum fuisse conditionale, per illa verba. *Et questo quando Abbate Mariano mio fratello se ne contenterà.* † quæ debet impleri in forma specifica, vulgatis iuribus; nam respondetur, quod accipiēdo legata facta propter dictum cōsensum, ad quem erat grauatus, iam vere consensit; nam taciti, & expressi eadem est virtus. l. cum quid. ff. si cert. petat. cum simil. & in specie, quod consensus tacitus sit proprie consensus, late comprobat Hierony. Cagnol. in l. semper, qui non prohibet. ff. de reg. iur. nu. 7. 8. 9. Quinimmo ex facto maior est cōsentus, quam qui verbis declaratur, l. reprehēdenda. C. de instit. & substitu. cap. cum dilecti de appellat. & ibi hoc not.

not. Abb. nam sæpe homines proferunt verba contra eorum intentionē, & not. Ias. in d. l. reprehendenda, num. 7. & in vers. comprobasti, vbi est tex. clarus de hoc.

Nec obstat id, quod dicitur, quod possessio non potuit capi propria autoritate à Magnif. Io. Baptista; nam hoc nihil est, si quidem instructus est processus in petitorio, & omnia iura vtriusque partis sunt deducta, nec aliqua facta est suspensio petitorij, & proinde causa petitorij absorbet causam possessorij. c. pastoralis, de cau. poss. & proprie.

Secundo respōdetur, quod possessio, quæ præten ditur esse Magnifici Io. Caroli Brancacij, nulla est, nisi ea præten ditur transacta per constitutum adie ctum in donatione contracta per Magnificum Fabricium Branciam, quod nihil potuit operari, ¶ frante nullitate donationis, propter expressā prohibiti onem de non alienando. l. cum pater. S. libertis. ff. de leg. 2. & ibi not. glos. & DD. quia, existente nullo contractu principali, constitutum nullum est, nec ex eo translata fuit possessio. l. 1. S. si vir. ff. de acquir. & ibi omnes DD. maxime Alexan. & est communis opinio, vt per Tiraqu. in tracta. de constit. car. 84. nu. 40. Et proinde omnino discutienda est validitas dicti contractus donationis. Prætermitto id, quod notant DD. in d. l. filius familias. S. Diui, & ibi Ias. num. 43. car. 146. vbi pro maiori parte vi dentur concludere, quando res est ex presse prohibita alienari, is, in cuius fa uorem alienatio prohibita est, potest propria autoritate rem auocare.

Ex quibus omnibus proculdubio fi deicommissum, quod domus non potuerit alienari, videtur sortiri effectum, & pro inde absolui debet Magnificus Io. Ba ptista. Addendo etiam, quod per verba adiecta in testamento quon. Berardi ni Brancie domus, de qua agitur, sub iecta fuerit fideicommissum, vt sic bene fundet suam intentionem hodie Ma gnificus Io. Baptista: verba enim dicti testamenti directa ad Abbatem Maria-

num sapiunt fideicommissum. ff. de fi deicommiss. liber. 1. rogo. Et postquam sola difficultas videbatur consistere, si testator potuit fideicommittere in re alterius, domino rei non se contentante, hic feruntur legata per Berardinum Mariano fratri, quæ non solum videtur relicta respectiue ad fideicommissum, vt bene fundatum est supra, sed operatur, vt postquam Abb. Marianus illa acceptauit, & habuit, nedum videtur consensisse fideicommissum, sed quando noluisse, expresse potuisset à fidei commissarijs cogi. Hic est tex. ¶ formalis dicti tit. de fideicommiss. liber. 1. hærede instituto. S. uxori, ad quod etiam facit l. si ea, cuius filium. C. ad l. Fal. & c. de fideicommiss. liber. 1. deberi. quæ iura suadent, quod grauatus in re propria, si honoratur in testamēto à grauante, & honorem acceptat, potest cogi etiã renuens voluntatem defuncti comple re; quod procederet, etiam si grauamen maius esset honore, si tamen honor fuit acceptatus; tanti enim æstimauit sibi grauamen legatarius, dicit text. ff. ad l. Falcid. l. sed si non seruus in princ. effect quidem repellendus Abb. Marianus, si viueret hodie, & recusaret acquiescere fideicommissum, repellendus exceptio ne doli mali, postquam legata sibi relicta acceptauit. ff. de leg. 2. l. cum pater. S. qui dotale, & postquam per ac ceptionē legatorū inducta est quies, & contentamentum, vt vtar verbis te stamenti ipsius Abbatis Mariani, dissen sus, qui forte posset prætendi sequutus, licet nullus prætendi possit, in nullo obstat. Sic probat text. ff. de leg. 3. l. fi deicommissa. S. si sic. Et licet prædicta suadeantur casu legum, adiuuat tamen regula iuris, quod postquam Berardi nus honorabat fratrem, ¶ poterat illū in suis bonis fideicommissum grauare, de lega. 3. l. sed & si sic fideicommissum, in fin. & l. si legatarius, & l. 1. S. sciendum est autem eod. tit. & C. de fideicommiss. l. ab eo: & ne dū poterit grauari in re, qua honoratur, verum in propria ipsius honorati, vt in d. l. hærede instituto. S. uxori.



uxori. consideravit .n. lex, aliquem non grauari absque commodo.

Ceterum si prædicta omnia circum- scriberentur, & vellet teneri fideicom- missum, de quo agitur, quasi conditio- nale. d. l. fideicommissa. §. si sic, & non purificatum, non sequitur voluntate Abbatis Mariani, adhuc videtur suffi- cere, quod expresse non fuisset refraga- tus. Casus est in l. cum proponas. C. de fideicom. liber. & in l. Lutus Titius testamento facto. ff. eod. tit. quæ iura lo- quuntur per eandem verba posita in testamento, de quo agitur, & fauor, qui posset prætendi libertatum inducere decisionem dictarum legum, non obsta- bit Magnifico Io. Baptista, ex quo non fundatur in specialitate aliqua; immo ratio videtur expressa, quæ est legatorum acceptatio: & si fauorem attendamus; 14 quæ res erit favorabilior, & tali volun- tate conseruante bona in cippo, & fami- lia. ff. de ven. inspici. l. 1. §. quamuis, & §. publice. Socc. 1. vol. conf. 30. colu. 2. nu. 6. vt sic ex omni latere sit tutus Ma- gnificus Io. Baptista.

Audio etiam, partem aduersam se- fundare, quod non licuit Magnif. Io. Baptiste etiam fideicommissario capere 15 possessionem domus autoritate propria, & proinde debeat restitui possiden- ti, quod non indigeret alia responsione; siquidem in alijs allegationibus respon- detur plene; sed vt clarius videatur, partem non bene dicere, poterit consi- derari, quod interdictum (quorum lega- torum) inducit lex in hæredum fauorem, & non aliorum. Sic decidit text. C. quorum legator. l. vnica, ibi, quod aduer- sus legatarios, scriptis hæredibus, pro- positum est, & ff. eodem in l. 1. in princ. Ibi, id restituat hæredi, & merito: solus .n. hæres sentit interesse propter fraudam Falcidiam, vel Trebellianicam. Et licet glos. in d. l. vnica sentiat, quod ne- dum fraudatum commodum, sed etiam fideicommissaria audacia induxit tale interdictum, tamen DD. ibi. & Salic. maxime, dicunt, frænum audaciæ venire in consequentiam, & principalius con-

siderari interesse prædictum, vt hoc me- rito concludatur, Magnificum Io. Ca- rolum non hæredem non posse niti be- neficio talis interdicti. Annullavit .n. lex capturam possessionis, quæ à fidei- commissario fit in hæredis beneficium; quo fiet, vt hæres solus possit de tali re conqueri, & non tertius: allegatur di- ctum Anto. de Butr. extra ne sed. vac. in cap. 1. sequitur Aretin. conf. 77. & ratio scribendi; ibi, circa secundum dico, & si præterit restitutionem vt tertius pos- sidens, iam est fundatum ex constitu- to in contractu nullo appposito, aliquam possessionem non prodijisse, licet alia regula excluderetur, quæ est notorius defectus in petitorio deducto funda- tus, & in continenti apparens, secundum not. in l. nihil commune. l. naturaliter de acquir. possess. & est glos. in l. si quis conductionis. C. loca. & in l. fin. C. quo- rum bonorum.

Nec similiter obstabit præten- sita nullitas fideicommissi, vt pote collati in- meram voluntatem Abbatis Mariani per text. de leg. 1. l. captatorie cū alijs, quia licet posset dari sensus huic regu- læ, qui partem excluderet, tamen vno verbo qualitas rei fideicommissæ tollit dubium. Disponebat enim Berardinus 16 per fideicommissum in re aliena, & quod de iure potest per text. C. de leg. l. cum rem alienam, & vt tolleretur distinctio, quæ alias fieri solet, sciuit, vel ignora- uit, rem esse alienam, vel si deberetur æstimatio, aut ipsa res, voluit exprime- re, si dominus rei voluisset non conten- tus, quod æstimatio forte succederet lo- co rei in vim fideicommissi, vt sic appa- reant omnia, quæ ex aduerso allegan- tur, procedere, quando testator dispo- nens de re sua, substantiam dispositio- nis conferat in alterius voluntatem, nõ quando in re alterius facit fideicom- missum, quod bene de iure potest, eritq; utile ad rem ipsam, aut eius æstimatio- nem, de leg. 3. l. fideicommissa. §. si ser- uo, & l. qui concubinam. §. fin. eod. tit. & est text. ff. de fideicommiss. liber. l. hæ- rede institui. §. uxori, qui videtur deci- dere



dere quaestionem, de qua agitur.

Reliquum est, ut Circumspecti Iudicantes, postquam vident, per praedicta Magnificum Io. Carolum non posse ob-  
 17. tinere, excludant † etiam Magnificas mulieres Portia, & Isabellam Brancias sorores quond. Magnifici Fabricij, quae praecedentes esse de Familia Brancia, & forte proximiores ipso Magnif. Io. Baptista, vellent ipsae ad tale fideicommissum aspirare. Nam postquam constat, Berardinum testatorem voluisse de tali domo in Familia disponere, & ut conseruetur in agnationem, quod non potest verificari in femina, ut pote sine familia, ac transeunte in alienam domum, verba testamenti, per quae vocatur propinquior, non concipiunt femininum; esset enim venire directe contra mentem testatoris. Sic tenuit Soccin. 3. vol. conf. 63. col. 7. vers. Item post mortem omnium, & vers. ex quib. patet etiam, & Deci. conf. 453. in fi. vers. postremo ad idem facit; ut sic nihil praesumere possint dictae mulieres. Et recorderetur Circumspectus Commissarius, talem difficultatem non esse nouam in Sac. Conf. etiam referente eius magnificentia. Sic enim iudicauit in causa Grassiae de Casolla, vbi erat simile testamentum, me aduocante pro ea, qui tali ratione non potui obtinere, licet etiam haec discussio non sit facienda, cum iudicium non sit instructum, quoad eas. Item potissime de praedictis mulieribus non est aliqua vis facienda, quia, pendente lite inter Magnificum Io. Carolum, & Magnificum Io. Baptistam Branciam, mortuae sunt, quarum filij ius aliquod praetendere nequeunt: cum non sint de familia Branciorum, & si quod ius competisset praedictis mulieribus, durante tantum eorum vita, competijt, & mors cum earum personis omnia asserta iura soluit, & extinxit. Ideo tanto magis ius Magnifici Io. Baptistae remanet sine dubio.

ADDITIONES.

**A**D num. 17. iuncto num. 1. quod sit indutum fideicommissum, ultra allegata per meum Genitorem hic, & in tota allegatione, Adduco Parisium conf. 30. nu. 22. volum. 2. qui dixit, esse indutum fideicommissum semper, quod testator voluit fauere suae agnationi, ne talis domus exeat de familia: secundum Bald. in l. quoties la. 1. colum. 1. C. de fideicommissis. Socc. conf. 12. colum. pen. volum. 3. quos refert, & sequitur Socci. Iunior conf. 168. nu. 78. vol. 2. Gozad. conf. 52. num. 2. & seq & in consil. 102. num. 9. & 10. Crauect. consil. 130. num. 9. & 10.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

SUMMARIVM.

- 1 *Filia maritata, & dotata, quae non succedit patri, licet in computatione legitima filiarum faciat partem, tamen non admittitur ad partem, & quid in dote materna, per totam.*

ALLEGATIO 31.

**I**N causa aestimandae legitimae filiorum quon. D. Ferdinandi Branciae.



**Q**Vando tractatur de aestimanda legitima filiorum, † & inter eos est filia maritata, quae vel ex renunciatione, vel ex lege Regni non succedit in bonis Patris, an ista faciat partem, licet non admittatur ad partem, vetus est quaestio, & licet multi multa dixerint, qui poterint videri collecti per Tiraq. in opere retract. fol. 115. in vers. li Parenti, glos. 8. num. 15. tamen verior, & magis frequentata fuit semper visa mihi opinio, quam refert, & sequitur Curt. Senior conf. 5. Astulphus, quae est prima inter tres, quas ipse commemorat, rationibus, & doctrinis per eum

eum adductis, & sic procul dubio iudicarem.

Supraſcripta opinio non ſolum mihi videtur verior, & crebrius recepta à Doctõribus, ſed etiam videtur æquior, & vltra præallegatos Doctõres exteros, hoc etiã tenetur per Doctõres noſtros Neapolitanos, vt plene not. Matth. in Conſt. in aliquibus in q. 13. nu. 33. vbi teſtatur audiuiſſe, ſic fuiſſe iudicatum. pleniffime D. Capic. in deciſ. 158. in cauſa Magnif. Nicolai Antonij Caraccioli, & fratrum, vbi in vltima colum. firmat, ita vidiffie iudicatum in S. C. Ita quod non ſit dubitandum hodie in hac quæſtione. Minime dubitari oportet, quod cum matrimonium fuerit contractum ſecũdum conſuetudinem Neapolitanam à Magnif. Ferdinando Brancia, filia non ſuccedit viriliter cũ fratribus in dote, & hæreditate materna, ſed tantum debet de paragio dotari, vt in Conſuet. ſi moriatur; licet extra Ciuitatem Neap. fuerit dubitatum, vt not. in dicta Conſuet. in aliquibus.

#### ADDITIONES.

**A**ddo Vincentium de Franch. deciſ. 549. qui concordat cum opinione mei Genitoris hic, & ſic fuit deciſum per Sacrum Conſilium. Idem tenet Io. Vincentius de Ann. ſing. 214. qui plures allegat, & dicit, ſic fuiſſe iudicatum in cauſa Comitum Sarni cum Duce Neritoni, & in alia cauſa Vgonis Caraphæ, & ibi habes omnes Quotas.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SUMMARIVM.

- 1 *Baro debet manuteneri in poſſeſſione exactio- num, lite pendente.*
- 2 *Titulus præcedens adiuuat poſſeſſionem ſequentem.*
- 3 *Poſſeſſio ſequens adiuuat, & declarat titulum præcedentem.*
- 4 *Collectæ debentur Baroni ex titulo, & poſſeſſione.*

- 5 *Inuētaria antiqua probant pro Barone, etiam quod ſint penes Baronem.*
- 6 *Annua præſtatio per annos 10. ſufficit ad manutenedum Baronem in poſſeſſione.*
- 7 *Si Baro poteſt cogere vaſſallos ad molendum in ſuis molendinis.*
- 8 *Inſtrumentum affectus, ſeu locatio- nis, an probet poſſeſſionem.*
- 9 *Banna fundat iuriſdictionem Baronis.*
- 10 *Centenaria qualiter probetur.*
- 11 *Lite pendente, ſufficit ſummaria informatio.*

#### ALLEGATIO 32.

**Q**Vando Baro ſit manutenedus in poſſeſſione contra Vniuerſitatem. In cauſa Illuſtris Principis Venuſij.



**M**Anuteneri debet Illuſtris Princeps Venuſij in quaſi poſſeſſione exigendi vncias 14. ab Vniuerſitate Ieſualdi, ꝓſtquam de ſua poſſeſſione probauit ſatis abunde per tot publicas ſcripturas. Et Vniuerſitas hodie nõ negat, licet dicat, eſſe indebitam exactio- nem; & hoc per text. in cap. 1. vt lit. pend. vbi eſt caſus, & in c. cum veniſſent, de inſtit. & vtrobiq; per Abba. & faciunt notata in c. ex parte de appell. per quæ iura Sacrum Conſilium ſæpe decreuit in fauorem Baronum, quando fuit eorum poſſeſſio demonſtrata, etiam lite pendente. Refert D. Fricia in opere feud. authori. 8. fol. mihi 204.

Suadetur hoc. Nam ſi Vniuerſitas non negat, dominium eſſe in poſſeſſione exigen-

exigēdi, nec potest negare, & sic quod de præfenti habeat possessionem; ex hoc inferetur, quod in præteritum semper possederunt domini prædecessores; postquam nēdum nō repugnat, sed adiuuat titulus præcedens. Ita Salic. post Bald. in l. ex persona. C. de probatio. sequitur Soccin. cons. 89. num. 19. ibi tamen etiam ex possessione, vol. 1. & est  
 3 ritulus † iste præcedens emptio, quam facit Matthias de Iesualdo, à quo modernus Princeps habet causam in anno 1365. in qua fit mentio de collectis.

Nec dicatur, quod illa verba intelligenda sunt, si collecta est, quia hoc esset in dubio: nunc nō est vltius dubitandum, quia in Castro Iesualdi non est alia collecta, quæ domino soluatur, vt sic de necessitate fit de ista intelligendum, de fund. instru. l. fundus, qui locatus. Et sic aut volumus sumere initium à privilegio, & verba, quæ in eo sunt, videlicet, cum collectis, recipient interpretationem ab vsu subsequuto.  
 3 † ff. de leg. l. si de interpretatione, & not. Bal. in c. cum dilectus, de Consuet. aut volumus arguere de præfenti in præteritum, & ex prædictis apparet, posse inferri, dominum semper exegisse.

Aduertatur vltius; quid est, quod tractatur in hoc puncto? quod vassalli  
 4 soluant collectam † domino: de se res non est prohibita possideri. Videmus enim, quod passim similia habent domini: sola præsumptio iuris fouet, quod quilibet præsumatur liber. In hoc etiā quādo resistit, vel non assistit ius, producto titulo, & probata in prōptu possessione, cur poterit dominus dubitare, lite pendente, contra casum cap. cum personæ de priuileg.?

Iste redditus vnciarum 14. vltra dictum titulum emptionis adiuuatur ex  
 5 inuentarijs † antiquis in Archiuio Regiæ Cameræ repertis; quæ inuentaria bene probant in fauorem domini. Ita Innoc. & post eum cæteri in cap. 1. de procurato. & faciūt posita per Parid. in tract. reintegra. fol. 47. cap. & iuxta prædicta moueo; immo dato, quod ista

inuentaria essent penes Baronem, si tamen in loco, vbi consueuerunt conseruari aliæ scripturæ, faciēt ex hoc fidem plenam. Ita Bald. in his terminis. C. de probatio. l. exemplo.

Vltimo aduertatur. Isti de Iesualdo non negant, collectam fuisse solutam, sed dicunt, quod ex causa custodiæ Castri fuerit facta solutio ex hac causa. Quis dicit? quæ scriptura est de hoc loquens? certe aliud non habent, quam adnotationes in eisdem quinternis, & apocis solutionum: ex hoc fiet, quod postquam habemus initium tituli, scilicet emptionem, rursus inuentaria antiqua, in quibus de hac collecta fit simplex mentio, sicut dominus non posset expresse alienare hunc redditum, sine assensu, ita non potuisset confiteri, quod illi debetur ex causa, quæ non subsisteret; per text. in l. qui testamentū de probatio. & in l. si forte de Castr. p. culio. Et ita Moderni not. in Const. diuæ memoriæ, nam ex hoc esset aperta via fraudandi Regem, & in hoc non insisto, quia est vera iuris regula, maxime quando Illustris. Princeps quasi possessionem exigendi non fundet in his scripturis, in quibus enunciat illa qualitas custodiæ Castri, sed in alijs multis, & illæ, in quibus de hac custodia fit mentio, sunt modicæ, & recentes. Aut volumus dicere, quod hæc causæ expressio sit rationalis, & quod ex hac causa solutio fuit facta: & tunc aduerto, quod hæc vniformis præstatio † cum causæ expressione etiam per annos decem sufficeret, vt deberet manuteneri, & detur actio pro futuro. Ita Bart. in l. cum de in rem verso in fi. ibi nunc ad propositum, & ibi Salic. Bald. Alex. & cæteri, de vsuris, tenet Burr. in c. peruenit. col. 9. de censib. signanter Alex. cons. 108. in fi. lib. 2.

Nec dicatur, quod si teneremus, solutionem fuisse factam ex hac causa, quia apparet hodie, non deberi ex illa, Vniuersitas non debet astringi. Primo, quia hoc esset tangere petitorium, & date sententiam definitiuam, parte  
 non

non defensa. Secundo, in Castro Iesualdi est castellum: quis dicit hodie, illud non custodiri? quis reuelauit parti, Principem nolle vterius custodire? item, quod cursus tot annorum non potuisset aliud suadere? & proinde videtur mihi tutissima prætentio Domini Principis dicentis, debere manuteneri in ista exactione, lite pendente.

Ea, quæ in hoc capite deducta sunt in facto pro Domino Principe, sunt.

Primo, instrumentum emptionis in anno 1365. fol. 164. à terg. in fi.

Secundo, partitæ librorum circa exactionem fol. 60. vsque ad 64.

Tertio, sunt mandata Capitanei, protestatio, & obligatio Sindicorum. fol. 38. 39. & 40. & in alio process. fol. 59.

Quarto, tria inuentaria antiqua extracta ab Archiuio Camerae fol. 62. legatur fol. 102. est aliud fol. 149. legatur fol. 150. Est aliud fol. 155.

Quinto, Regia Curia est in possessione exigendi releuium: est fides fol. 56. & 57. à terg.

7 Quoad caput molendini, aduerto, quod postquam Sacrum Consilium videt, Illustris. Principem esse in quasi possessione cogendi homines Iesualdi, ut macinent in molendino Paterni, quousque instructo processu, iustitia partium plenius detegatur, debet prouidere, ut nil innouetur. Non enim agitur de re prorsus haberi prohibita, & scit Sacrum Consilium, ex solo cursu temporis multis Baronibus competere hanc facultatem, & pluries in eorum fauorem fuisse prouisum, & ideo inter illa, quæ prima facie præsumuntur ad Baronem spectare, Lucas de Penn. posuit clibanos in partibus Apulix ex consuetudine in l. 2. C. de fund. limitroph.

Si tractarem expeditionem causæ principalis, quid posset magis desiderari? sunt producta nouem instrumeta affictus, quæ incipiunt ab anno 1507. & in eis datur facultas cogendi homines Iesualdi, ut teneantur macinare in hoc molédino. Et licet dici soleat, ex instru-

mento locationis non probari possessionem, de fid. instrum. cap. inter dilectos, hoc non procedit in hoc articulo, ubi videmus, sufficere verba assertiua alicuius scripturæ, † prout sufficit Vniuersitati Matheræ cum Domino Ginusij, vt refert Capic. decis. 189. in fi. & sit memor dominus causæ Commissarius, quod in eius aula fuit relata, & decisa quæstio inter Illustris. Comitem S. Angeli, & Vniuersitatem Leonum, quæ præten debat seruitutem in feudo Oppidi; quia dictæ Vniuersitati succederunt leuissimæ coniucturæ, vt, lite pendente, non abstineret. Cur erit deterioris conditionis Princeps fultus longe maioribus probationibus?

8 Sunt insuper producta banna duplicata in Terra Iesualdi, ex quibus mandabatur, quod nemo accedat ad alia molendina, & fuerunt in anno 1499. 1505. & 1507. Banna ista arguunt † iurisdictionem cogendi, postquam penam continent, quæ est fructus iurisdictionis, secundum Bald. in l. fi. C. de fruct. & lit. expen. & fundant possessionem, etiam quod nõ doceatur, fuisse paritum, si tamen non demonstratur contradictio. Ita in specie Capic. fundat decis. 27. dub. 7.

9 Ita facultas cogendi vassallos, vt accedant ad certum locum ad macinandum, vt sit legitima, incipere debet à coactione, & prohibitione, vt alio non accedant. Sic dicunt omnes post gloss. in l. qui luminibus, de seruit. rustic. prædior. & Abb. in cap. significante, de appellat. tenent las. & ceteri, maxime Rip. nu. 132. in l. quo minus, de flumin. In casu isto prohibitio probata est per scripturas. Iste est melior modus probandi centenariam, secundum Bald. in auth. quas actiones in fin. C. de Sacrosanct. Eccles.

Ego quæro; in oibus similibus causis, in quibus opus fuit probare centenariam, † nonne Sacro Consilio placuit, vt testes deponerent per annos 40. de visu, & in reliquo de auditu, fama, auditu auditus, & alijs circumstantijs possi-

positis per glos. in c. 1. de præscriptio. in sexto? Si in præsentia causa dabitur terminus, potest forte Sacr. Cõs. dubitare, quod tempus immemorabile non probabitur? certe non, cum videamus per scripturas productas, esse verificatum intentum. Videamus insuper, secutum effectum bannorũ, iam quod apparent percepti prouentus à contrahentibus.

Vterius aduerto, tractari modo, vt prouideatur, quis sit in possessione manutenendus, lite pendente. In quo iudicio nunquam Sacr. Conf. consuevit sic subtiliter pertransire, † sed inspecta sola veritate possidentis, interloqui pro eo, lite pendente, & erit hæc prouiso interlocutoria: prouidet, quousque finiatur causa tantum, expeditur officio Iudicis, in hac principaliter agitur, ne quis, lite pendente, turbetur; quæ omnia in pleno possessorio diuersum habent processum, vt pulchre in his terminis considerat Paul. conf. 3. incipiente, in causa, quæ vertitur 2. volu. in nouis.

Sunt insuper tot coniecturæ suadentes iustitiam Principis. Iesualdum est de Baronia frequenti, & apparet, reliquas Terras de Baronia subijci huic conditioni macinandi: non sunt molendina viciniora, aut aptiora, quicquid dixerint homines Iesualdi: quare ipsi debent hoc recusare?

ADDITIONES.

**A**D num. 7. de Molendino Principis Venusij in Terra Paterni, quod sint cogen di, lite pendente, homines Terræ Iesualdi ad macinandum in dicto Molendino, stante facultate prohibendi sic probata per Principem, & Barones ex prouentibus, & alijs probationibus, de quibus meus Genitor amplissime scripsit in hac allegatione. Et aduerto, q̄ si Princeps Venusij non probasset bene hanc facultatem prohibendi p̄ actus possessiuos, vtiq; contrarium fuisset decisum; nam refert Io. Vinc. de Ann. in repeti. c. 1. de vassall. decrep. etat. nu. 69. cum seqq. quod in causa Illust. Hortitiæ Colunæ cum Vniuersitate Mainerij, ipso existente Aduocato, fuit per S. C. decisum, q̄ vassalli accederent ad molendum in Molendino

Curia, quando extat apcum, & vicinius altero, & solueretur mōitura minor; & in causa Vniuersitatis Aqueuelli cū Magnif. Consaluo de Sangro fuit prouisum, stante Molendino Diuz Annūciatæ commodiori melioris itineris, Vassalli non eoganrur ad Molendinũ Porciliortum. Eriterum in alia causa Baronis Melpignani fuit decretum, q̄ Magn. Baro teneat clibana apta, & sufficientia, alias liceat Vniuersitati ire, quocunq; voluerit, & Baro habeat ius prohibendi, quæ nota. De his clibanis meus Genitor meminit hic, nu. hoc septimo, dum posuit clibanos in partibus Apuliæ ex cōsuetudine, & allegauit Luc. de Penna in l. 2. C. de fundis limitrophis lib. 11. de hac causa Aqueuelli contra Baronem scripsit allegationes Io. Vinc. de Ann. in alleg. 116. vide etiam quæ scripsit idem Ann. in sing. 557. vbi habes omnes quotas per ipsum, & eius filium Fabium adductas.

Aduerto tamen, quod in iudicio summarijssimo semper est manutenendus Baro, lite pendente circa ius prohibēdi, si probat de possessione, & sic concordat cum dictis per meum Genitorem hic idem Ann. sing. 556 & 557. vbi habes decisiones S. C. in pluribus causis.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

SVMMARIVM.

- 1 Verba Testatoris quando sint apta ad inducendum fideicommissum.
- 2 Clausula in fine posita quando referatur ad proxima præcedentia, vel ad omnia.
- 3 Licet sit inductum fideicommissum, & prohibita alienatio, non tamen prohibitum est, in re illa habere heredem ab intestato, sibi alias de iure successurum.
- 4 Soror maritata dicitur esse de familia, & vocatur ad fideicommissum familie relictum.
- 5 Quod dicitur de familia, idem dicitur de casata, & agnatione.
- 6 Mulier venit appellatione proximorum propinquorum.
- 7 Voluntas Testatoris colligitur ex

K verbis

*verbis prolatis, quæ licet ex qualitate rustici loquentis debeant intelligi grosso modo, hoc non habet locum, quando sunt redacta in latinum sermonem per Notarium, quia tunc debent intelligi, pro ut ius intelligit.*

### ALLEGATIO 33.

**Q**Vædo verba Testatoris inducant fideicommissum.

**S**I consideretur tenor verborum testamenti Francisci de Isabella testantis, cessabit omnis difficultas, quæ fit ex aduerso, quod fuerit inductum fideicommissum in illos de casata, ut ex hoc consobrinus frater excludat sororem carnalem; postquam in dictis verbis nõ potest aptari sensus dicti fideicommissi, tæx quo dictus testator, instituto prius Seluagio filio, & filiabus relictiis dotibus, in illo capitulo, à quo nascitur dubium, voluit providere, quid fiet de dotibus dictarum filiarum, dicens, quod si dictæ filiæ morerentur absque liberis, in illis succedat dictus Seluagius; q Seluagius si eo casu moreretur, scilicet postquam dictis filiabus successit, tunc succedat proximior de eius casata, & sic voluit, proximiores succedere Seluagio morienti, postquam ipse successerat dictis filiabus: quando vero fuisset Seluagius mortuus, superstitibus sororibus, nulla in hoc reperitur dispositio testatoris. Seruetur ergo ius commune, quod hoc casu vocat sorores carnales, excluso consobriño, ut notorium est in iure. Et quidem hic sensus verborum dicti testamēti suadet, quia non erat credendum, testatorem voluisse præferre extraneū proprijs filiabus vocatis ad paternam successionem, & iure Romano, & iure Regni, per l. in aliquibus. Adiuuatur etiam intellectus prædictus; nam licet illa

verba, quod scilicet succedat proximior de casata, posita post institutionem hæredis, vel simpliciter de per se potuissent importare inductionem fideicommissi, quia tamen sunt apposita in quodam capitulo testamenti separato, in quo fit quædam particularis dispositio, & ponuntur immediate, postquam Seluagius successisset dictis filiabus, dicta verba sunt referenda ad cõtenta in hoc solo capitulo, † & non simpliciter intelligenda, sequendo limitationem Bart. ad l. talis scriptura, qui dicit in l. fin. ff. de reb. dub. quod clausula non per se principaliter posita, sed ad qualificandam aliquam præcedentem dispositionem, ad illam tantum refertur, & non ad omnia præcedentia. Sequitur Deci. conf. 213. col. 2. & conf. 14. vers. sed tunc circa prædicta: idē Capic. decis. 108. nu. 12. Et si fiet relatio dictorum verborum ad proxime præcedentē dispositionem, res erit sine dubio, quia illa præsupponit filias præmortuas, & Seluagium iam eis successisse, ut habeat locum vacatio illorum de casata; & hoc suadet, quia postquam voluntas dicti prætensi fideicommissi prætenditur colligi ex dictis verbis apposis in dicto capitulo separato, tanquam collecta ex illo capitulo, limitari debet, quatenus dictum capitulum loquitur, & non ultra extendi, per regulam, quam ponit Deci. conf. 460. nu. 7. & conf. 452. nu. 24. Et per hæc res deberet reddi clara, ut non debeat censerī inductum aliquod prætensum fideicommissum in illos de casata, nisi Seluagio moriente, postquam successisset filiabus mortuis, qui videtur indubitabilis sensus.

Si tamen instaret Pars in contraria opinione, adhuc res est clara, posito est quod vellet, censerī inductum fideicommissum in illos de casata; nam licet per dicta verba (quod res vadat ad illos de familia) censeatur inductum fideicommissum. ff. de leg. 2. l. pæro in S. fratre, & per hoc Seluagius vltimus moriēs videtur prohibitus bona alienare ff. ad Trebell. l. Marcellus. S. res, quæ, adhuc Seluagius

gius ipse non prohibetur, aut censetur prohibitus in re illa alienari prohibita, habere heredem ab intestato, sibi alias de iure successurum. Probat in l. cum pater. S. cum inter de leg. 2. & in l. pater S. Iulius Agrippa de leg. 3. vbi id tenet singu. glo. & Bart. in d. S. fratre, & in l. si ita quis. S. ea lege, vbi etiam glos. de verb. oblig. & ista est communis opinio secundum Alex. conf. 56. num. 6. vers. quinimmo etiam 1. vol. & conf. 59. nu. 10. 14. & 18. vol. 3. quod Consilium recte consideratum, videtur impressum, pro decisione presentis dubij, quia videntur adem verba in casu illius Consilij, quæ sunt in nostro, vt in si. d. Consilij, & ex hoc similiter res remanet absq. difficultate aliqua, postquam Seluagio vult succedere soror carnalis, alias de iure successura.

Et quod successio presentis in omnem euentum debeat spectare ad sororem, et attenda natura verborum testamenti, quæ dicunt, decedente Seluagio, successurum magis propinquum de casata, probatur. Constat. n. hanc sororem esse magis propinquam, quia carnalis, & ille, consobrinus, & est de casata, & genere primi testatoris, etiã maritata. Est text. in l. 1. de iure immuni. & in l. 1. de injur. laco. in specie in l. cū quedam puella, & ibi Bald. singulariter de iur. omn. iud. Alex. d. conf. 56. nu. 4. & ver. & per hoc apparet, vol. 1. & est text. in l. voluntas. C. de fideicom. qui videtur decidere casum. Et non obstat, q̄ tex. d. l. voluntas loquitur de verbo familia, quia idẽ erit in ver. Agnatio, & casata, vt in presentis dubio, prout particulariter nota. Bal. in d. l. peto. S. fratre. 2. not. & tanto fortius erit hoc dicendum, quanto mulier venit appellatione proximorum, & magis propinquorum, vt in casu nostro s̄m Bald. in conf. 334. in quest. lib. 3. Sequitur Dec. conf. 466. nu. 11. & nõ obstat, si diceretur, q̄ licet dicta verba (de casata) possint alias de iure verificari in muliere et maritata p̄ predicta, tamen nõ procederet in fideicommissis, in quibus voluntas potius videtur

inspicienda, quam verba; quia respondeo, quod voluntas testatoris non poterit fundari, nisi ex verbis in testamento descriptis, quæ licet, attenda, qualitate rustici loquentis vulgariter, debeant grosso modo intelligi, non habet locum hoc, quando verba sunt redacta ad latinum sermonem per Notarium, quia tunc recipient interpretationem iuris, & non aliam. Ita Bart. singul. in l. si quis filiabus. ff. de testa. tute. qui dicit hoc ideo esse, quod Notarius presumitur apposuisse verba importantia voluntatẽ testatoris. Sequitur Alex. conf. 11. num. 17. vers. non obstat quintum argumentum, 1. volu. Et tanto fortius erit hoc dicendum, quanto considerato tenore totius testamenti, non potest ex eo colligi voluntas testatoris expresse volentis filias feminas excludere a sua successione, immo illas institutionis particularis titulo honorauit, qui potuisset importare effectum vniuersalis institutionis, Seluagio filia vniuersali herede instituto deficiente in vita Patris. Et sic cum non simus in expressa voluntate testatoris excludentis feminas a sua successione, videtur se conformasse dispositioni iuris, quod æqualiter omnes admittit. l. maximum vitium, & Constitutionis Regni preteritis feminas ceteris agnatis remotioribus, masculis non existentibus, & ex hoc videtur cessare omnis difficultas.

Ad illud autem, in quo intelligo, partem se fundare, quod hæc soror renunciauerit bonis paternis in forma, non aliter respondeo; quod modo non agitur de succedendo primo testatori, in manibus cuius fuit renunciatũ, sed Seluagio fratri, cuius est effectum patrimonium, & quia etiam non videtur res habere difficultatem, aliter non me extendo. Suppleat Circumspectio Magnifici Domini Iudicantis, qui bene nouit legum naturam.

## A D D I T I O N E S.

**I**N fine huius Allegationis, licet meus Genitor simpliciter pertranseat dicẽdo, quod



in fideicommissio non tractatur de succedendo ultimo morieti, sed primo testatori, qui fecit fideicommissum, allego text. in l. coheredi §. cum filiz. ff. de vulg. & pupil. & Vincent. de Franch. in decis. 153. num. 19.  
Abb. Io. Hieron. de Mauro.

### SVM MARIVM.

- 1 *Pluralis loquutio non trahitur ad singularem.*
- 2 *Verba sunt semper intelligenda, ut ius comune minus laedatur.*
- 3 *Bona antiqua quando dicantur ad materiam Consuetudinis.*
- 4 *Testis deponens in uno iudicio, ut testis, si postea in alio iudicio dicit cōtrarium, ut principalis, non est falsus.*

### ALLEGATIO 34.

**B**ona antiqua quando dicantur in materia Consuetudinis.



considerentur verba Consuetudinis vocantis proximiores ad bona paterna, & ea, quæ morieti obuenerint ab agnatis, & cognatis, non videbitur, posse dubitari, Victoriæ vxorē Iacobi Anelli non esse admittendā illius vigore, postquam enim bona Minichelli nō potest petere, ut paterna, quia nō est de eius descenditibus, ut sic ad illa veniat tanquam de linea paterna, quod erat necessarium, ut in casu nostro considerat Deci. conf. 222. vers. sexto, hoc idem, & ibi respondet ad illud, quod posset dici, illud verbum (paterna) debere intelligi in persona alienantis, & disponentis, quia hoc non erit verum in casu Consuetudinis, quæ considerauit, non interesse alienantis, sed prouidere familiæ, ut sic, postquam non descendit à Minichello, non veniet

ad hæc bona, ut paterna; si vero vult ea prætere, tanquam obuenerint ab agnatis, & cognatis, & in hoc considerentur dicta verba, quæ voluerunt, bona obuenerint ab agnatis, & non ab vno agnato, ut sic, postquam in plurali numero † verba illa sint prolata, non verificentur in obuentis ab vno cognato, vel agnato, ut in casu nostro. ff. de testib. l. vbi numerus. Et est ratio, quia in his, quæ fuerunt ascenditium per plures gradus, maior ratio videtur considerari, quod non exeant de familia, ex quo nostra interest, bona maiorum nostrorum in familia conseruari. ff. de minor. l. si in emptione. Et ita in proposito nostro in casu Statuti vocantis proximiores ad bona suorum, considerauit Deci. in dicto conf. 222. vers. quinto, quod tale statutum; & clarius idem tenuit conf. 471. ad quod accedant alia multa congesta per Tiraque. in l. si vnquam, in versic. suscepit liberos num. 185. de reuoc. donat. vbi per plura tenet, quod statutum, vel lex municipalis loquens in plurali numero non potest in singulari verificari, & fortius sic erit dicendum in casu nostræ Consuetudinis in hoc casu corrigentis iura † communia, ut sic verba sint intelligenda, ut sonant, & erit semper facienda interpretatio, ut ius commune minus laedatur. Et reuocata hac opinione, non obstabit text. in cap. 1. §. paternum, de natur. success. feud. ibi, quicumque ex superioribus illud acquisiuit, quia hoc erit verum in bonis paternis, non autem in alijs diuersi generis, ut sunt ista, de quibus agitur, quæ prætereantur obuenta à Minichello, & sic ex parte agnatorum; quam distinctionem bene admisit Consuetudo, ut eius verba sonant.

Sed si vellet contrarium teneri, & dictam Victoriæ admitti (quod non videtur) adhuc partes Magnificorum iudicantium esse debent in absoluendo Magnif. Marinum; postquā ex liquidis scripturis est probatum, bona omnia, quæ

quæ petuntur, vt antiqua, illa nullatenus dici posse antiqua, vt ex lectura instrumentorum apparuit. Et quando pars se fundat in confessione dicti Magnifici Marini in eius supplicatione, & articulis dicentis, terram *della Fragola*, fuisse Minichelli, † vt sic cessent omnia alia per confessionem prædictam, est aduertenda distinctio dictæ Terræ, quæ fit in processu, scilicet. Minichellus ipse acceperat sub certo annuo redditu modia quatuordecim, apparente instrumento; qui redditus fuit emptus per Nicolaum Franciscum Follerium virum Francischellæ de sua propria pecunia, vt ex eo, q̄ habebat dictus Minichellus in ipsa Terra modiorum 30. modia quatuordecim, bene dixerit Magnus Marinus, quod Terra fuit Minichelli, scilicet pro ea parte modiorum quatuordecim, & hoc maxime, quia se refert instrumento. Quæ relatio omnia tollit per Bal. in l. 2. C. de erro. Aduoc. ac etiam quia confessio indefinita in articulis non æquipollet vniuersali, & postquam apparet, de dictis modijs 14. esse deducendos dictos duc. 350. solutos per Nicolaum Franciscum pro emptione dicti redditus, vltra quos Terra ipsa plaris nõ valebat, in vtili dominio, quod restaret, præfertur ipse Magnus Marinus proximior Agnesellæ de Stephano vxoris dicti Minichelli pro suis dotibus.

Illud autem, quod dicitur de depositione ipsius Magnifici Marini in alio † iudicio, quod facit, vt testis dicens, dicta bona fuisse Minichelli, quod postmodum contrarium dixerit in hoc processu, vt principalis, non est faciendavis aliqua: postquam de iure illud sibi non obstat, secundum Dominos de Rota in tit. de confess. 11. decis. refert Capici. decis. 52. in fin. vt ex his omnibus possit bene concludi contra dictam Victoriam. Suppleat Religio Excell. Dominorum Iudicantium.

## ADDITIONES.

**A**D num. 1. Quod ista verba prolata in plurali numero non verificentur in vno vltra allegata per meum Genitorem hic, Addo vltra text. in l. vbi numerus ff. de testib. & in cap. pluralis de reg. iur. in 6. Decis. cõf. 225. Octauum Cacher. decis. Pedemontana 112. num. 18. qui loquitur in terminis nostris, & sic ibi fuit iudicatum.

In fine allegationis, quod depositio facta per aliquem vti testem, non obstat sibi in alio iudicio vti principali, vltra Capic. decis. 52. circa finem, & decisionem Rotæ, Addo Doctores in l. Caius Seius. ff. de pignor. actio. Ifern. in c. præterea num. 31. quibus modis Feudum amittit. Affl. de iure prothomiseos. §. 2. nu. 14. Iulium Clarum §. fin. q. 54. l. pater. C. de fideiuss. Gramm. conf. ciuil. 104. discrepat tamen quod scriptit Vincent. de Franch. decis. 60. nu. 6. dum dixit, quod propria confessioni standum est in eius præiudicium. l. cum precum. C. de liberali causa. Aim. conf. 202. præsupponitur col. 3. vers. neque opponi. volum. 2. etiam si esset facta in alio iudicio, quia hæc distinctio, quod fit facta in vno iudicio, vel in alio, procedit in procuratore, nõ autem in principali, ex dictis per Speculatorem in tit. de confessis. §. nũc videndum in principio reasumit Decius in conf. 146. & pro tenui col. fi. vers. secundo respondetur.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## SUMMARIVM.

- 1 *Contra successorem Feudi datur actio pro paragio iuxta valorem Feudi.*
- 2 *Dos de paragio non potest esse minor legitima.*
- 3 *Paragium est onus Feudi, & debetur ad instar legitime.*
- 4 *Pro paragio in subsidium datur recursus contra tertium possessorem Feudi.*
- 5 *Ex testamento nullo oritur confessio, & declaratio.*
- 6 *Pro dote promissa competit tacita hypotheca.*

- 7 *Confessione facta in iudicio statur nedum contra confitentem, sed etiam contra pupillam existentem in baliam confitentis.*
- 8 *Sententia lata in iudicio reali demandatur exequutioni contra tertium possessorem, qui emit, lite pendente, absque nouo processu, & nu. 9. ad idem.*
- 9 *Sententia lata in re feudali preiudicat Domino, cui est apertum Feudum ob delictum vassalli, vel alio modo.*
- 10 *Donatio Feudi facta in proxime successurum dicitur refutatio, et videtur habere Feudum iure successione, non virtute donationis.*
- 11 *Refutatarius proxime successurus tenetur ad releuium, & quando.*
- 12 *Donatio facta cōtemplatione matrimonij tenet inter patrem, & filium.*
- 13 *Donatio facta cōtemplatione matrimonij, eo soluto, iudicatur pura donatio.*
- 14 *Donatio facta cōtemplatione matrimonij reuocatur vsq; ad cōcurrentem quantitatem legitimæ, vel paragij. Idem in alienatione nu. 15.*
- 15 *Sufficit narrare factum in supplicatione, & cōcludere omni meliori modo, nam potest sequi cōdemnatio ex illa actione, quæ magis competere poterat.*

## ALLEGATIO 35.

**Q**uod pro paragio in subsidium detur actio contra

tertios possessores Feudi, & alia: Pro Dominis Io. Vincentio Grimaldo, & Aurelia Scagliona cōiugibus.



**I**n causa Magnificorum Io. Vincentij de Grimaldo, & Aureliæ Scaglione conjugum contra hæredes quond. Magnif. Prosperi Scaglioni, & Magnificos Leonem Follierum, ac Victoriæ Caracciolam, vt baliam, & tutricem Magnif. Iustinianæ Scaglione, & aliorum eius filiorum, quam suo proprio nomine super petitione paragij, seu legitimæ super Feudo Gricignani, & alijs, vt ex processu, & actis.

Puto, quod absque difficultate aliqua dici possit, quod ipsa Magnifica Aurelia, quæ alias fuerat filia quond. Magnifici Io. Aloysij Scaglioni senioris, debuerat dotari de paragio per dictum Magnificum Prosperum filium dicti Io. Aloysij cōmunis patris, & quod in Feudo prædicto successerat cū dicto onere dotandi ipsam Aureliam eius sororem iuxta Const. Regni, in aliquibus, & ibi Andr. Et propterea debent hæredes dicti Prosperi condemnari ad dictum paragium petatum iuxta valorem dicti Feudi, ex quo ipsa Magnif. Aurelia fuit exclusa à successione paterna, & Feudo, vt congrue dotetur: quæ dos congrua & non potest esse minor legitima, vt tenuit Salic. in auth. res, quæ 2. not. C. commu. de lega. & consuluæ Alex. conf. 69. super primo dubio, lib. 1. & idem Alex. conf. 7. col. 3. lib. 2. Hoc autem paragium debitum mulieri dicitur onus Feudi, & vt dicit Andr. in Constit. prædicta, in aliquibus, colu. 6. & tenet Neapoda. in Consuet. Siqua. Mulier, in vers. de bonis. fin. col. Et debet filia ad instar legitimæ, in qua dicitur creditrix, iuxta notata per Cin. in dicta auth. res, quæ in fi. C. commu. de lega. Imol. in l. Marcellus. S. res, quæ ff. ad Trebell. Bart. in l. suusque in fin. princ.

princ. ff. de hered. instit.

Et licet pro dicto paragio non sit obligatum Feudum, & alia bona paterna, ut per Docto. maxime Alex. in l. in quartam col. 14. ff. ad l. Falcid. & tenet Andr. in dicta Constit. in aliquibus, atamen † in subsidium potest haberi recursus, & exequi in Feudo possessio per tertium, ubi in hereditate paterna non supersunt alia bona. Ita Andr. in dicta Const. in aliquibus, & firmat Affl. decis. 162. Et licet ibi dicat Affl. in fin. quod mulieri agenti fuit consignatum Feudum ratione legati dotium legatarum in testamento patris, pro quo legato competeat mulieri tacita hypotheca; nihilominus dictus Magnus Prosper tempore maritaj ipsius Aureliæ promiserat sibi, & eius viro pro dotibus ipsius duc. 1500. ut apparet ex capitulis matrimonialibus in actis productis, ac ex declaratione ipsius Magnifici Prosperi in eius testamento facta. Quod testamentum licet sit nullum, tamen remanet eius confessio, & declaratio, iuxta not. per Bart. in l. ita stipulatus. S. Crisogonus, de verb. obligat. & not. idem Bart. & Docto. in l. decem eo. tit. pro qua quidem dote, ut supra. promissa † comperit tacita hypotheca, iuxta text. in l. vnica. S. & ut plenius. C. de rei vx. actio. & not. Docto. in l. 1. ff. sol. matr. Taliter q̄ iuxta terminos dictæ decisionis potest dictum Casale, vel Feudum consignari ipsi Magnificæ Aureliæ, vel eius viro pro dicta quantitate paragij, vel dotium promissarum.

Dicti autem Magnifici coniuges egerunt contra heredes dicti Magnif. Prosperi primogeniti, & successoris in eodem Feudo cum dicto onere dotandi ipsam eius sororem; quod heredes conuenti tam dicto tempore motæ litis, q̄ multo tempore post, possidebāt dictum Feudum, & egerunt actione tam personali, quam reali: in quo iudicio fecerunt, citari non solum Magnificam Victoriam tanquam baliā, & tutricem Magnificæ Iustinianæ, quæ successerat in Feudo, & illud possidebat, sed etiam

proprio nomine, ac etiam citauerunt dictum Magnificum Leonem, qui assistentiam petierat super dicto Feudo pro dotibus suæ filię; quo casu quando dictum Casale post dictam litem motam peruenerit ad ipsum magnificum Leonem virtute venditionis sibi factæ per ipsos conuentos, & in hereditate dicti Magnifici Io. Aloysij senioris nihil reperitur, vnde possit satisfieri ipsi Magnif. Aureliæ de dicto paragio, ut ipsi conuenti fatentur in 12. art. ipsorum in primo beneficio, quorum confessioni † statur non solum contra ipsos confidentes, iuxta text. in l. cum precum. C. de lib. cau. sed etiam contra ipsam Magnificam Iustinianam existentem sub tutela, & baliatu dictæ Magnificæ Victorix, ex quo fuit facta in iudicio per modum contentiosæ iurisdictionis. Ita Bar. in l. certum S. sed an ipsos. col. 2. ff. de confe. Non potest dubitari, quin possit haberi recursus ad dictum Feudum in subsidium, per suprascripta, maxime quando lite pendente, ac habens noticiam de ipsa lite, in qua fuerat citatus dictus Magnus Leo, emit dictum Feudum, † per cap. conuentus, & faciunt notab. dicta per Andr. & Præposit. in c. si vassallus de suo, si de Feudo fuer. contro. qui tenent, quod sententia lata † in re feudali præiudicat Domino, cui est apertum Feudum propter delictum vassalli, vel alio modo, & idem not. Andr. in c. 1. si de Feudo fuerit controuer. inter vassall. & alium, & not. Bart. in l. fin. de litigio, qui dicit; ibi esse casum, quod sententia lata potest exequi contra illum, ad quem res peruenit, lite pendente, & præsertim quia dicti Conuenti in defensionibus eorum nihil deduxerunt, quod sufficiat ad ipsos excludendum à dicta petitione paragij.

Nec obstat, si dicatur, quod dictum Casale non peruenerit ad ipsum Prosperum, & suos heredes tanquam heredes dicti Io. Aloysij Senioris, sed virtute donationis sibi factæ per dictum eius Patrem; ita quod paragium, quod est ad

ad instar legitimæ, non debetur, nisi de eo, quod remanet in hæreditate, iuxta tex. in l. Papinian. §. quarta. ff. de inoff. test. & per Docto. in auth. nouissima c. de inoff. test. Nam dictus Prosper erat filius primogenitus dicti Magnifici Io. Aloysij, & omnino successurus in dicto Feudo, taliter quod dicta donatio dicitur refutatio. † Ita Andr. in c. 1. §. & licet, per illum tex. de alien. feud. pater. & idem Andr. in cap. 1. §. sed & res, in princ. per quos fiat inuest. & idē Andr. in c. 1. in princ. de eo, qui fin. feci. agna. & idem Andr. in c. 1. §. fratri vero, de alien. Feudi. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum, vlti. car. vers. Septima declaratio de constitut. vbi se remittit ad Bal. in d. c. 1. 3. & 4. colu. de alien. Feud. taliter quod dictus Magnus Prosper tanquam omnino successurus, videtur habere Feudum ipsum iure successionis, non autem virtute assertæ donationis.

Et ad hoc accedat, quod si dictus Magnus Prosper habuisset dictum Feudum virtute donationis paternæ, mortuo dicto eius patre, nõ fuisset obligatus soluere Regiæ Curix releuium. † Ita punctualiter tenuit Andr. & ibi plene Affl. in c. 1. §. sed & res, 4. colum. per quos fiat inuest. Sed dictus Magnus Prosper post mortem sui patris soluit Regiæ Curix releuium pro dicto Feudo ad ipsum peruento per mortem sui patris, vt per fidem Regiæ Cameræ Summarix in actis productam clare apparet; propterea non potest ipse hæres prætere Feudum ipsum ad ipsum peruentum virtute donationis; quia hoc esset cõtra declarationem Defuncti sui principalis; quod fieri non posset, vulgata. l. cum à matrè C. de rei vendi.

Nec obstat, si dicatur, quod dicta donatio fuit facta contemplatione matrimonij contrahendi, vel contracti cum dicta Magnifica Victoria, quo casu cõsuetudo est donatio † propter nupt. & inter patrem, & filium valet, prout concludit Guid. Pap. decis. 145. incipiente, fuit etiam alia orta quæstio; nam dato,

quod donatio prædicta facta fuisset modo prædicto, illa censetur propter nuptias, durante tempore nuptiarum inter dictum Magnificum Prosperum, & ipsam Magnificam Victoriam; sed eodem matrimonio soluto, remanet pura † donatio apud hæres ipsius Magnifici Prosperi. Ita punctualiter tenuit Oldrad. cons. 151. incipiente, Si quis verba donationis: sed ipsa Magnifica Aurelia post mortem dicti Prosperi petijt paragium super dicto Feudo; quo casu quamuis dictum Casale remansisset apud hæres iure donationis, prout nõ remansit, illa donatio pro quantitate paragij reuocari deberet, tanquam inofficiosa, † iuxta not. per Barr. in l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. 2. qui allegat. l. omnimodo. C. de inoff. testa. & idem not. Bart. in l. 1. post glos. C. de inoff. dona. Et si ex aduerso dicatur, quod dicta donatio facta cõtemplatione matrimonij operatur, vt ipsa Magnifica Victoria sit securior in eius dote, & antefato, iuxta tex. in authen. dos data, & ibi glos. & DD. C. de donat. ante nupti. & videtur tenere Guid. Pap. d. decis. 145. taliter quod eiusdem Magnificæ Victorix respectu posset dici donatio ex causa onerosa, dicitur, quod ipsa Magnifica Victoria præterdit debere consequi p̄ eius dotibus, & antefato duc. 6000. sed dictum Casale fuit, & est valoris duc. 10. mil. & ex processu plene probatur, & per ipsum Magnificum Leonem fuit emptum pro duc. 7000. cum expressa promissione soluendi alios duc. 2000. in casu, quo tempus luendi datum ipsis hæredibus dicti Prosperi laberetur; quo casu ultra dictam summam duc. 6000. prætenforū per ipsam Magnificam Victoriam, posset ipsa Magnifica Aurelia reuocare dictam alienationem factam per dictum eius patrem. Ita punctualiter tenuit Bart. in l. non vsque adeo si quis à paren. sue. manu.

Nec obstat, si dicatur, quod contra dictos citatos, & conuentos, non fuit actum reuocatoria pro dicta quantitate competente ipsi agenti; nam actio inten-

intentata fuit congrua, stante quod quando hæredes dicti Magnifici Prosperi iure successionis tenebāt Feudum prædictum, vt supra fuit ostensum, & quando tanquam donatarij tenuissent, ex quo in supplicatione ipsorum coniugum narratur factum, videlicet, ipsam Magnificam Aureliam fuisse filiam dicti Magnifici Io. Aloysij, & sibi super dicto Feudo deberi paragium per possessores ipsius, petendo, sibi in narratis iustitiam ministrari omni modo meliori, potest sequi ¶ condemnatio ex illa actione, quæ magis congrue competere poterat. Ita p̄stualiter tenuit Inno. in c. cum dilectus de ordi. cogni. in 1. colum. in vers. iustitiam, qui dixit, quod illa conclusio generalis apta comprehendere plures actiones, bene procedit, & potest sequi condemnatio ex actione competente. & ibi Butr. in 3. colu. vers. ad tertium, & tenet Imol. in l. si cum nulla, de re iud. & est tex. in c. 2. de offic. ordin. in vers. petierat iustitiam, & not. Abb. in c. 1. 1. not. de offic. deleg. & ibi Imol. & Butr. & not. Butr. per illū text. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ el 1. extra vt lit. pend. & Scribentes in S. omnium de act. & sic cessant contraria.

## A D D I T I O N E S.

**A**D totum Argumentum cum sequentibus numeris summarij, Adde, quod in tantum dos de paragio sorori debetur, & etiam si soror nuptui tradatur, & maritus ei dotem constituat, non per hoc prohibetur petere legitimam, vel paragium in bonis paternis, de quibus non fuit dotata, maxime si ei fuerit dos constituta propter eius p̄lebritudinem, vel nobilitatem. Ita in specie Cōstitutionis Regni declarat Andreas in Const. in aliquibus, colum. 9. vers. per hoc patet: de quo meminit Neapod. in Consuet. si qua mulier, in vers. de bonis col. pen. vers. item si modicam, & per Affl. in vers. notab. in q. 9. & in materia Consuetudinis Ciuitatis Neap. tenet Neapoda. in Consuetud. Si moriatur, in glos. in vers. paragium, vers. sed quid si frater. Et quod pro consecutione paragij possit agi contra tertium possessorem bonorum feudalium, vltra allegata hic, meminit Neapod. in glos.

in vers. de bonis, in Consuet. Si qua mulier; & Fricia in secunda autoritate in tertio casu. in verbo, taxa autem. Gramma. in decis. 90. Decius conf. 633. Aimon. conf. 109. in subsidium tamen.

Ad num. 3. Quod paragium sit onus Feudi, & debeatur ad instar legitimæ, vltra allegata hic, tradit Andr. in c. 1. §. quid ergo, num. 6. de inuestitura, de re aliena facta. Capic. in c. Imperialem colu. 101. in paruis, late Cānetius in c. volentes fol. 100. vbi æquiparat vitam militiam, & paragium, & idem Cānetius in c. Si aliquem. fol. 332. num. 14. vbi dicit, quod dos de paragio debetur ex visceribus Feudi, & propterea dicitur feudalis, & onus Feudi.

Ad num. 8. & 9. vltra allegata hic, Adde circa intellectum capit. conuentus Capic. decis. 128. vbi concludit, etiam posse fieri executionem contra possidentem rem alienatam, etiam in actione personali in fraudem paratæ executionis, etiam nulla facta reuocatoria, citato tamen possessore. Ad idem Bald. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito; quem sequitur Paul. de Cast. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Rip. in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebell. Ro. Vinc. de Anna in suo fing. 28. qui dicit, sic fuisse iudicatum per Sacrum Consilium in causa Illustr. Victoriz de Tolfa cum Magnifico Annibale Galio.

Ad num. 10. & 11. Adde vltra allegata hic, & iste actus refutationis Feudi, qui fit in proxime successurum, sapit vim vltimæ voluntatis, cum sit quædam præuentio, & retinet omnes qualitates vltimæ voluntatis, quia soluitur releuium, vita, & militia, & paragium sororum, licet fiat inter viuos, vt latius per Io. Vincentium de Anna in alleg. 23. qui dicit, sic fuisse decisum contra ipsum in causa Magnifici Fabij de Gesualdo, & idem dicit in repet. cap. primi, in tit. de vassall. decrep. zcat. nu. 224. cum seqq. in rubr. & proinde illa decisio in causa Magnifici Fabij Gesualdi erat p̄nqualiter in casu nostræ allegationis, quia donatio erat facta contēplatione matrimonij, & tamen fuit decisum, deberi releuium, vitam, & militiam, & paragium, & sic illa decisio concordat cum hac allegatione mei Genitoris, & ad idem adest consimilis allegatio mei Genitoris in ead. causa Magnifici Fabij Gesualdi 28. nu. 3. quæ videatur.

Ad nu. 15. & vltim. Adde vltra dicta per meū Genitorem hic, quod illa clausula (omni meliori modo) posita in fine supplicationis, facit, vt illa actio videatur intentata, quæ magis congruit, & prodest supplicanti.

canti. Ad idem Decius in consil. 62. in causa, quæ agitur.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

### SVMMARIVM.

- 1 Testatoris voluntas est lex, quæ omnibus præfertur.
- 2 Testatoris voluntas illa etiam dicitur, quæ ex coniecturis colligitur.
- 3 Dispositio ad pias causas habet multa priuilegia.
- 4 Disponentes in piâ causam, actus suos, & mentes ipsi Deo dirigunt.
- 5 Vouens dare certum quid Ecclesie potest compelli ad faciendum, licet nemo pro Ecclesia recipiat.
- 6 Vouens intrare Religionem etiam in genere cogetur eligere saltem unam ex approbatis.
- 7 Si quis dicat, se velle instituire heredem Ecclesiam, habetur pro institutione, & pro testamêto.
- 8 Succedendi duplex est modus, ex testamento, & ab intestato, & inter eos medium non datur.
- 9 Declarans amicis ad hoc conuocatis voluntatem suam in dispositione suorum bonorum, bonum titulum præbet succedendi ei, quem nominauerat.
- 10 In actibus pijs testium rogatus remittitur.
- 11 Testium probationes lex Iudicis arbitrio committit.
- 12 Testes, qui deponunt de actu multiplicabili, non sunt singulares, sed vniuntur.
- 13 Duo testes contestes in dispositione ad pias causas sufficiunt.

14 Testes salariati, quamuis non sint idonei testes, non ex hoc eorum dictum annullatur.

15 Verba enunciatiua in pia causa dispositionem inducunt.

16 Hospitale gaudet priuilegijs Ecclesie.

17 Actus disponetium in ultima voluntate non tolluntur solo nutu, sed per solemnem posteriorem dispositionem.

18 Nemo præsumitur velle Deum fallere.

19 Animus loquentis ex verbis iudicatur.

### ALLEGATIO 36.

**D**E testamêto imperfecto ad pias causas. Pro Venerabili Ecclesia Annunciatae Auerlæ.



Via agitur de obtinendis bonis nobilis quon. Ioannelli de Liocta, & plures de illis disceptant, illum puto potiora iura habere, quem vocat testato-

- ris voluntas, quæ in successibus totum facit. ff. de hæredib. instit. l. ex facto. S. rerum, & non solum ea per se valet, nam alibi legem ea iura appellant.
- 1 Auth. de nupt. S. disponat, sed lex ipsa illam omnibus præfert, ad quod de conditio. & demonstrat. in conditionibus. C. de lega. l. cum quæstio. C. de fideicom. l. cum virum: & dicitur voluntas ea etiam, quæ ex coniecturis colligitur, quæ maxime in ultimis voluntatibus valet. ff. de leg. l. licet Imperator, per Bar. facit de condit. & demon. l. cû Autis, & de leg. 2. l. cû proponeretur in fi. Quando igitur voluntas dicti quon. Ioannelli fuit & expressa, & tacita, vt venerabile Hospitale Annunciatae Ciuita-



titatis Auerſæ integra eius bona ha-  
 beat, ea ſequenda eſt. Primum itaq;  
 exordior pro dicendis, quod inter cæ-  
 tera, quæ Eccleſijs à lege dantur, quæ  
 proſequere tanquam ſparſim collecta  
 per Roma. C. ad leg. falcid. auth. ſimili-  
 ter illud eſt, quod ſcilicet laxiori habe-  
 na diſponitur in piam cauſam † quam  
 3 in profanam, & hoc voluit facere l. 1.  
 ibi habeat vnusquisque &c. de Sacroſ.  
 Eccleſ. per quod, vt ibi dicunt omnes  
 Scribentes, remittitur anfractus nume-  
 ri teſtium, eorumq; rogatus, & alia mul-  
 ta, de quibus & ibi, & per Canoni. in  
 c. relatum, & c. cum eſſes, de teſtam. &  
 4 hoc non ſub alia ratione, † vt opinor,  
 niſi quia diſponentes in piam cauſam,  
 actus ſuos, & mentes Deo ipſi dirigunt,  
 dicente ipſo, quod vni ex minimis meis  
 &c. & facit optime l. 1. S. ad municipiũ,  
 ibi, quæ Deo relinquitur ad l. falcid. ad  
 quod etiam. l. nõ diſtinguemus. S. ſacer-  
 dotio. ff. de arbitr. qui cum ſit præſens  
 vbique, & ipſe ſit totum, lex non quæ-  
 rit teſtium copiam, ad quod 12. q. 1. c.  
 ſcimus, per quem tex. dicit ibi Archid.  
 5 † quod vouens dare certum quid Eccle-  
 ſiæ, poteſt compelli ad faciendum, licet  
 nemo pro Eccleſia recipiat, nam eſt qui  
 6 recipiat, ſic etiam † vouens intrare Re-  
 ligionem etiam in genere, cogetur eli-  
 gere ſaltem vnã ex approbatis, per  
 Innoc. in c. porrectum de regu. & habe-  
 tur in c. licet de voto, & not. Abb. in  
 c. ex parte, de cenſib. ad quod optime  
 facit l. illud in glo. C. de Sacroſan. Eccl.  
 vbi quod licet ſiquis donationis titul.  
 inter viuos donet Eccleſiæ, dubitatur  
 de validitate dictæ donationis. Tñ eſt  
 ſecus, quando diſpoſitio dirigitur in vl-  
 timam voluntatem, quia valebit tunc  
 ſine dubio, & eam omnes ibi ſequuntur.  
 Veniẽdo modo ad rem ipſam, mihi vi-  
 detur ſine dubio, quod dictum Hospi-  
 tale habeat fundatã intentionem ex  
 clara teſtatoris diſpoſitione, quæ, vt  
 probatur per multos teſtes, fuit iſta: dixit  
 enim pluries, & pluries teſtator, hanc  
 eſſe mentem ſuam, quod ſcilicet San-  
 cta Maria Annunciatę de Auerſa poſt

mortem ſuam haberet omnia eius bona :  
 hæc enim verba bene conſiderata,  
 cum non habeant tractum futurum, pu-  
 ta, ſi dixiſſet teſtator, hanc eſſe mentem  
 ſuam, velle inſtituere hæredem hospi-  
 tale ipſum, ſed ſimpliciter declarauit  
 ſuam intentionem, vt ſupra, & ſic di-  
 ſpoſuit: diſpoſitio dicitur valida, &  
 erit quæſitum ius hospitali, vt in caſu  
 7 noſtro reſpondit † Paul. de Caſtr. in  
 conf. 456. volu. 1. in nouis, vbi ſi quis  
 diſponit poſt mortem ſuam, eius bona  
 eſſe Eccleſiæ, diſpoſitio tanquam per-  
 fecta erit valida, & per eam quæritur  
 ius immediate Eccleſiæ, & ibi, & diſcu-  
 tit. l. Pamphilo. S. proſoſitum, de leg. 3.  
 & quia in caſu iſto volũtas dicti Ioan-  
 nelli fuit perfecta in ſui declaratione,  
 non erit curandum, ſi in ceteris erit im-  
 perfectio, quia attendenda eſt perfectio  
 volũtatis, quæ in caſu iſto iam patet,  
 & hæc in caſu noſtro conſiderat idem  
 Paul. in multis conſilijs, vt Deci. tra-  
 dit 4. vol. conf. 485. nu. 14. & 15. & ſe-  
 cundum prædicta non curabo de his,  
 quæ late deducit idem Deci. conf. 159.  
 vol. 1. quod videtur contra, quia loqui-  
 tur in caſu diuerſo de eo, ſcilicet, qui  
 dicebat, ſe velle inſtituere hospitali ali-  
 quod, quia ibi diſponẽs nõ ſe firmavit,  
 ſed dixit adhibendum Notarium, quo  
 caſu fuit tractatus diſponendi potius, q̃  
 diſpoſitio, ſed hic iam plene diſpoſuit,  
 teſtator dicendo. *Voglio, che quanto  
 baggio dopò la morte mia ſia dell' Annun-  
 tiata.* vt per plures teſtes, & hæc di-  
 ſpoſitio ſic nuda ciuili ſolemnitate, li-  
 cet proprie non poſſit dici teſtamentũ,  
 dicetur tamen vltima voluntas, vt di-  
 xit Bart. in d. l. 1. col. ante pen. ibi quar-  
 to quæro, an talis de Sacroſ. Eccleſ. &  
 per hanc diſpoſitionem præſtatur bo-  
 nus titulus ſuccedendi, licet enim dix-  
 rit. Bald. in tit. de ſucceſſ. feud. in vſib.  
 8 feudo. quod † ſuccedendi duplex eſt mo-  
 dus, ab inteſtato ſcilicet, & ex teſtame-  
 to, nec datur medium, tamen vide bo-  
 nam gloſ. C. de pact. in l. licet, in verſ.  
 compendium, vbi quod datur etiam vl-  
 tima quædam voluntas ſic in abstracto

con-

considerata, & quidem succedendi mo-  
 dus non sic angustatur, vt dicebat Bal.  
 sed multiplex est successionis species, vt  
 colligit Dalphin. q. 543. ex quibus cla-  
 re colligitur, cum testator disposuerit  
 perfecte, vt supra dixi, ex ea dispositio-  
 ne, mortuo eo sine alio testamento, fuis-  
 se quæsitum ius dictæ Ecclesiæ Annun-  
 ciatæ, & suadet hoc pulchro tex. insti-  
 de milita. testame. S. cæterum, vbi mi-  
 9 les declarans voluntatem † suam in di-  
 spositione suorum bonorum, Amicis ad  
 hoc conuocatis, dat bonum titulum  
 succedendi ei, quem nominauerat, sed  
 cum in casu nostro deliberate ab ipso  
 defuncto dictum fuerit, se velle, vt eius  
 bona post mortem suã sint Sanctæ Ma-  
 riæ Annunciatæ de Auerfa, etiam quod  
 ad hoc illi, coram quibus sic fuit dictũ,  
 non fuerint conuocati, si quidem in  
 his pijs, vt dixi, remittitur testium ro-  
 10 gitus, † vt per Scribentes in d. l. 1. de  
 Sacrosan. Eccles. & de deliberatione  
 eiusdem in hoc disponendo liquet ex  
 actibus multiplicatis, qui ideo magis  
 considerantur, quam simplices, quia  
 deliberationem arguunt, & dispositione,  
 & text. hic videtur multum stringere,  
 etiam quod loquatur in milite, quẽ in  
 larga testandi facultate non est dubi-  
 tandum, tenere dispositionem, vt in l. 1.  
 ff. de test. mili. est similis disponenti ad  
 piam causam.

Si autem diceretur, quod voluntas  
 Hospitalis non sit probata tanquam  
 per singulares testes, & salariatos ip-  
 sius Hospitalis, quæ duæ qualitates de-  
 bilitant penitus dicta testium, puto ad-  
 uertendum, quod in materia probatio-  
 11 num lex totum committit Iudicis † arbi-  
 trio. ff. de test. l. 3. S. tu magis, vt sic di-  
 xerit mirabiliter Bart. ff. de infamib. l.  
 Lucius, quod si dicta testiũ clare pro-  
 bent, & iudicis animo non sedeant, po-  
 test ea respuere forte, quia non verifi-  
 milia, & ex aduerso etiam quod testes  
 sunt singulares, poterit tamen Iudex, si  
 ei videbitur, illis fidem adhibere, vt tra-  
 dit not. Paul. de Castr. in l. admonendi  
 de iur. iuran. quod dictum omnes Scri-

bentes ibi post eum sequuntur, & exclamant.  
 Cum igitur testes hospitalis de-  
 ponant verisimile, quod est ex eo, quia  
 erat solitus Ioannellus mortuus locis  
 pijs benefacere, eis est credendum, etiã  
 si essent singulares, ex vi verisimilitu-  
 dinis, extra de præsumptio. quia verifi-  
 mile per Abb. & de hoc multa conge-  
 rit Tiraqu. in l. si vnquam, in princ. nu.  
 37. cum seq. de reuoc. donat. ex eo. n.  
 quod erat solitus alijs Ecclesijs bene-  
 facere, vt probatum est, & deducit et  
 Pars aduersa Vincentij prætensi fratris,  
 resultat verisimile, argum. de nego. ge-  
 sto. si negotia cum simili: nec est dubi-  
 tandum de prolatione dictorum verbo-  
 rum, cum illud affirmet prædicta pars  
 dicti Vincentij, licet cum alijs qualita-  
 tibus, quæ nõ sunt veræ, vt dicitur, con-  
 siderando tamen testes dicti hospita-  
 12 lis, quia † deponunt de actu multipli-  
 cabili, quod potuit verisimiliter dici in  
 partibus diuersis, non dicuntur singu-  
 lares, sed vniuntur: sic Bal. in l. de qui-  
 bus colum. penu. de legi. & in l. testium  
 nu. 15. C. de testib. & si esset, non esset  
 singularitas, quæ obstarat, sed vnus al-  
 teri adminiculetur, quo casu nec sin-  
 gularitas obstat. Deci. conf. 650. nu. 10.  
 vol. 5. Accedit etiam dictorum testium  
 honestas, & boni mores, per quæ etiam  
 singularibus testibus credendum est  
 per suprascripta. Sed hæc dicta sint ex  
 abundantia, ex quo ex testibus in primo  
 13 beneficio pro parte dicti hospitalis cõ-  
 cesso, sunt duo cõtestes, † de quorum fi-  
 de dubitandum non est, & isti duo so-  
 li sufficiunt in hac dispositione ad pias  
 causas, & hæc est communis opinio,  
 quam tenet Cardin. in conf. 73. puto de  
 iure col. 1. sequitur Deci. conf. 284. nu.  
 7. vol. 2. & de hoc etiam plene Roman.  
 in d. auth. similiter 34. speciali piæ cau-  
 sæ in vltimis voluntatibus.

Nec pariter erit curandum de qua-  
 litate illa, quod scilicet testes sint sala-  
 riatati hospitalis, cum etiam, salariatis de-  
 14 ductis, sit fundata intentio † hospitalis  
 per iam dictos testes, de se tamen illi et  
 sufficiunt, quod enim dicitur, salariatos  
 esse

esse suspectos, vt per Rot. 12. Deci. in tit. de testib. in nouis, ex hoc non penitus annullatur eorū dictum, sed debile aliquantulum sit; tunc succedit regula, quod in his pijs relictis etiam inhabiles admittuntur, & fortiori inhabilitate, quam sit hæc opposita, vt habetur per Scribentes in dicta l. 1. Accedit etiam dicta testium honestas vitæ, & bona fama, quæ inhabilitatem huius famulatus tollit, extra de testib. C. in literis per Innoc. post glos. ibi, & si hæc non sufficiunt, supplet numerus. ff. de testib. l. 3. in vers. numerus, & ibi glo. & quia si dictum Hospitalale obtineret non tantum bona hæc, de quibus agitur, sed alia maiora, ipsi nullum commodum sunt sensuri, res non dicitur ad eos spectare. ff. de leg. 1. l. Ciuitatibus, ideo sunt boni testes pro eorum Ecclesia, per nota. à Scribenti. ff. de rer. diuis. l. in tantum, & accedit, quod isti non sunt alias mercenarij, vel viles, sed Presbyteri in Sacris, quibus eorum Religio, maxime in testificando, multum tribuit, vt est dictum, immo in cap. cum R. de offic. deleg. vbi de fratre religioso loquitur qui pro fratre amittitur, licet alias contra. Ex quibus potest bene colligi, fundatam esse intentionem Hospitalis ex clara, & deliberata, & perfecta voluntate defuncti, quæ etiam quod potuisset dici prolata incidenter, & enunciatiue, † hoc tamen impedimētum nō est, quia in piam causam per enunciatiua bene disponitur, vt late deduxit Roman. in d. auth. similiter, & in nostro casu cōsiderauit Paul. de Castr. in d. conf. 456. per quod videretur quæstio decisa, nec refragatur, q̄ omnia prædicta possent esse vera in Ecclesia tantum, & nō in Hospitali, quia hoc tollitur per text. in l. omnia, vbi Bar. C. de Episc. & cler. 16 & ex eo quod † not. Abb. in c. 2. in 2. not. de consuetu. quod scilicet Hospitalale gaudet Ecclesiarum privilegijs.

Et si superius deducta sunt vera (vt opinor) scilicet quod verba dicta à loānello quōdam. *voglio, che dopo la morte mia. l' Annuntziata d' Auersa sia herede.*

inducant dispositionem, non militabūt fundamenta partis aduersæ. Et primo quod prope tempus mortis Vincentius protulerit verba aliqua, quod scilicet nullatenus esset relictum de bonis suis quicquam dicto Hospitali, ex quo hoc non est per idoneos testes probatum, & si esset, quis diceret, quod post quæsitū ius dicto Hospitali per illa verba sit ei in aliquo derogatum per subsequētia? prima enim dispositio sic vocata, vt dixi, vltima voluntas, si volebat tolli, erat hoc faciendum per eque idoneū actum, insti. ex quib. caus. testam. infirm. S. postero. quia actus disponentiū per vltimam voluntatem non solo nutu tolluntur, † sed per solemnem posteriorem dispositionem. ff. de leg. 3. si iure, & ibi Bar.

Nec est considerādum pariter, quod Pars deducit, ideo testatorē protulisse dicta verba in fauorem Hospitalis, quia sic diligebatur à Superioribus, neq̄ amouebatur ab officio, & gubernatione dicti Hospitalis tanquam à re sibi multum accepta, hoc enim nullius momenti est, & quia non probatur à suis testibus, qui omnes deponunt de auditu, & quod hunc sensum in mente sua non habuerit, tenendum est omnino, quia alias fuisset delinquere, in fallendo sci- licet Deum, † quod non est præsumendum per iura vulgaria. Sed quid ista quærimus? nam quod mens sua talia proferentis fuerit bono zelo ducta, arguitur ex verbis, ex quibus animus lo- quentis iudicatur, † not. Bald. ff. de excu. toto. sed & reprobari in prin. & dixit Bald. in l. generaliter in 1. not. C. de non numer. pec. quod nullum est maius mētis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta verborum, quæ dicta, vt not. à plerisq; & Modernis, & Antiquis, post eum extolluntur, sic per illa verba eo modo prolata, tanquam indicantia mentis conceptum, fuit Hospitali prædicto quæsitum, si tamen aliter sentiebat proferendo ea verba; quod, vt dixi, non est tenendum, imputet sibi, qui mentis suæ animum non

7 non exhibuit. C. primo, ibi licet voluntatem habuerit, & ibi Glos. & Abbat. extra de eo, qui mitt. in possess. & facit de hered. institu. l. quidam cum filium. vers. non sufficit, testatorem ita voluisse, nisi disponat, & ibi not. DD. secundum quos ibi sic limitantur iura omnia dicentia, seruandam esse mentem defuncti, hoc erit verum, nisi aliter verba sonent; quod extollit Alex. & Ias. in l. si quis filium in fin.

Vide in allegat. Iacob. Anton. de Mauro Patris 42. qui in eadem causa scripsit diuersimode, sed non contrarie.

#### ADDITIONES.

**A**d confirmationem dictorum per meum Genitorem pro Ecclesia hic, Vide Betacchin. in tract. de Episcopis 2. par. lib. 1. quzst. 1.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SUMMARIVM.

- 1 *Arctans se in expectando mandatum, non caret culpa.*
- 2 *Locator tenetur ad remissionem mercedis, & ad interesse, quando Conductor habuit impedimentum, & Locator illud impedimentum non reuocauit.*
- 3 *Reuocatio impedimenti ad hoc, ut proficit, est necesse, quod res sit integra.*
- 4 *Interesse passum, vel redditus fundi, qualiter probetur.*
- 5 *Descripta in libro priuato ab homine probata fidei, sunt tenenda, ut vera.*
- 6 *Natura probationum talis est, ut unus testis alium adiuuet.*

#### ALLEGATIO 37.

**I**N causa Excomputorum, siue remissionis mercedis ob impedimentum.



Quam in presenti causa Magnus Sebastianus concludenter probauit, impedimentum Regiæ Dohanæ, & Illu. Comitum scientiam, & nullâ

eius diligentiam in amouendo impedimentum tale, fundata est primo loco, sua intentio, quod dictus Illust. Comes teneatur nedum ad mercedis remissionem, verum ad reficiendum id, quod percepisset colonus, impedimento cessante, secundum regulam, quam dat in hoc tex. ff. loc. l. si fundus, ibi nam, & si colonus tuus tener. Bald. C. eod. in l. si de fundo, in princ. Sciebat enim Comes, & scire necessario debebat, Regiâ Dohanam solere talia mandata expedire, & in hoc ipse habebat legem decreti Regiæ Cameræ, vt ex hoc non debuerit se arctare ad procurandam reuocationem impedimenti prædicti, & sic se arctans in expectando mandatum non caret culpa, & quidem maxima, argum. ff. si quis caut. l. 2. §. si quis tamen cum posset, & maxime cum talia de facili tolluntur, comparantibus Dominis in Regia Dohanâ, vt ex hoc non debuerit reputari difficilis dicta reuocatio, argum. de leg. 1. l. idem Iulianus in fine, & ne contingat postea dici per Dominum Comitem, ob causam talis impedimenti nil posse pretendi, cum non appareat, illud cauasse damnum, & sic etiam si impedimentum non fuisset, pascua vendita non essent, per text. ff. ad l. Rodiam de iactu. in l. fin. §. si ea conditione: probatum est optime per testes, quinque massarios concurrisse, vt herbas emerent, & ob impedimentum Dohanæ vacuos

eius reddidisse, ut scit ipse Magnif. Sebastianus, dicatur impleuisse ex parte sua in probando, quod si impedimentum non fuisset, solitam percepisset commoditatem, concludatq; per hoc, de iure suam petitionem procedere, per tex. ff. de re mil. in l. qui com meatus; tenet Alex. conf. 49. num. 5. volum. 2. & Dec. conf. 454. num. 6. volu. 3. nec poterunt calumniari dicta testium, qui id deponunt, & quod sint varij, & suspecti de falso, postquam concludens illorum depositio, & rei verisimilitudo, de qua deponunt, suadent, optime concludere, quicquid ex aduerso prætedatur: si igitur damnum accidit causa dicti impedimenti, quod si non fuisset, probatur, damnum non contigisse, non est debitum procedere petita refectionem interesse. Nec potest prodesse ꝑ dicto. Illustr. Comiti reuocatio, quæ præteditur, impedimenti prædicti, ut pote sera, & non inueniens rem integram, & postquam fuerat adempta comoditas emptorum, quo casu quælibet diligentia domini locatoris in aliquo non prodest. Hic est casus, qui in specie decidit questionem, de qua agitur, in l. rem quandam. ff. de dolo, qui considerat, solum impedimentum causasse ademptionem comoditatis eorum, qui concurrunt ad rem emendam, idem dicit text. not. ff. loc. l. si in lege locationis. §. colonus, vers. quod si paucis diebus, ibi omniaq; colono integra sunt. Quæ iura postquam solum considerant commoditatem emptorum ademptam, & impedimentum cessans non inuenire rem integram, tollunt penitus quod Illustris. Comes prætedit, potuisse herbagia vendi etiam post dictam reuocationem, quia licet hoc in facto non procedat, ut concludentius suadent probationes Magnifici Sebastiani, quando tamen sic esset, istud non excusabit. Et quod nullo modo profuerit dicta prætena reuocatio, probatum est, & quidem per testes maiores num. quam sint Illustr. Comitis, dictam reuocationem fuisse nimis seram, & eo tempore, quo cessauerat iam congruum,

& aptum tempus locandi defensas, quod erat in Mense Octobris, & Nouembris, ut ex hoc alio capite nil seruerit reuocatio prædicta.

Et quod sit concludentior probatio Magnif. Sebastiani in hoc, suaderetur ex probatione vtriusque partis, quæ concludit frequentius, & commodius solet vendi defensas dictis mensibus Octobris, & Nouembris, quod patet etiam ex ipsis locationibus sepius factis dicto consueto tempore, post quod tempus, quia non est probatum de sic frequentibus locationibus dictis Mensibus Decembris, & Ianuarij, ergo concludentior probatio dicti Magnif. Sebastiani tanquam verisimilior, non enim est credendum, Dominos animalium expectare velle rigorem hyemis, & prouidisse pro eorum animalibus.

Si igitur impedimentum verum fuit, & ob illud pascua non vendita, superest verificare, quantum fuerit istud damnum passum causa talis impedimenti, quod clare liquet ex probationibus ipsius Magnif. Sebastiani, quæ concludunt, fructus anni, de quo agitur, ascendisse ad scutos 2000. & hoc ex qualitate fertilis, & abundantis herbarum, quæ erat dicto anno, & ex solito præcedentium annorum, & hæc est forma probandi dictum interesse, quam instruit ꝑ Bar. in l. in hac. ff. de op. no. nuncia. & ita dicit Bald. probari redditus loci. C. de fructib. & lit. expen. l. 1. nu. 24. ibi quæro, quando probetur, licet etiam in specie testes deponant, territorium, de quo agitur, anno impedimenti potuisse reddere dictos duc. 2000. in circa, bonitate, & abundantia herbarum.

Postquam igitur ex tali probationum qualitate apparet, commodum, quod poruisset percipi ex territorio certum, fuisse perditum ex causa impedimenti prædicti, non poterit hoc damnum mæderi ex eo, quod Illustr. Comes prætedat, Magnif. Sebastianum fuisse vium territorio, ex quo. n. fundat suam intentionem Magnif. Sebastianus in certitudine interesse ob venditiones non factas suo

tempore, quod prætendat Comes, tale damnum fuisse restauratum ex vsu herbagiorum, debet probare, cum reperitur actor in tali eius replicatione, & nõ sequitur, in tali territorio pasculaerunt animalia aliqua tempore cõgruo, ergo percepta est commoditas solita, in quo dubio pro veritate indaganda possent circũspecti Arbitri, q̄ vere fuit perceptũ ex tali territorio compẽsare, ex lectura libri manu Io. Mariæ Alimenæ scripti, pro vt ijdemet Domini in alio laudo fuerunt experti, & cognoscent, quam veræ sint lamentationes, & cõpaciendę Magnific. Sebastiani, qui in dicto libro expensarum, & introitus de quadrante, vel minimo rationem reddit, vt ex hoc

5. quod iste liber flicet priuatus cõtineat omnes fere partitas in eo descriptas verissimas, credendum sit etiam in omnibus. ita Aimo. conf. 198. num. 6. qui cõmendando bonam qualitatem conficiẽtis librum, si alias est homo probatæ conditionis, dicit, esse adhibendam fidem in omnibus, ita Aimo. conf. 198. num. 6. qui commendando bonam qualitatem conficiẽtis librum, si alias est homo probatæ conditionis, dicit, esse in omnibus adhibendam fidem.

Nec obstabit, quod prætendit Illust. Comes, Io. Mariam potuisse vendere pascua ante impedimentum, & sic de Mense Octobris, & Septembris, & non expectare mensem Nouembris; nam licet non cogebatur rem vendere primo venienti, & poterat non expectare comodiores emtores, qui plus fuissent oblaturi, erit tamen considerandum, quod si contigisset vendi defensas, & accidisset postea impedimentum Dohanæ, emtores, ne perirent animalia prouidissent eis de alijs pascuis, & hoc totum damno ipsius Magnifici Sebastiani, qui isto casu duplex sensisset incommodum, & lucrum perdere, & alteri interesse reficere, ad quod fuisset iam obligatus, vt optime considerat rex. in d. l. si. in lege. S. colonus, ibi nam, & qui expulsus. ff. loca.

Effet reliquũ respondere vanis objectionibus, cum reuerentia, quę sunt ex aduerso contra testes Magnifici Sebastiani, qui deposuerunt de dāno ab impedimento causato, quod illi scilicet suspecti sint, quæ tamen dicta non sunt calumnianda † secundum Bal. in L. de quibus colu. si. vers. sed quid si testis. ff. de legib. sufficet dicere, quod ille testis, qui deponit, q̄ de mense Septemb. Octob. & Nouemb. ob impedimentum non potuerunt vendi, quia includit dictum mensem Nouẽb. & sic impedimẽti tempus recipiat cõcordiam ab alijs, qui in specie deponũt de tpe impedimenti non se extendentes ad mensem Septẽbris, & Octob. est enim talis natura probationum, vt vnus testis alium adiuuet secundum Angel. ff. de legib. in l. in ambigua.

#### ADDITIONES.

**Q**uod ob impedimẽtũ fiat remissio mercedis, Vide Franciscum de Aretio conf. 139. qui concordat cum dictis per meum Genitorem hic.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SVMMARIVM.

- 1 *Rei existentia non apparente, nulla realis datur actio.*
- 2 *Si concessa est extractio frumenti à Regno, datur poenitentia, & nullum cessionario est ius questum.*
- 3 *Cessio in iuribus in corporalibus idem operatur, quod traditio.*
- 4 *Cedere nil aliud est, quã discedere, & alium loco sui ponere.*
- 5 *Donatarius contentus esse debet eius, quod donans elegit, dummodo electio non fiat de peiori.*

o Qui

6. *Qui habet facultatem eligendi, quando possit variare.*
7. *Quod est in obligatione, attēditur, non quod in facultate soluendi.*
8. *Eligens modum duriores est restituendus.*
9. *Ne remaneat Regnum exhaustum frumento, solent Tractae iam concessae denegari.*

## ALLEGATIO 38.

**E**Xtractio frumenti à Regno quando concedatur. Pro Regio Fisco contra Illust. Io. Andream de Oria.



Vbiū præsentis quæstionis in eo cōsistit, vt inspiciamus, quid actum sit inter Illust. Io. Andream, & Regium Fiscum, vt ex hoc sciatur, quæ sint inuicem

actiones subortæ. Donat Rex Io. Andree duc. 6000. & vt illos cum effectu habeat, concedit facultatem extrahēdi frumentum vsq; ad illam summam per Reg. Cam. iam liquidatam; videamus quæ sit ex hoc actio quæsitæ, vt peti possit obseruantia cōcessi, & certe realis non: nulla enim rei existentia ¶ apparet, & proinde nulla realis actio. ff. de rei vendi. l. si in rem in princ. eritq. necesse fateri, quod Ioannes Andreas ex concessione sibi facta facultatis extrahendi habet Regem obligatum ad obseruantiam, & proinde personalis actio sibi competit. ff. de actio. & obligation. l. actionum genera. §. in personam. Ex hoc fiet, quod mutuo dissensu potuerūt partes recedere. ff. de reg. iur. l. nihil tā naturale. ff. de pact. l. ab emptione.

Quod autem Io. Andreas contentus remanserit, sibi dari pecuniam, Vos omnes Domini iudicaturi audiuitis.

2. Nec dicatur, quod iuri alteri ¶ quæsitæ per vēditionem Tractarum, nil po-

terat in contrarium declarari; quia aduerto, quod in hac facultate concessa extrahendi frumentum respectu concedentis est semper res integra, vt possit penitere, antequam extractio fiat cum effectu, & ante illam non est concessionario ius quæsitum: plene text. est in l. qui saxum. ff. de donatio. in quo text. Paul. de Castr. aduertit duo. Vnum si ante realem extractionem concessionario sit ius adeo quæsitum, vt non sit locus penitentiae: & dixit, quod non. Immo permessa est penitentia. Alterum si cōtra penitentem datur actio ad interesse, & tenet, quod sic. Istud vltimum in casu præsentis non habet locum. Dato dicto consensu Io. Andree, sequitur, quod in sola pecunia donata restat Regia Curia debitor, & quod ex illa sola concessione facultatis extrahendi concessa non sit quæsitum ius possessionis, facit bonus text. in l. quarundam. ff. de acquir. posses. ponderando, quod ibi Iurisconsultus requirat vltra facultatem extrahendi ligna concessam, quod cōcessionarius vltra sit progressus in apponendo custodem, vel aliud faciendo. Ex hoc fit, nō interuenisse traditionem in casu, de quo agimus. Solutio pretij pariter adaptari non potest, non enim emebat Io. Andreas, sed sibi donabatur; ita vt res omnino dici debeat integra, vt not. in l. i. C. quando lice. ab empt. disced.

3. Si dicatur, quod postquam sumus in iuribus in corporalibus, idem operabitur cessio illorum respectu, ¶ quod traditio in rebus corporalibus per glo. in l. si. C. quādo Fiscus, vel priu. & tenet Bart. in l. is, cui. §. si. in si. ff. vt in poss. lega. Aduerto, quod termini non sunt pares; nam quando de cessione loquimur, personam concedentis, & concessionario contemplamur, rursus & iuris, vel actionis substantiam, quam contra debitorem celsum habemus, & ideo nil aliud est ¶ cedere, quam discedere, & aliū loco sui ponere, vt considerat Bal. in l. ex legato i. oppo. C. de lega. in casu nostro Rex nō cedit contra alios, sed



volens munificentiam suam exequi, donat facultatem extrahendi, quæ sibi soli competit, & proinde dicta regula locum non habet, vt considerat etiam dicta glos.

Aduerto vltius. Quid est hoc, de quo tractamus? Rex donat Io. Andreæ certam pecuniam; ex hac donatione quaritur ius, vt Rex donans cogatur perficere, iam quod vicem legis ille contractus donationis obtinere debet. C. de donat. inter vir. & vxor. l. donationes, quas Diuus. In hoc stat principalis dispositio fauore donatarij; quod autem pecunia donata solvatur hic, vel illic, quia totum hoc positum est in executione, non censetur alterata dispositio: ad not. in clem. prima de præben. † & ideo donatarius contentus esse debet eo, quod donans eligit, dummodo non fiat electio de peiori. C. de donatio. l. si quis argentum in princ. & S. 1. Elegit Regia Curia velle soluere pecuniam donatam: audienda est, non obstante quod prætendatur, semel elegisse consignationem Tractarum; postquam hæc electio competit ex eodem contractu donationis, & hæc est differentia inter contractus, & vltimas voluntates, † vt in illis electio prima vice non consumatur, sed adhuc duret facultas eligendi, in istis non. ff. de optio. lega. l. apud Aufidium, & in l. legato generaliter, de leg. 1. Quod si ordinem procedendi attendamus, vere prætendi non potest, expeditionem Tractarum consignatam fuisse, quæ statim recuperata fuit. ff. de solutio. l. qui sic. Fingamus, qd Io. Andreas, cui prætenditur consignata expeditio extrahendi, & postea ablata, contenderet velle suam extractionem, & nollet contentari de pecunia donata, esset ne audiendus? certe non. Per supradicta minus audiri debent qui ab eo causam prætendunt. ff. de reg. iur. l. nemo plus iuris.

7 Vt supra dixi, postquam Rex donauit pecuniam, & ex hac sua donatione est iam obligatus, certum est, quod in obligatione est summa donata, Tractæ

vero sunt in facultate soluendi. Casus est in l. si quis stipulatus sit decem mille, de solu. Ex hoc fit, quod ante litem contestatam semper est in electione debitoris, per dictum text. & proinde cum Io. Andr. nedum ante oblationem pecuniæ non fuerit litem contestatus, sed per taciturnitatem remansit contentus, non debet ultra audiri habens ab eo causam, si contrarium petat.

Et quod in facto procedat intentio Fisci, aduertatur. Post dictam gratiam concessam Io. Andreæ, literis Regis iam ad suam Excellentiam transmissis, committitur Camera, quod liquidet pecuniam donatam, & referat cum voto circa Tractas; exponitur consultatio die vltimo Iunij 68. quæ principaliter fundatur in abundantia Regni. Sua Excellentia mandat, exequi consultationem; & provisiones expediuntur die 27. Iunij, & licet illæ fuerint consignatæ hominibus Io. Andreæ, in continenti tamen recuperantur ab eorum manibus, & expresse denegatur dicta extrahendi facultas, & offertur pecunia donata, & in hoc aduertatur. Nam licet fuisset instatum pro dictis provisionibus, ramen, inuenta contradictione, petentes quieuerunt, & in hoc puncto Ioan. Andreas coram Sua Excellentia remansit contentus de sua pecunia, vt est dictum. Reperitur tandem mota præsens lis scrupulo Domini Locumtenentis. Ex hoc fiet, quod postquam ante litem motam fuerit iam oblata pecunia donata, quæ vere erat in obligatione, cessat petitio eius, quod erat in facultate soluendi.

Sustinetur iustitia Fisci ex alio capite. Sua Maiestas mandat, quod Io. Andreas solvatur duc. 6000. & dicit Vice-regi, quod soluat de pecunia, quæ proueniet ad Regiam Curiam ex ipsis Tractis, vel in ipsa Tractarum consignatione; certe non est dubium, quod Illustr. Vicerex habebat electionem soluendi in hac alternatiua ex iuris dispositione ff. de iur. dotium. l. plerumq; cum alijs multis. Et ex hoc fiet, quod si de iure habebat electionem, potuit iure licito

variare, maxime antequam fuerit mota  
lis. de verbor. oblig. l. eum, qui certaru:  
variauit; Pars acquieuit, quid est, quod  
ultra tractetur hodie?

Rursus aduertatur; facultas soluendi pecuniam donatam erat vel de pecunia proueniente ex Tractarum venditione, aut in ipsis Tractis. Notorium est, quod erat longe tardior modus soluendi de pecunia, quæ redigebatur ex Tractarum venditione, & successiue vtilius hoc fuisset Regiæ Curia, si modo Fiscus debitor alternatiue læditur in ipsa electione, non ne poterit restitui? certe sic. Casus est in l. & si sine, in in princi. ff. de mino. quia elegit modum sibi duriorem, † est restituendus, & hoc totum potuisset obijci ipsi Io. Andrea, quæ voluisset insistere in consignatione prouisionu; nec emptores conqueri possunt, postquam in contractu iam videt, Io. Andream venditorem dubitare de reali extractione Tractarum, & ob hoc fit conuentio, quod si contingat, Tractas impediri, restituatur pecunia cum quadam modica refectione interesse.

¶ Ultimo testes Fisci dicunt, quod quando consultatio fuit per Regiam Cameram expedita, promittebatur maxima veritas in Regno, processu autem dierum nedum non fuit detecta fertilitas, † sed sterilitas; ita vt, si Regnum non fuisset repertum frumento veteri munitum, procul dubio valida insurrexisset famines. Ex hoc fit, quod quantis Curia consignasset expeditiones pro Tractis, ex hoc solo, ne remaneret Regnum exhaustum, potuisset postea extractionem denegare. Ita per illum text. dicit Affl. in c. post natale, 6. notab. de pace tenen. & in deci. 290. & aliqua dicit Andr. in rubr. quæ sint rega. vlt. colu. & in re præsentis tanto fortius hoc procedit, quanto Sua Maiestas sic expresse præcipit in literis gratiæ, quod Regnum scilicet non remaneat exhaustum. Si modo hanc obiectionem potuisset pati ipse Io. Andreasmet, dato quod non vendidisset, eodem iure videntur emptores emisse, vt ex omnibus

supradictis sustineri possit, Regium Fiscum esse absoluendum.

A D D I T I O N E S.

**I**tem extractiones frumenti à Regno sunt prohibita, & licet quandoq; concedantur nunquam tñ potest dici ius quæsitum concessionario, quin possint reuocari ad nutum Principis, vel concedentis. Sic concordat cum dictis per meum Genitorem hic Regens de Ponte in suo tractatu de Potestate Proregis in titulo quinto fol. 228. & 229. vbi doctissime, & copiose scripsit de hac materia diuersi generis Tractarum, & signanter de extractione frumentorum, vbi dicit, quod plerunque per Regem, seu Proregem conceduntur sæpe sapius Tracta, seu extractiones frumentorum, sed hæ concessionem intrinsecam, & insitam habent naturam, & conditionem, quod licet extrahere, quatenus Regnum remaneat munitum, & his opus non habeat, alias Proreges male facerent, ex quo multa mala successerunt, penuriaz, ruinz, & conturbationes totius regni, in quo prudetes ministri summo opere aduertere debent, & inuigilare; ad quod allegat Ioannem de Platea in l. si quis per diuinam C. de aquæ ductu. in fi. lib. 1. i. ibiq; Andream de Barulo, quod pariter tradit Affl. decis. 290. num. 9. & multa alia notabilia dicit in hac materia; tu vide, quia multa singularia disces.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

S V M M A R I V M.

- 1 *Probato casu amissionis scripturarum per incendium, de tenore illarum stabitur iuramento perdentis.*
- 2 *Solitum, & consuetudo omnem delicti tollunt coniecturam.*
- 3 *Impeditus notam negligentia euadit.*
- 4 *Non potest incipi à captura Officialis propter negligentiam, cum sit actio mere civilis ad resarciendum damnum, vel interesse Fisci.*

## ALLEGATIO 39.

**F**uit combusta domus casualiter cuiusdam Officialis Fisci, in qua fuerunt combustæ scripturæ Fisci. Quæritur, ad quid iste Officialis teneatur. Pro Magnifico Petro Naclerio.



Attendantur ea, quæ Fiscus præten- dit contra Magnific. Petrum Naclerium, facile erit sustinere, quod indebita fuit eius carceratio. Et quidē

potuissent Domini de Camera benignius iura Fisci exquirere ab homine, cuius præsentia sæper erat tuta ex qualitate ipsius Magnifici Petri. Si igitur talis detentio processit ex eo, quod non dabatur facultas videndi scripturas ab ipso Magnifico Petro confectas, probationes receptæ ab eadem Regia Camera, citato Fisco, indicabant exitum librorum, qui, vt tutissime doctum erat, cum incendio domus ipsius Magnifici Petri fuerant combusti. Quod autem incendium accidisset, & grāde, & quod in camera combusta fuissent libri, de quibus agitur cum alijs scripturis, doctum erat plenissime, ita vt, hoc verificato; non sit vltius quærendum in specie, & tales libri erant in loco combusto. Contentatur enim lex tali probationum genere, secundū Paul. de Castr. in l. sicut iniquum. C. de fid. instrum. Ang. Alex. & Ias. in l. si quis ex argentarijs. S. Prætor ait. ff. de eden. † vbi dicunt, quod, probato casu amissionis scripturæ, de tenore illius stabitur iuramento perdentis. Sequitur Affl. decis. 13. ibi secunda coniectura, quod maxime suaderi debet ex incōmodo, quod sentit ipse Magnificus Petrus ob tale incendium scripturarum, quæ in dies cōmoditatem ei ministrabant. Si vero præten- dit Fiscus culpam Magnifici Petri in eo, quod libros domi tenuit, ibi alias de Officij natura non tenendos, & in-

hoc deberet fundare, vel quod ex mandato, vel instructionibus forte Officij certus erat locus conseruandarum scripturarum, sicq; potuisset conuincere negligentiam punibilem; ita dicit Luc. de Pen. in l. quicūque. C. de diuers. off. lib. 12. & ex quo plene verificatum est, alios, qui in eodem Officio præcesserant ipsum Magnificum Petrum, & alios extantes Officiales, Spectab. Scriptionis libros, & scripturas ab eis confectos, & confectas tenuisse, & tenere domi pro maiori seruitio Regiæ Curia; ratione quidem concludenter. Ex hoc capite omnis præsumptio negligentia, aut contemptus videtur adempta. Solitum enim, † & consuetudo omnem delicti tollunt coniecturam, secundum not. per Butr. in c. 2. col. fin. de fid. instr. Bald. in c. 1. in princ. de feud. cogn. Sequitur Deci. cons. 175. colum. 7. vers. tertio. Hoc idem comprobatur 1. volu. bene facit text. in l. Labeo, ibi, morem agentium. ff. de stat. lib. Igitur si non erat certus locus deputatus scripturarum conseruationi, instructio aliqua nō præcesserat, & domi solitum erat seruari; & hac suadetur ratione, quia quotidie, & qualibet expediebat librorum fides habere, & de contentis in eis rationem præbere. Non est in aliquo culpandus ipse Magnificus Petrus.

Si vero præten- datur culpa ex eo, & perquisitiones faciendas in Regijs triremibus suo tempore non fecerit, & ad hoc adducatur depositio ipsius Magnifici Petri, in qua audio, Fiscum fundari, aduertatur, rogo, quia recte ponderata tollet omne dubium. Dicit enim, & dum Triremes nauigabant, quolibet mense recepit monstas, cū vero in portu residebant, non erat solitum recipi, tamen vt plurimum etiā in portu ipse recepit, dum gentem inueniebat; & si quando nō recepisset, fuit, ex quo homines non inueniebat, & sic impedimento illorum, & † ideo impeditus notam negligentia euadet, secundū Theor. Bar. in cons. 102. Clarissime Domine, isti nostri Nucerinii, ad quem semper recurritur.

Cz.

Cæterum si voluerit omnino prætere-  
dere Fiscus negligentiam ipsius Magnif.  
Petri, etiam quod ex tali negligentia  
Fiscus damnum sentiat, quod isto casu  
nullo modo suaderi poterit, adhuc per-  
sonali detentioni locus non est, sed cõ-  
stito prius de damno, & in hoc audito  
ipso Magnifico Petro, damnum ipsum  
4 resarciatur Regia æquitate; dixit † tex.  
in const. Reg. Officialis in 1. lib. immo  
stante qualitate optima ipsius Magnif.  
Petri, & quidem notissima, vt sic non  
potuerit Regia Camera dubitare de fa-  
ga, etiam quod fuisset præensum dam-  
num in iuribus Fisci negligentia ipsius  
Magnifici Petri, non potuit de iure à  
captura personæ incipi. Ita incip. Const.  
Regni, quæ incipit Capitaneorum in  
1. lib. vbi Affl. num. 8. cum seq. 9. Cæte-  
ra suppleat Religio Dñi Iudicantis.

ADDITIONES.

**A**ddo, quod incendium est casus fortui-  
tus, & excusat, vbi non præcessit nimia  
culpa ad notata in l. si à bonæ fidei. §. ff. de  
rei vendic. & in l. si quis fundum. §. Imp.  
ff. locati, & in l. si seruus pluriū. §. si fornicari-  
us. ff. ad legem Aquil. Quæ nimia culpa  
in casu huius allegationis mei Genitoris  
non poterat allegari, ex quo erat diligens,  
& solers pater familias hic Petrus Nac-  
lerius, & magnum damnum passus fuit ex  
hoc fortuito incendio, etiam in proprijs  
bonis, post text. in l. si vendita. ff. de pericu-  
lo, & commodo rei vend. late probat Fer-  
rarius in cautela sua 36. passus est diffu-  
sus, &c.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

SVMMARIVM.

- 1 Priuilegium Regis ad beneplaci-  
tum quando expiret.
- 2 Confirmatio Priuilegij quando no-  
uum ius tribuat.
- 3 Confirmatio Priuilegij non est ne-  
cessaria in successore Regni, sed  
fit ad bene esse.
- 4 Priuilegium favorabile quam ple-

nissime est extendendum.

- 5 Confirmatio, & de nouo Conces-  
sio, quid operentur ista verba.
- 6 Clausula (ex certa sciētia) quid ope-  
retur in Priuilegio confirma-  
tionis.
- 7 Clausula (motu proprio, & de ple-  
nitudine potestatis) quid operen-  
tur, cum precedenti num. 6.
- 8 Quid de clausula (ob bonum pacis.)
- 9 Ex lectura librorum negatiua pro-  
batur.
- 10 Rei veritas attenditur, nõ verba.

ALLEGATIO 40.

**P**riuilegium ad beneplaci-  
tum non expirat per mor-  
tem Regis concedentis. Pro  
Natione Veneta.



**A**d ostendendum, Na-  
tioni Venetæ debere  
seruari priuilegia re-  
tro Regum, nec illa  
posse in dubium reuo-  
cari prætextu, † quod  
1 fuerint extincta per mortem Regis, qui  
ad beneplacitum concesserat, erit con-  
siderandum, quod licet prima Conces-  
sio Regis Ferdinandi, quæ fuit in anno  
1463. processerit ad beneplacitum,  
idem tamen Rex per annos tres postea  
concedit aliud Priuilegium Venetis,  
confirmans primo concessum, & de no-  
uo addens multa, nec aliquam benepla-  
citi mentionē facit. Quo fiet, vt hoc se-  
cundum Priuilegium licet confirmet,  
2 † quia tamen de nouo addit, nouum cõ-  
sebitur Priuilegium, per text. ff. de mi-  
lita. testam. in l. tribunus. §. si. & de iust.  
& iur. l. ius ciuile, tenet Alex. qui de  
Priuilegio loquitur 6. colum. cons. 151.  
in causa Bartholini, in princ. & est qui-  
dem sic tenendum, nam fuisset vanum,  
eundem Regem, qui concesserat, velle  
tantum

tantum confirmare cōcessa per ipsum, cum confirmatio aliqua nedum in persona eiusdem concedentis necessaria non erat, verum nec in successore Regis, †secundū Cin. in l. Priuilegia. C. de Sacros. Eccle. & facit tex. constit. Regni dignum in 3. lib. & ibi Afl. in 5. not. Sufficisset Venetis obtinere ab Officialibus Regijs prouisiones, vt eis priuilegia concessa seruari, si, hac sola ratione attendita, volebant à Rege nouum priuilegium, quod si nouum non diceretur, & à se ipso principaliter vim capiens, nil operaretur, & esset absurdum. 25. q. 1. c. si. circa fin. ibi neq; priuilegia facit ff. ad municip. l. 1. vbi glo. & extra de priuileg. C. in his, & quia est priuilegium immunitatis, fauorabile, †nullius læsionem continens, est quā plenissime interpretandum secundum verum intellectum. ff. de Constitu. Princip. l. si. vt ex his non mereatur allegari tale priuilegium extinctum. Cæterum, quia Serenissimus Rex Catholicus, & post eū Imperator confirmauit, & quatenus opus erat, de nouo concessit Venetis ipsis dicta priuilegia, non est querendum, quod sit confirmatum, & quid concessum, cum certum sit ex alterutro capite, priuilegium sustineri. Sic dicit Bald. extra de fid. instrum. c. inter dilectos in fina. verbis. Et quia tales confirmationes fiunt omnes cum clausula (ex certa scientia) quæ facit, vt non debeat censerī in forma communi confirmatio sic procedens. Magna enim est virtus talis clausulæ, secundum Alex. cons. 215. nec arguendi sumus, col. 6. vol. 6. & plenissime Dec. cons. 191. colu. 2. qui inter cætera dicit, quod quando Princeps ex certa scientia disponit, nemo audeat dicere, quod nō potuit sic facere, & aliquis id dicens, mentitur per gulam; allegat Ang. hoc dicentē. C. de quadric. præscriptio. l. 2. & quia in dictis confirmationibus adest iam clausula prædicta, non est dubitandum, processisse priuilegium ex certa scientia, cum, & si essemus in dubio, adhuc ita tenendum erit, secundum Dec. qui pulchre loqui-

tur cons. 534. num. 3. vol. 4. Voluit Rex confirmās supplere omnes defectus suo motu proprio, & de potestatis plenitudine, habensq; omnia exprimenda pro expressis, quæ oīa vniuersa dubia perimūt, dicit Deci. cons. 941. nu. 341. sunt et geminatæ confirmationes habentes solæ vim motus proprii, secundum Deci. cons. 33. nu. 2. † ita vt voluerit ex prædictis omnem eius potestatem exercere Rex, & subreptiones omnes, quæ potuissent prætendi, aut obreptiones, quia motu proprio confirmat, videtur cancellasse; talis enim est virtus motus proprii Regis, secundum Scriben. in c. si motu proprio, de præben. in texto, plene Felin. in c. causamq; extra de testib.

Ultimo Circumspecti Iudicantes aduertant, quod ultra prædicta Imperator noster ex causa pacis concedit, & confirmat dictis Venetis etiam ex causa onerosa omnia priuilegia, † quæ illis apparebunt concessa per retro Reges: quæ concessio pro causa pacis largas, & fauorabiles recipit interpretationes. Late fundat Capic. decis. 166. in causa Illustris. Dominorum, & licet prætendantur dicta priuilegia, vt pote localia, & loquentia de immunitate concessa in certis locis, non posse nocere Magnifico Luchefino tanquam Arrendatori Dohanarum Hydrunti loci non expressi in dictis priuilegijs, quia hoc tollit dictum priuilegium à Rege Ferdinando secundo loco concessum, per quod dicitur in specie, immunitatem Venetis concessā debere seruari in Prouincia Hydrūti; & si hæc verba sic clara non inducerent immunitatem in locis prædictis, seruiuissent de vento, nec oportuisset illa haberi; si quidem prima priuilegia non exptimebant alia loca, quam contenta in conuentione.

Sed si discussionem priuilegiorum omittamus, quæ vere non esset omittenda, sed prouideri deberet, illa seruanda, adhuc apparet, Venetos fuisse conquestos, & conqueri de nouo directu cepto exigi à dicto Magnifico Luchefino, qui est Dohana in Oteis, pro quibus quan-

do

do fuisset consuetum, semper exigi exituram, & nouam Gabellam in arrendamento predicto, ultra ea perceptum est ius Dohanæ; in quo duo principaliter veniunt discutienda in Regia Camera.

- Si vere innouatum est, & in hoc non debet contingere dubitatio, postquam ex lectura librorum Cameræ, in § quibus descriptum est omne, quod exigi fuit solitum ab Arrēdatoribus, appareat, tale ius plateæ non fuisse exactum: hic est enim modus probandi negatiuam, ff. de leg. 1. l. Ticiæ textores; nec seruiet allegare, quod in Ciuitate Licij fuerit quandoq; exacta platea, & proinde ex hoc fundetur solitum, suadentibus id partitis librorum per Arrēdatores productis, quia illud, q̄ solitum fuit exigi in dicta Ciuitate Licij pro iure plateæ, in effectu aliud non fuit, quam noua Gabella, § licet sub nomine plateæ, & hoc, quod in veritate est, attendo, non quod in verbis, vt magis natura seruiat verbis, quam è contra. Sic dicit Bald. in l. 2. C. commoda. qui allegat. ff. de præscript. verb. in l. insulam; sequitur Dec. conf. 160. vol. 1. col. 1.

Nec poterit Magnificus Luchefinus ad fundandum solitum, allegare solum, quod platea fuit exacta, sed illam debet allegare cum omni sua qualitate, quæ est, quod pro oleis fuit semper solitum in Ciuitate Licij exigi ius exituræ, & dictæ mediæ plateæ, & tali tempore non fuit exacta noua Gabella, q̄ in effectu idem importat, argumēto notatorum in l. si quidem. C. de exceptio. & in c. bonæ il. 2. in fi. de postula. prælatio autem, quare sic fuerit consuetum seruari in dicta Ciuitate, pluries fuit allegata, & processit à conuentione cum Arrēdatoribus pro diebus franchis.

## A D D I T I O N E S.

**Q**uod Priuilegium ad beneplacitum non expiret per mortem concedentis, ultra allegata per meum Genitorem hic, sed q̄ iudicatur perpetuum, donec reuocetur ex ista causa, dixit Her. in Consuetudine Regni, ea, quæ ad decus, quem late Capic. declarat decif. 116. & quod requiratur specia-

lis reuocatio non generalis, secundum Ifern. & Capic. præallegatos, concordat Io. Vincent. de Ann. in alleg. 119. num. 11. cum seq. & Campagn. in c. vulgaris famæ proloquium Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 69. Guid. Pap. decif. 119. & 547.

Io. Andr. de Georgio in sua alleg. 46. nu. 9. & 12. qui disertissime scripsit, quando expiret Priuilegium Regis ad beneplacitum.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## S U M M A R I U M.

- 1 *Dominium rei legata ipso iure in legatarium transit.*
- 2 *Facta semel electione, non licet variare.*
- 3 *Declaratio animi facta, nullo recipiente, valida censetur.*
- 4 *Per venditionem rei legata videtur legatum reuocatum, sed hic fallit fauore piæ cause.*
- 5 *Dispositio prima per secundam tollitur. Hoc non procedit, si prima est ad piæ causas, nam tunc specialis requiritur reuocatio.*
- 6 *Sufficit, quod semel existat conditio, nam facta declaratione, dominium transit ad Ecclesiam.*
- 7 *Ex primo actu nullo non dicitur consumpta facultas declarandi.*
- 8 *Modus, & conditio non differt circa adimplementum.*
- 9 *Debitor Ecclesiæ, qui postea fuit factus unus ex Oeconomis Ecclesiæ, non potest contrahere cum Ecclesiæ, vel alijs consocijs Oeconomis ad sui beneficium.*

## A L L E G A T I O 41.

**I**n causa electionis legati semel faciendæ. Pro Venerabili Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Annunciatæ Auerisæ.

Fun-



Vndat intentionem suam Ecclesia Sanctæ Mariæ Annunciatæ in dominio Terræ, de qua agitur ex legato Io. Baptistæ de Marco testatoris, qui legat Terram, & licet ademerit tale legatum sub conditione, si hæres declarauerit velle pro se Terram ipsam, ex quo declarauit iam velle, quod Terra sit Ecclesiæ, iuxta legatum prædictum, dominium rei legatæ transijt ipso iure etiam particulari priuilegio Ecclesiæ. C. de Sacros. Eccl. l. fi.

Duo tamen sunt, quæ huic conclusioni videntur ob stare, quibus sublatis, nullus erit pro Ecclesia scrupulus. Primum, quia hæres fecit hanc declarationem in testamento, post quod ante eius mortem alienauit Terram, vt sic videatur reuocasse declarationem. Secundum, quia ante hanc declarationem in testamento iam per actum publicum declarauerat, velle Terram pro se, adeo q̄ sibi non licuit vltius declarare, vel variare.

Primum nõ obstat. Nam testator dederat hæredi electionem, vt si vellet Terram pro se, acciperet, & solueret duc. 600. conuertendos in emptionem alterius Terræ, quæ esset Ecclesiæ. Ex hoc fiet, quod postquam elegit, nolle Terram, ¶ sed declarauit velle, vt esset Ecclesiæ, statim purificatum fuit dominium Ecclesiæ, & non poterat vltius reuocare, vel variare. Casus est in l. apud Aufidium, de optio. lega. & in l. huiusmodi. S. Stichum, de leg. 1. vbi dicit Bal. hoc maxime procedere in Ecclesia, cui per dictam electionem est ius quesitum statim absq; alia traditione. Allegat d. l. fi. & ita omnes UD. tenent in l. Serui electione de leg. 1. ponentes differentiam inter vltimas voluntates, & contractus, nam in vltima voluntate, facta electione, vel declaratione, lex statim exequitur, & facta exequutione, non admittitur variatio; sic in casu isto declarauit hæres, quod Terra esset Hospitalis, illico dominium Terræ fuit quesitum:

non potuit igitur reuocare, vel variare.

3 - Nec dicatur, ¶ quod hæc declaratio facta fuit in testamento nullo pro Ecclesia recipiente, nam vltra prædicta, quia hic sumus in declaratione animi, valet etiam, parte non præsentem. Ita Bart. in l. Pomponius col. 2. ibi, item ex eo, quod pendet, de negot. gesto. & facit. ff. rem rat. haberi, l. quo enim. S. 1.

Præterea, aut tenemus, quod facta declaratione per hæredem, dominium Terræ sit Ecclesiæ, & non possit variare per prædicta, & res est in tuto, aut dicemus, quod Ecclesia habuisset Terram, ex hoc solo, & mero legato hæredis; & tunc aduertatur. Nam licet dicat text. in l. fideicommissa. S. si rem. ff. de leg. 3. quod per venditionem rei legatæ, videtur legatum reuocatum, ¶ hoc tamen est ex præsumptione, vt considerat ibi text. tunc dico, quod licet alias per sequentem dispositionem contrariam primæ in vltimis ¶ voluntatibus maxime, tollatur prima, si tamen in prima est dispositum ad pias causas, requiritur specialis reuocatio fauore piæ causæ. Casus est in l. libertatis, la 2. S. posthumis, de alim. & cib. legatis; quæ text. loquentem in alimentis extēdit ad omnem piam causam, ibi Nico. de Neap. & sequitur Roma. in auth. similiter nu. 54. ibi quarta quæstione. C. ad l. Falcid. Isto caso nulla apparet reuocatio, nam testamentum remansit firmum; in venditione nulla fit mentio de dicta declaratione, & iure quesito Ecclesiæ.

Nec esset vanum tenere, quod quauis Silvester hæres primi testatoris declarauerit in eius testamento, se velle, quod Terra sit Ecclesiæ, nõ per hoc ab ipso dici debeat data, postquam non dicitur ipse dare, sed datum non tollere, argum. ff. de manumis. vindi. l. 4. in fi. Sic dicimus in pupillo alienate, quia pater in testamento iusserat, vt valeat alienatio sine decreto. l. 1. ff. de reb. eorum. Quid enim aliud fecit hæres declarando, quod Terra esse deberet Ecclesiæ, nisi restringere iura sua? iuxta l. cer-



6 *liberto. S. si totus. ff. de seruitu. rustic. prædibr. & ex hoc fit, vt declarado aperte fuerit viam Ecclesie, quæ iure proprio caperet legatum, & argum. eorum, quæ dicuntur in refutatione Feudi, quæ sit immediate successuro, de eo, qui fia. fecit agna. c. 1. in t. sed & res, per quos fiat inuest. fuerat legata Terra p prius ipsi Ecclesie à primo testatore, & potuisset ex hoc legato iure proprio capere: hoc ius proprium fuit positum in conditione: quando conditio auferretur, remanet Ecclesia in suo proprio iure, merito non habet Terram ab isto solo declarante; vt sic non licuerit reuocare, dato, quod reuocasset, expresse. Iuri enim quæsito Ecclesie per dictam declarationem, non potuit præiudicari alienando; semel enim extitit conditio ff. de fideicommiss. liber. l. quidam in testamento in princ. qui textus, rogo, videatur, & sic primum dubium videtur solutum.*

Aduerratur modo ad secundum. Nam Pars aduersa posset prætere, vt omnia, quæ in præcedenti capite dicta sunt, repeti debeant in sui fauorem; ex quo enim Silvester hæres in anno 57. declarauit, velle pro se Terram, non potuisset variare, & sic illius dominium statim sibi fuit quæsitum, nam dicta declaratio ex pluribus nõ obstat. 7 *Primo, quia dicta declaratio fuit nulla, vt infra patebit, & contra formam traditam à testatore; quo fit, vt nõ debeat dici consumpta facultas declarandi ex primo actu nullo. Casus, & est in l. 2. ff. de optio. lega, & ibi not. Alberic. & idem Alberic. in d. l. serui electione in princ. ibi; vnde ipse videtur adhærere, dicit, quod quando eligens non seruat formam sibi traditam, potest iterato eligere. Secundo, potuit idem hæres, qui semel declarauerat iuri sibi quæsito per talem declarationem renunciare, per iura vulgaria. Quod autem dicta declaratio fuerit nulla tanquam contra formam à testatore datam, apparet; nam iusserat testator, vt si hæres vellet pro se Terram, solueret*

ducatos 600. de propria pecunia, & non hereditaria. Legatum testamentum fol. 13. vbi est signum, quia sunt dicta verba formalia: rursus idem confirmatur in codicillis fol. 17. vbi est signum. Isto casu apparet, quod Silvester viuens, nec de suo, nec de hereditario soluit; solum in processu apparet fides depositi facti ab emptore huius Terræ; & sic pecunia oblata, est hereditaria, & in hoc non querimus argumenta, postquam voluntas est clara, & verba clariora; quæ voluntas totum facit. S. disponat, in auth. de nupt. & est regula tuta, quæ semper ante omnia est in ore Doctorum.

8 *Quod autem ex illa declaratione nulla fuerit hæredi actio quærita, nisi solutis ducatis 600. & illis conuersis in emptionem alterius Terræ, est text. in l. qui hæredi S. fin. de condit. & demonstrat. & dicit ibi glos. in versic. tota, quod de sua bursa deberet soluere, vt ex hoc videatur, quod legitima fuit illa adiectio, quam testator posuit, vt de suo solueret, & est text. in l. ei, qui ita, de condit. institu. Immo si verum amamus, hæredi ante solutam pecuniam, & illam conuersam in emptionem alterius Terræ, nulla fuit quærita actio. ff. de legat. 3. l. si sibi legatum, & saltem antequam caueat de implendo. Nec dicatur, quod onus emendæ aliam Terram, & soluendi pecuniam incalescit potius modo, quam conditioni, quia hoc nihil facit pro hærede, qui in omnem casum caret relicto, si non implet; & in hoc solo non est differentia inter modum, & conditionem. C. de conditio. quæ sub modo. l. 1. & ibi glos. in vers. pro conditione; vt sic hæres, qui nec de suo, nec de alieno soluit pecuniam, nec emit Terram, nullo iure legatum potuit habere. Et aduertatur, quod depositum factum fuit ab emptore post mortem hæredis, si recte recordor.*

Ex alio capite fuit nulla declaratio prædicta; postquam in ea nedum declarat hæres velle Terram pro se, sed

M

vlte.

9 ulterius quando deberet solvere duc. 600. nedum non soluit, sed paciscitur cum alijs Oeconomis ipse existens pariter Oeconomus, † qui contractus fuit penitus nullus. Ita Bald. qui rationem assignat, in auth. quibuscunque in 2. notab. & ibi, & hæc sunt in argumentum. C. de Sacrosanct. Eccles. allegat gl'of. quam dicit not. in l. 1. C. de contra. iud. & hoc procedit tanto fortius, cum videamus, huic conuentioni dedisse causam dolum ipsius hæredis, qui socios in Oeconomatu induxit sub spe, quod Hospitale hæredem instituerat, & vere hoc fecerat apparenter, vt sic alij Oeconomi videntes omnia in Hospitalis commodum tendere, induciti hac fallacia remanserint contenti, quod soluerentur soli ducati 30. annui. Sic dicimus in eo, qui per fallaciam inducit hæredem ad soluendum integra legata, sub prætextu, quod hæreditas erat lucrosa. ff. de dol. l. si legatarius.

Quæ religio Iudicantis tolerabit, vt Hospitale, quod reperitur modo in maxima egestate, reperiat fraudatum legato Terræ, & commodo alterius emptionis subrogandæ? quæ saltem si fiebat in anno 51. quando dicta declaratio facta fuit, modo haberet aliquod emolumentum maius; si quidem summa dictorum duc. 600. quæ eo tempore poterat capere maiorem quantitatem, modo quia res carius valent, caperet longe minorem, & de hoc interesse non loquor, quia videtur mihi satis indubitabile.

## ADDITIONES.

**A**D num. 4. quod non inducatur reuocatio legati ad pias causas per quemcunque actum contrarium, siue inter viuos, siue in vltima voluntate, nisi specialiter reuocetur, concordat Ioannes Vincentius de Ann. sing. 688. qui plures allegat, & concordat cum opinione mei Geor'is hic.

Vide etiam quæ doctissime scripsit Consiliarius de Georgio in sua allegat. 31. num. 9.

quod licet Ecclesia habeat hæc priuilegia in legatis pijs, tamen si Ecclesia non seruat modum, non est priuilegiata, vt non priuetur re donata.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## SUMMARIVM.

- 1 Refutatio excludit refutantem in Feudo refutato, & valet, & num. 12.
- 2 In refutatione non requiritur assensus Domini, & num. 9. & 10.
- 3 Illud, quod defunctus non potest reuocare, nec poterit reuocare eius hæres.
- 4 Ius Francorum est ius speciale in Regno, & ideo illud alleganti incumbit onus probandi, & num. 6.
- 5 Dum hæres non potest reuocare, si reuocat, saltem tenetur ad pretium, & ad interesse.
- 7 Agnatus consentiens refutationi, non potest contrauenire.
- 8 Quando assensus se refert ad instrumentum, censetur Rex consentire omnibus contentis in instrumento, ac si fuissent expressa.
- 11 Quando defunctus alienat Feudum hereditarium sine assensu, hæres non potest contrauenire.

## ALLEGATIO 42.

**A**gitur de materia refutationis Feudi cum assensu agnati, & si requiratur assensus, vel ne. Pro Magnifico Io. Francisco Balduino.



**L**N causa Magnifici Ioan. Francisci Balduini cum Magnificis Iacobo Antonio, & Cæsare Balduinis super petita inuestitura Feudi nuncupati vulgariter *de Ruglie*, quam petit, expediri in eius persona, factum ita se habet.

Magnificus quond. Ioannes Balduinus habuit quatuor filios, videlicet, quon. Hieronymum, Franciscum Antonium, Io. Franciscū, & Belisarium: emit quamplura Feuda, & Casalia de propria pecunia. Et primo, collocauit in matrimonium ipsum Io. Franciscum in anno 1531. cum quadam nobili de Ciuitate Alexani; cui contemplatione dicti matrimonij promisit post eius mortem relinquere ducatos duos mille in bonis stabilibus feudalibus, vel burgenfaticis ad eius electionem, cum pacto, quod si plus contingeret, vt possit succedere, sicut dicti alij filij, vt apparet per instrumentum presentatum in actis fol. In anno vero 32. collocauit similiter in matrimonium quondam Hieronymum, cui donauit contemplatione matrimonij non nulla Feuda, & Casalia, ac etiam bona burgenfatica excedentia eius portionem: quod agnoscens prædictus Hieronymus, in eodem instrumento donationis asseruit, se habuisse maiorem portionem, quam sibi contingeret in dicta hæreditate. Renunciauit omnibus cæteris alijs bonis paternis, & maternis, & præcise dicto Feudo, donando, refutando, & cedendo omne ius, omnemq; actionem sibi spectantem, & competentem ratione primæ genituræ etiam in manibus, & posse dicti quond. Ioannis contemplatione fratrum stipulantis, & promisit dictam renunciationem non reuocare, & casu, quo reuocauerit, tunc, & eo casu teneatur loco interesse prædictis fratribus in ducatis duobus mille de bonis, vt supra donatis, stipulante dicto quond. Ioanne nomine, quo supra. Dum esset in vltimis constitutus dictus quon. Ioannes, reliquit Feudum prædi-

ctum ipsi Io. Francisco tam pro dictis ducatis duobus mille, quam etiam pro quocunque alio iure sibi competente in eius hæreditate, vt apparet per partitam instrumenti præsentata in processu fol. 7.

Cum hac vltima dispositione decessit ab hac vita in anno 1536. de quo quidem Feudo corporalem accepit possessionem ipse Io. Franciscus, fructus percipiendo vsque ad præsentem diem, denunciando mortem sui patris in Regia Camera, vt apparet per copiam petitionis præsentatæ in actis fol. 79. soluendo releuium, vt apparet per partitam præsentatam fol. 58. Dictus Hieronymus similiter tempore mortis dicti quond. Ioannis denunciauit mortem illius, petendo, se inuestiri de dictis Feudis, vt supra donatis, nullum faciendo verbum de Feudo prædicto. Et cum hac volûrate similiter fuit mortuus, relicto dicto Iacobo Antonio hærede vniuersali, mediante testamento; qui similiter petijt inuestiturâ de Feudis prædictis denunciando mortem dicti sui patris, soluendo releuium pro dictis Feudis tantum, vt apparet per partitam præsentatam in actis fol. 60. porrecta supplicatione in Regia Camera pro parte ipsius Io. Francisci petendo, se inuestiri de Feudo prædicto, narrando prædicta omnia, fuit prouisum, quod intimetur prædictus Iacobus Antonius; quo intimato, nihil produxit vsque ad conclusionem inclusiue; quæ facta, præsentauit quosdam articulos, in quibus tantummodo articulauit primam genituram tam in persona dicti quond. sui patris, quam ipsius Iacobi Antonij.

Quæritur modo, an prædictus Iacobus Antonius possit impedire dictam inuestituram. Et primo est aduertendum, quod dictum Feudum est nouum, & hæreditarium, vt constat per fidem Notarij Aloysij Calapritij de Neap. præsentatam fol. & per testes examinatos in articulo.

Secundo est aduertendum, quod di-

M a tus

Aus Hieronymus refutauit, celsit, ac donauit omne ius, omnemq; actionem sibi spectantem in Feudo prædicto contemplatione fratrum, stipulante prædicto Domino Ioanne nomine præfatorum. Quo casu talis refutatio excluderet eundem Hieronymum per capitulum vnicum de eo, qui fin. fec. & ibi † Andr. & in c. 1. de alien. feud. patern. vbi dicit, quod non est alienatio, sed refutatio. Idem Andr. in c. 1. in §. sed & res, per quos fiat inuest. & in §. 1. de alienat. feud. pater. In quibus locis loquitur, exemplificando de refutatione facta à fratre fratri de Feudo: ratio est secundum Andream in locis prædictis, quia nulla fit iniuria Domino, cum nõ fiat commutatio Feudi de vna persona ad aliam extraneam, sed immediate successuro, neque diminuitur seruitium Domini: quæ duæ causæ considerantur; quem refert Marinus Fricia in 17. limitatione ad Constitutionem diuæ memoriæ, Afflict. in decis. 111. num. 5. idem Andr. in Constitutione diuæ memoriæ colum. 10. circa finem, vbi tenet expresse, quod dicta Constitutio non habet locum in refutatione Feudi immediate successuro; vbi dicit, quod ita seruatur in Regno, subsequendo, in quantum refutatur agnato, valebit sine consensu Domini.

Tertio est aduertendum, quod tempore dictæ refutationis factæ per dictum Hieronymum nullus erat habilis ad succedendum in Feudo prædicto præter ipsum Ioannem Franciscum, cum sit, quod dictus quond. Franciscus Antonius erat Clericus, & Episcopus Alexanensis, vt apparet per Bullam in actis præsentatam fol. 51. vltra testes examinatos in 11. articulo.

Quarto est aduertendum, quod tempore dictæ refutationis, dictus Hieronymus non habebat filios, vt apparet per positiones præsentatas pro parte dicti Iacobi Antonij fol. 54. in quibus ponit, fuisse natum in matrimonio inito inter quond. Hieronymum, & nobilem Lauram: quod tempore, quo fue-

rût celebrata capitula inter prædictos, fuit facta dicta refutatio, vltra quod probatur in 10. articulo ipsius Io. Francisci, & per testes.

2 Quinto est aduertendum, quod in refutatione non requiritur assensus directi domini. Ita Andreas in locis præallegatis, & præcise in dicto cap. de eo, qui fin. fec. & Fricia in præallegata limitatione nu. 17.

3 Sexto est aduertendum, † quod illud, quod non potest defunctus reuocare, minime eius hæres. Ifern. in cap. 1. de success. feud. & in c. 1. in tit. an agnatus, & in c. 1. in fine, qui success. teneat. ratio est, quia hæres, & defunctus vna, & eadem persona reputantur, vt in auth. de iure iura. à moriente præstito. Secundo ex regula legis, ex qua persona lucrum capit, eius factum non potest impugnare. Tertio ex regula legis, vendicantem, de euiet. quem de euietione tenet actio, &c. quod defunctus non potuerat reuocare, non est dubium, per ea, quæ notat Andr. in cap. vnico, de eo, qui fin. fecit in principio.

4 Septimo est aduertendum, † quod ius Franchorum est ius speciale, & onerosum, vt dicit Ifern. in §. præterea de prohib. feud. aliena. per Federic. vnde debet probari per allegantem, quod ita viuatur in illo Feudo, alias in dubio præsumitur viuere iure Longobardo, quo iure omnes filij admittuntur ad successiones paternas. Idem Andr. in cap. 1. in versic. bona vacantia, quæ sint regalia. Maranta in sua practica in tertia parte principali. Dicitur Iacobus Antonius nihil probauit, nec articulauit de dicto iure. Hoc sentit glos. in verbo, super feudis, in Constitutione diuæ memoriæ, vbi etiam tenet, quod in dubio præsumatur viuere iure Longobardo, quo iure omnes filij succedunt, vt ibi glosa sentit.

Octauo est aduertendum, quod prædictus q. Hieronymus promisit non reuocare dictam refutationem, & casu, quo reuocaret, promisit loco interesse duc.

duc. 2000. obligādo se, & bona prædicta donata, quo casu tale pactum tenet, qui quidem Hieronymus, dum vixit, non reuocauit, minime dictus Iacobus Antonius potest contravenire, per ea quæ tenet Andr. in præallegato c. 1. de success. feud. & in c. an Agnatus.

5 Nono est aduertendum, quod si dato, & non concessio, quod dictus Iacobus Antonius possit reuocare, in tali casu teneretur ad solutionem duc. 2000. ratione interesse conuenti, per text. in l. emptorem. S. si quis virginem. ff. de actio. empt. facit, quod voluit Bald. in cons. 3. in 2. vol. & in l. 3. S. si commun. delegat. & Affl. in d. const. & Fric. in 12. limit. dictæ constitutionis, vbi habetur, quod prohibitus vendere potest se personaliter obligare, si non venderet; licet dictus Iacobus Antonius non possit contravenire, prout iam adhuc non contrahit, cum nullum verbum in processu de hoc.

Decimo est aduertendum, quod dictus Hieronymus, quando fecit dictam refutationem, nil aliud fecit, nisi quod cessit loco, quod potest fieri sine assensu Domini in coniunctum. Ita Fricia, in 26. differētia inter feudum ex pacto, & prouidentia, & feudum hæreditariū, per iura per ipsum allegata.

Vndecimo est aduertendum, quod dum petitur inuestitura per feudatarium, Rex inquit, si est filius, si habet fratres, si viuitur iure Longobardo, ad finem vt Feudum diuidat, aut iure Franchorum. † Ita Andr. in c. 1. S. sancimus nu. 10. quo tempore miles. cum in processu nihil appareat, quo iure viuat, in dubio præsumitur, quod viuat iure Longobardo, & sic præsumitur, quod dictus Ioannes prospexit primo sibi, vt omnes habeat hæredes in Feudo, quos vult, non apparēte aliqua forma inuestituræ, Fricia in 33. differ. inter Feudum hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia, vt supra, qui legatur.

Duodécimo est aduertendum, quod dictus quoniam Hieronymus, & prædictus

7 Iacobus Antonius, sunt anni viginti, & habuerunt ratam dictam † refutationem; taliter quod, stante dilatione dicti temporis, amiserūt ius, si quod habebant, vt habetur in S. si Titius, si de feud. fuer. controuer. facit quod voluit Bald. in c. 1. de eo, qui fin. sec. agna. de feud. pater. vbi dicit, quod quando refutatur Feudum per Agnatum, qui facere potest sine consensu Domini, ille, qui refutat, non potest contravenire, nec refutare, nec qui consensit alienationi, per optima iura, Andr. in tit. si de inuestitura inter dom. & vassall. quæstio oritur verū. fin. autem, circa fin. vbi glo. multa allegat, quod qui tacet, confirmat.

Tertiodecimo est aduertendum, quod filius in vita patris est quasi Dominus, in suis. ff. de lib. & posthu. propter probabilem spem; quæ probabilis spes potest in contractu deduci per l. spem. C. de donat. prout notatur in l. fin. C. de pact.

Decimoquarto, quod tempore, quo dictus Ioannes fuit mortuus, dictus quod Hieronymus erat inhabilis in succedendo in dicto Feudo, stante dicta refutatione; quo casu ius reuocandi non transfertur ad dictum Iacobum Antonium, & ratio est, quia stante inhabilitate dicti quod Hieronymi, proinde est, ac si non fuisset. Ita Andr. in S. præterea in 3. colum. in fin. quæ sit prima caus. benef. mittendi.

8 Decimoquinto est aduertendum, † quod quando fuit facta donatio dictorum Feudorum prædicto Hieronymo, fuit obtentus Regius assensus, & in memoriali fuit dictum. *Sin come appare per l'istrumento della predetta donazione, & in alio loco fuit nobis supplicatum, quatenus dictum privilegium, &c.* Taliter quod, stantibus dictis verbis, assensus prædictus extenditur quoad dictam refutationem. Ratio est, quia sufficit expressio per relationem ad instrumentū, etiam vbi requiritur specialis narratio, & expressio per text. in l. omnes. C. de prescri. 30. vel 40. anno. Quem Bald. ibi

dicit esse singularem : nam generalis clausula, quantum ad comprehensa sub ea, singula complectitur, ac si essent specialiter enumerata. l. si quorum de leg. 3. nam relatio in instrumēto est expressio eorum, quæ continentur in eo. l. 4. §. si Prætor, de re iudic. Cum ergo Rex remaneat contentus assentire omnibus, quæ sunt scripta in instrumento, & ea vult haberi pro expressis, proinde est, ac si ea omnia nominatim narrarentur, quæ ibidem sunt scripta; maxime quando hoc facit ex certa scientia, vt in casu nostro, & in tantum hoc est verum, secundum D. Friciam in 16. quæsto secundi libri, quod sub tali asserione cuitantur omnes obreptiones, quæ allegari solent contra assensum, & ita in S. C. fuit alias iudicatum. Facit quod voluit Bald. in l. petens. C. de pact. Bart. in l. contractus. C. de fid. instrum. vbi tenet, quod quando in eodemmer instrumento continentur duo capita, vt puta donatio, & refutatio, tunc vnum inhaeret alteri, & de quo ibidem per Fric.

9 Decimosexto, † quod aut sit retrocessio loci, aut cessio iuris, quod habebat defunctus in vita, siue refutatio: in omni euentu nõ requiritur assensus Domini, cum nihil intersit ipsius Domini, si accedit voluntas illius, qui interim est utilis Dominus Feudi, cum ipse non possit impugnare voluntatem legitimã, vt per Andr. in S. donare, & Friciam in 25. differentia Feudorum prædictorum. Nam dictus quon. Hieronymus, aut retrocessit, aut cessit, vel iurauit, vtcũq; sit, sat est, quod in nullõ dictorum requiratur assensus directi Domini per prædicta. Merito si Iacobus Antonius non potest contrauenire, postquam potuit cedere eius pater absq; assensu veri Domini,

Decimoséptimo est aduertendum, q̄ quando refutatur, vel ceditur ius aliquod, quod quis habet in Feudo, tunc, 10 & eo casu, † non requiritur assensus Domini. Ratio est, quia ista cessio iuris tendit in augmentum Feudi, per ea,

quæ tenet Andr. in c. 1. in S. e contrario de inuest. de re alic. fact. & in c. 1. an ille, qui interfecit fratrem Domini sui, & in c. Imperialem in princ. in 10. colu. & in c. 1. §. si. de capit. qui cur. vend. quem refert Affl. in decis. 232. Capic. in decis. 156. nu. 2. & quod hæc refutatio, seu iuris cessio tendat in augmentum Feudi, non est dubiũ, quia liberat eum ab obligatione, quam habebat ratione primæ genituræ quond. Hieronymus! ergo valida est sine assensu: p̄pterea dicit Andr. in const. diuæ memoriæ, quod alienationes tenent, quando non tendunt in præiudiciũ Domini Feudi, quia alienatio non est, sed est quædam consolidatio iuris, vt per Affl. in d. decis. vbi dicit, quod per hoc non plus operatur refutatio, quam carentia actionis à principio, & quod ita fuit iudicatum in S. C. quod non requiratur assensus in cessione.

Decimo octauo est aduertendum, nam quon. Hieronymus tempore dictæ refutationis, & cessionis absque dubio nihil in eum transtulit, nec aliquis titulus ei, cui cedit, quæritur, vt not. Bald. in c. 1. in fi. de controuer. fend. inter vas fall. & alium, per text. in l. si pro fundo. C. de transact. quod nihil transeat, nisi ius excipiendi; tenet Bar. in l. naturaliter. S. nihil commune. ff. de acquir. poss. in secunda lectura, quem omnes sequuntur. Ad quid ergo requiritur assensus, postquam nulla sit translatio neq; possessionis, neq; Dominij?

Decimo nono aduertatur, q̄ quando defunctus alienat Feudum hæreditariũ sine assensu Domini, tunc hæres non potest reuocare † alienationem factam per defunctum, si defunctus de euictione se obligauit, vt per Bal. in c. 1. §. hoc quoq; de success. feud. & in const. 89. & Decius in const. 185. in 1. vol. & quæ allegat Fricia in 21. quæsto in fin. fol. 266. in libro meo. Dictus quon. Hieronymus promisit de euictione, vt per instrumentum donationis apparet.

Vigesimo, etiam Feudatarius potest 12 præuenire † in refutando Feudum in vita

vita quodcumque, per text. in l. post mortem. C. de fideicomm. Rip. in lib. 3. responforum 95. Ratio, quia nemini fit iniuria, neque damnum. l. patrem. ff. de his, quæ fiunt in fraudem credit. Fricia in 26. quæfito circa medium. Non immerito si refutatio facta per dictum quond. Hieronymum ante tempus facta tenet.

ADDITIONES.

**T**raçtat hic meus Genitor illum difficilem articulum in materia Feudali, si valeret Feudi refutatio facta à fratre fratri. In quo puncto, ne immerer in transcribendo, Vide, quæ doctissime scripsit Ioan. Vincent. de Ann. in Repet. cap. 1. de vassal. decrep. atar. num. 188. vsque ad num. 231. qui copiose scripsit: ipsum videto, ac etiã nu. 261. vbi loquitur in specie de hac causa. Ac etiam vide eundem Ann. in alleg. 124. qui scripsit in ead. causã, sed contra meum Genitorem hic, & vide Fabium de Ann. in conf. 41. in fi. Tandem fuit decifum in causa, valere refutationem, secundum dictas allegationes contra prædictum Io. Vincentium de Ann. vt ipsemet testatur nu. 290. in dicta repetitione cap. 1. de vassal. decrep. atar.

Et an in dubio præsumatur feudatarius vivere iure Longobardorum, vel Franchorum num. 6. copiose, & diffuse per Io. Vincent. de Ann. sing. 692.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

SUMMARIVM.

- 1 *Tertius comparens in iudicio non potest impedire executionem sententiæ, sed debet audiri in terminis, in quibus causã reperitur.*
- 2 *Tertius comparens non potest impedire sententiæ executionem, sed practicari debet text. in l. is, à quo. ff. de rei vend.*
- 3 *Ob census non solutos non potest Dominus directus capere propria auctoritate rem emphyteuticam.*
- 4 *Emphyteuta non priuatur possess-*

*sione rei emphyteutica absque citatione, & sententiã declaratoria.*

- 5 *Creditor emphyteuta pro conseruando eius iura potest vti iuris competentibus emphyteuta.*
- 6 *Tertius sententiæ executionem non impedit, dum rei possessionem poterit petere tam ab eo, qui obtinuit, quam ab alio.*

ALLEGATIO 43.

**T**ertius comparens pro suo interesse non potest impedire executionem sententiæ. Pro Magnifico Florio de Massatijs.



**A**duertant, rogo, Domini Iudicantes in facto in præsentia causa, quod dñi litigabatur inter Magnificum Florium de Massatijs actorem, & conuentum condemnatum, iste Magnificus Rescignolus, qui hodie agit, nedum habuit scientiã de lite, sed etiam fuit citatus, & allegauit, se non possidere. Videatur in processu fol. 15.

Aduertatur etiam, quod lata sententia in fauorem dicti Florij, antequam fuisset exequuta, comparuit dictus Rescignolus, & allegando eius directum dominium, & quod sententia lata erat nulla, ipso directo Domino non vocato, referente Magnifico Mario Surgentio tunc causæ Commissario, non fuit habita aliqua ratio de allegatis ex aduerso, sed fuit prouisum, quod illa sententia non afficiat ipsum, vt apparet fol. & hoc erat de iure, & dictus Florius, seu eius procurator expresse hoc acceptauit in suis cõparitionibus. Hoc decretum fecit transitum in rem iudicatam, & ab eo nõquam fuit appellatũ.

Ad-



Aduertatur etiam, q̄ per Florium fuit capta possessio rei, super qua obtinuit, & hoc, præcedentibus literis executorialibus dictæ Magnæ Curie; vt apparuit in processu, fol. postquam possessionem captam, comparuit dictus Magnus Aduersarius, & prætendens, quod ipse etiam erat in possessione rei prædictæ, petijt, reuocari quasdam provisiones dictæ Magnæ Curie expeditas in fauorem dicti Florij super manutentione dictæ possessionis, & nihilominus, hoc non obstante, ead. M.C. referente Domino Pirigliano, prouidit in fauore Florij, vt apparet in processu, fol. Ex quibus omnibus, & etiam attæto, quod initium prætensæ possessionis ex aduerso apparet, post captam possessionem per Florium ipsum virtute literarum executorialium dictæ M. C. hodie constat liquido, verum possessorem esse dictum Florium, & ex hoc nascitur, quod iste Magnus Rescignolus comparès tanquam tertius ad allegandum eius prætensum directum dominium, debet audiri ordinarie, nec posset ꝑ impediri executio sententiæ, vel melius reuocari executio facta iuxta terminos. l. à diuo Pio, & in S. post addictum de re iud. Ex alio etiam capite non debet audiri, nam aut allegat possessionem, aut dominium, si dominium certum est, quod ratione iuris prætensi ab aliquo ꝑ tertio comparente non potest impediri executio sententiæ, dato quod non esset exequuta, sed deberet practicari tex. in l. is, à quo. ff. de rei vend. vt consulatur tertio comparenti per cautionem præstandam ab eo, qui obtinuit, & nunquam fuit practicum, quod ratione dominij, vel alicuius iuris, quod posset prætendi in re deducta in iudicium, tertius impedire possit illius executionem, aut vult audiri iste tertius prætendens, se possidere, & tunc per prædicta apparet contrarium, & illa possessio, quam prætendit cepisse, iam apparet, ex quo procedat, quia asserens, rem esse sibi deuolutam ob census non solutos, ꝑ capit possessionem propria autoritate, q̄ de

iure nullo modo fieri potuit, & ista possessio sic capta nullas vires habet, nam dominus prætextu census non soluti, vel alterius iuris, quod posset prætere in re emphyteutica, non potest propria autoritate possessionem capere, & est communis opinio Doctorum, & sic fuit decisum in S. C. refert Affl. in decis. 97. Ad quid enim seruiret æquitas purgandæ moræ inducta per leges? Ad quid seruirent excusationes inductæ à iure, propter quas possessor rei emphyteuticæ potest se defendere aduersus Dominum prætendentem, rem esse commissam, si posset ipsa capi propria autoritate? in hoc non immoror allegando Quotas, quia Domini Iudicantes, qui millies in facto huiusmodi causas defenderunt, ꝑ bene sciunt, emphyteutam non posse priuari possessione rei emphyteuticæ absque citatione, & sententia declaratoria. Et nedum hoc remedium competit emphyteutæ sed etiam eius creditori, qui pro seruando eius iura ꝑ posset allegare prædicta omnia, & excludere directum Dominum, purgando moram, & offerendo. Facit. ff. de pignor. l. vectigali, & seruiunt posita per Tiraq. in opere retract. fol. mibi 214. nu. 246.

Dirigat igitur gressus suos Magnus Aduersarius, si prætendit censum, & petat, quia administrabitur iustitiæ complementum. Et postquam per prædicta apparet, quod Magnus Rescignolus, nec ratione prætensi dominij directi, nec ratione prætensæ inualidæ possessionis potest aliquid allegare aduersus sententiam latam, vt impediatur executionem, vel illam exequutam reuocet, non potest se fundare, quod possessio capta per Florium ipsum sit inualide capta, quia in isto concursu vincet ille, qui primo reperitur possidere, eo modo, quo possessores vincere solent. ff. si usufr. pet. l. vt frui, in princ. Quod ius est, vt conuentus non teneatur reddere possessionem rei petitiæ, nisi implenti intentionem suam. C. de rei vend. l. finita. Andr. in c. r. in S. si tres, vel plures, ibi

ibi, si vero actor. de pac. tenen. & sic omni respectu manuteneri debet dictus Florius. Seruit etiam ad prædicta distinctio Bar. in d. l. à diuo Pio, in S. si super rebus, in quinta oppositione, qui dicit, quod quando res, quæ petitur, possidetur ab alio, qui conuenitur, ut fuit in casu nostro, ex quo Florius actor petebat assistentiam super re, quæ possidebatur à debitore conuento, & tunc dicit Bart. lata sententia, tertius ÷ nunquam poterit impedire illius executionem, ex quo poterit possessionem rei ita petere ab eo, qui obtinuit, sicut ab alio possessore. Facit etiam, quia dictus Magnus Rescignolus habuit notitiam dictæ litis, & fuit vocatus, & nihil dixit, quo casu non potest impedire sententiæ executionem. Poterunt videri collecta per Boer. decis. 77. in 1. parte, ex quibus videtur omni iure posse concludi, quod dictus Magnus Rescignolus ordinarie petat, quod præterdit, & audiri non debeat in allegatis præsentis nullitatibus, aut iniquitatibus sententiæ.

## A D D I T I O N E S.

**Q**uod tertius comparens pro suo interesse non possit impedire executionem sententiæ, sed audiendus est in terminis, in quibus causa reperitur, ultra adducta per meum Genitorem hic, concordat Affl. decis. 235. Imol. in l. ab exequutore. S. à sententia col. 10. ff. de appell. Alex. cons. 17. in fin. volu. 1. Vide quæ cumulat Vrsill. ad dictam decis. 235.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *An Rex possit vassallum tenentem ab eo Feudum quaternatum, & in capite, subdere alicui Baroni, ut Baronem, & non ipsum Regem recognoscat.*
- 2 *Non solum interest Prælatorum non mutare subditos, sed etiam subditorum interest non*

*mutare Dominum.*

- 3 *Clausula (iuribus alienis semper saluis) quid importet.*
- 4 *Per non usum, quanto tempore perdatur Priuilegium.*
- 5 *Habetur Priuilegium continens plura, si de uno ceperit possessionem, an videatur conseruare Priuilegium in omnibus.*

## A L L E G A T I O 44.

**I**N causa Subfeudorum, quæ à Barone tenentur. Pro Domino Fabio Caracciolo.



Illustri. Princeps Hostiliani præterdit, quod Magnifici Fabius, & Isabella Caraccioli coniuges, tenentes Feudum dictum *delli Pagani*, in territorio

Caleni, quod recognoscunt in capite à Regia Curia, illud teneant, & recognoscant ab ipso.

Præterdit illud fundare ex priuilegio Regis Catholici concessio Illustr. quond. Magnifico Capitaneo, cui concedendo Ducatum Sueffæ, inter cætera vult, quod omnia Feuda in terris concessis existentia, quæ à Rege recognoscantur in capite, de cætero recognoscantur ab ipso.

Verum dicti Magnifici Coniuges dicunt, Principem non posse obtinere. Primo, quia Rex non potuit vassallum suum alteri subdere, eo inuito, & hoc fundabitur iure. Secundo, quia dictum priuilegium Regis Catholici fuit expeditum in anno 1507. Et tamen per libros Camera, & partitas perceptorum apparet, quod ipsi Conuenti semper recognouerunt Regiam Curiam, tam in solutione adoharum, quam in alijs, ut sic per non usum tanti temporis priuilegium hodie non seruiat.

Et quatenus præterdatur forte per Prin-

Principem restitutio aduersus hunc nõ  
 vsum ex capite, quia absens Magnifi-  
 cus Capitaneus, & successiue eius po-  
 steri, nullam habuerunt notitiam, ,  
 adeo quod ex capite præsumptæ igno-  
 rantie non obstat dictus non vsus pri-  
 uilegij. Dicunt Magnifici Conuenti,  
 hoc non posse prætendi, ex quo opti-  
 me probarunt, quod dictus Illustr. Ma-  
 gnificus Capitaneus vixit annis multis  
 post concessionem, etiam per annos fe-  
 re decem, vt pro parte dicti Illustr. Prin-  
 cipis etiam est articulatum, & habuit  
 exactissimam notitiam omnium introi-  
 tum suorum, & bonorum, quæ in suis  
 terris erant, & quod annis multis ste-  
 tit in Regno. Item quod post eius disces-  
 sum à Regno Gubernatores per eum,  
 deputati habentes omnium plene noti-  
 tiam, continue omnia ipsi scribebant.  
 Item quod post eius mortem successit  
 Illustr. Domina Eluira filia, quæ cum  
 eius viro venit in Regnum, & sterit in  
 eo per annos fere quatuor, & visitauit  
 magnam partem Status, & habuit per  
 hoc plenam scientiam omnium introi-  
 tum, & bonorum, quæ in dicto Sta-  
 tu erant, & suorum priuilegiorum. Item  
 quod post eius discessum à Regno præ-  
 dicto, remansit Gubernator omnium,  
 Magnus Petrus Ramirez, qui dili-  
 gentissime habebat notitiam omnium,  
 qui reddebant Duci Sueffæ, & Regiæ  
 Curia, & eorum, qui in Ducatu bona  
 possidebant, & hæc omnia nunciabat  
 per literas. Itē quod in dicto Statu sæ-  
 per fuerunt Agentes, & Gubernatores  
 magnæ importantiæ, & inter alios q.  
 Illustr. Alarcon, & Illustr. D. Petrus de  
 Médoza, & pro Auditoribus Doctissimi  
 viri, qui omnino pro defensione causa-  
 rum, & Status habebant notitiã tenoris  
 priuilegiorum, & dicti Gubernatores  
 plene erant informati de omnibus te-  
 nentibus Subfeuda in dictis Terris. Itē  
 quod in speciẽ modernus Dux Sueffæ  
 habuit plenam informationem omnium  
 particularium rerum sui Status, & Sub-  
 feudatariorum in eo Feuda tenentium.  
 Item quod prædicti omnes Domini nõ

quam voluerunt vt i clausula dictorum  
 priuilegiorum cum dictis Magnif. Con-  
 uentis, & hoc clarius patet; quia nun-  
 quam soluerunt alijs, quam Regiæ Cu-  
 riæ. Est etiam plene demonstratum, q  
 in Territorijs Caleni, Sueffæ, & aliarum  
 Terrarum Ducis, sunt hodie alia Sub-  
 feuda, quæ recognoscuntur à Regiæ  
 Curia. Ex quibus in facto apparet, ple-  
 ne doctum, debere Magnificos Con-  
 uentos absolui.

Vt ex prædictis omnibus pro Con-  
 uentorum difensione tria considerari  
 contingat. Primum, si dicti Magnifici  
 Conuenti tuti priuilegio Regis, quod  
 Feudum, de quo agitur, debeat reco-  
 gnosci immediate, & in capite à Rege,  
 nullumq; alium in Superiorem reco-  
 gnoscant, quam Regiam Curiam, po-  
 tuerint subdi alterius dominio. † Et  
 certe licet vetus sit quæstio, adhuc non  
 vidi, à Doctoribus in dubium reuocari  
 opin. Andr. in c. Imperialem, vers. nec  
 Dominus, de prohib. feud. alien. qui te-  
 nent, quod vassallum contradicentem  
 subdi alterius dominio, maxime non  
 paris, vel maioris, Rex non possit inui-  
 tum alienare. Vassallus fidelis, & nobi-  
 lis, vt erat Dominus Oliuerius Carac-  
 ciolus prædecessorum Conuentorum, si  
 sciisset, alium, quam Regem se reco-  
 gniturum primo Feudo, de quo agitur,  
 illud non acceptasset. Et ideo dixit In-  
 nocent. in c. auditis, in vers. quia non,  
 tantum Prælatorum de præscriptio. q  
 nõ solum interest Prælatorum non per-  
 dere iura, quæ habent in Subditis, † sed  
 etiam Subditorum interest non mutare  
 Dominos; & dixit Hostiens. & Carteri  
 in c. dilecti filij, de maior. & obed. quod  
 si aliquis velit se, & suam Terram su-  
 biicere alieno dominio, admittetur cõ-  
 tradictio suorum hominum, qui in mu-  
 tatione dominij sentiunt interesse nota-  
 bile, Facit ad prædicta pulcher textus,  
 vbi glo. ff. de fid. comm. libert. l. inuitus,  
 & vt talis opinio tanquam omni æqui-  
 tati amica sit tenenda, poterit conside-  
 rari, quod postquam Magnificis Carac-  
 ciolis per eorum priuilegium erat quæ-  
 situm

firmum ius, quia ultra cōcessionem Feudum, dicitur in specie, quod in Superiorem nemo alius recognoscatur, quam Rex; quando postea Serenissimus Rex Catholicus concedit Magno Capitaneo suum priuilegium, habet de iure annexam clausulam ( iuribus alienis semper saluis ) † ita dicit Luc. de Pen. in l. prædia. cō. u. mibi 10. vers. quarto redeundo, de locat. prædior. ciuiliū lib. 11. cuius clausulæ virtus facit, vt Rex nullo modo velit tertio præiudicasse, vt ibi per eum: & tenet Andr. in c. si facta vers. sed quid si tradendo, si de feud. fuer. contro. non enim tractabatur hic solum de commo. Regio transferendo, sed de iure tertij, cum Rex noluit intellectui iuris præiudicare.

Et quando prædicta in dubio reuocarentur, quod non est credendum, adhuc Magnifici Conuenti absolui debēt, qui bene probauerunt, quod semper à tempore eorum priuilegij post priuilegium Capitanei Regis recognouerunt Regiam Curiam soluendo adoham, & alia seruitia præstando, vt sic tam dictus Magnus Capitaneus Illustris. quam successiue descendentes non vtētes per annos 50. in circa, amiserint omne priuilegium, † pro quo amittendo suffecisset nō vsus annorum 10. secundū magis cōnem opinionem omnium in c. cū accessissent de constir. & dicit Dec. in conf. 638. nu. 19. vol. 2. quod priuilegia facilius perduntur per non vsum, quam ius commune, quod nihil hominibus tollitur. Hoc modo scilicet sit fortius, allegat in specie glos. in cap. 1. in vers. Reguas in fi. extra de treg. ac pace; ad quæ faciunt etiam posita per Capi. decis. 134. Cui regulæ cōmuni, & omni iuris autoritate roboratæ, nulla ex limitationibus, quæ per Doctores dantur in dictis locis, aptari potest. Illustr. Magnus Capitaneus vir tātæ autoritatis, qui pluries fuerat diligens in augendo robur suorum priuilegiorum maxime in similibus casibus, vt Aduocatus Principis fundauit in facto, potuisset, si volebat, & ius comitabatur, exercere tale

priuilegium; ita vt non vtendo, merito dicatur perdidisse.

Et tanto magis, quia isti actus contrarij, & iste nō vsus priuilegij, processerunt ex certa scientia tam Illustr. Magni Capitanei tempore, quo vixit, quam Successorum. Probatum est optime, quod habuerūt notitiam omnium, quæ in eorum Statu erant, & quod Magnifici Caraccioli habebant hoc Feudum, vt sic non possit prætendi ignorantia priuilegij, quod semper penes eos retinuerunt, Aret. conf. 15. Reuerendissime domine, & illius virtute in alijs causis ciuilibus Magnus Capitaneus egit, & obtinuit declarationem à Sua Maiestate, vt parsmet legit; succedit, quod omne ius, quod potuissent prætere Domini Duces Sueffæ, perdidit, & est præscriptum, data hac scientia, secundum Bart. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publi. qui fortius dixit, sufficere scientiam Officialis. maxime quia hic nō agebatur de auferendo aliquid à Ducibus Sueffæ per præscriptionem, sed de conseruando iura Magnificorum Conuentorum, & quod res remaneret in eius natura antiqua.

Nec dicat Illustris. Princeps Hostiliani, quod ipse non potest excludi per præsumsum non vsum, postquam sufficit Illustr. Ducem Sueffæ fuisse vsum priuilegio in aliquibus ex Subfeudis, quod apparet per multa decreta producta. Primo, quia, data veritate opinionis præcedentis, quod Illustr. Magnus Capitaneus, qui per annos 10. nō fuit vsus dicto priuilegio, & successiue D. Eluira filia, illud amiserunt, pro vt iam vera est, per ea, quæ discurrit Gozadi. conf. 23. per totum. Et considerato, quod hic nedum adest non vsus, sed contrarius vsus, postquam Magnifici Caraccioli semper continuauerunt solutionē adoharum Regiæ Curie, & hoc etiam fortius procedit, postquam data scientia Ducis Sueffæ, ac prædecessorum, & Magnifici Caraccioli habebant Feudū in Ciuitate Caleni; & quod Regiæ Curie adohabant; & quod ipsi habebant

fa.

facultatem compellendi, vt adoharent ipsis, Magnifici Caraccioli non aliter fuerunt molestati, & non potest capi aliqua coniectura, ob quam fuerit hæc taciturnitas: non vsus priuilegij illud tollit omnino. Considerat Dec. consil. 308. num. 11. vt sic dici possit, quod si Dux Suesse fuit vsus prærogatiua priuilegij in vno casu, hoc nõ debeat extendi ad casum, à quo fuerat per talem non vsum penitus exclusus. Secundo, & fortius illud, † quod dicitur: habentes priuilegium aliquod continens plura, si de vno ceperint possessionem, videntur conseruare priuilegium in omnibus: pro vt ad hoc allegatur Bart. in l. 1. S. si quis hoc interdicto de it. actuq; priuilegia, quia hoc verum erit, altero non possidente, & ita secundum verum intellectum procedunt dicta per Innoc. in c. dilectus de Capp. Monac. vbi ceteri omnes: congerit Felin. in c. auditis de præscript. & Moder. maxime Purpur. in l. Imperium de iuris omni. iud. not. omnes in l. 3. S. ex contrario de acquir. possess. Cum ergo Domini Caraccioli tempore, quo Illustr. Magn. Capitaneus obtinuit à Cæsare priuilegium, vt Subfeudatarij Regis ipsum recognosceret, iam adohabant Regi, prout semper continuauerunt. Et sic erant, prout sunt in ista quasi possessione; quando Illustr. Dux Suesse voluit vti priuilegio cum alijs. Iste vsus non conseruat, nec acquirit aliquid in eo, quod possideretur ab alio.

## ADDITIONES.

**A**D num. 1. Addo, quod cum dictis per meum Genitorem cõcordat Minadous in Repet. Contlit. Regni, in aliquibus, super vers. in aliquibus in 13. col. vers. & pro hoc, fol. 49. qui dixit, sæpe in Sacro Consilio fuisse decifum, ex his, quæ ibi allegat, quod Priuilegia, quæ conceduntur alicui Magno Principi cum casibus referuatis, nõ transeunt in generali alienatione cum assensu, facta personis inferioribus, quibus talia Rex non fuisset concessurus. Reassumit hoc dictum Vincent. de Franch. decif. 125. num. 1. vbi proprie loquitur de Priuilegijs concessis per Regem Catholicum Magno Capitaneo, pro vt loquitur meus Genitor hic.

legijs concessis per Regem Catholicum Magno Capitaneo, pro vt loquitur meus Genitor hic.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## SUMMARIVM.

- 1 Ex unico actu correspondenti, & appropriato officio, queritur quasi possessio.
- 2 Per Priuilegium, accepta pecunia, cõcessum, vtile dominium queritur.
- 3 Existens in possessione, seu quasi, potest se tueri, & propria auctoritate vim repellere.
- 4 Quando agitur coram supremo Iudice sine processu, & contra processum, veritas elici potest.
- 5 Possessor etiam iniustus de facto spoliari non potest.
- 6 De facto spoliatus de facto est restituendus.
- 7 Regia iurisdictio etiam contra non subiectos extenditur, etiã nu. 6.
- 8 Text. in c. cum persone de priuileg. in 6. non habet locum, quando spoliatus peteret, se restitui, & idem nu. 7.
- 9 Secretarij officium inductum, vt Principis arcana sibi committantur.
- 10 Officium Scribe mandati ad quid inductum, & nu. 9.
- 11 Nulla est melior interpretatio, quam actuus consuetudo, & exercitium.
- 12 In consuetudine interpretatiua vnicus sufficit actus.
- 13 Gagia solita, & consueta, quæ sunt remissiuæ.
- 15 Per communionem vniuscuiusq; posses-

*possessio non alteratur.*

- 15 *Illud fingitur à Rege cogitatum, quod ius disponit.*
- 16 *Regis dispositio nunquam in dubio in tertij præiudicium intelligitur, ut in præcedenti.*
- 17 *Viam iuris eligens ad viam facti redire non licet.*
- 18 *Litis pendentia inducitur per præsentationem literarum Principis, & commissionem causæ in Sacro Consilio.*

ALLEGATIO 45.

**D**E Officio Secretarij Regni, & Scribarum Mandamenti. Pro dictis Scribis, contra dictum Secretarium in causa emolumentorum dicti Officij.



On repetendo seriem facti, quæ notoria est Circumspectis Iudicantibus, ex deductis videtur apertissime demonstratum, Scribas Mandamenti

fuisse in quasi possessione scribendi, & exercendi ea omnia, quorum exercitium interdixit Excell. Aduersarius, per quod in talibus quæritur quasi possessio, per not. in c. cum in Genesi de electio. tenet Brunus in his terminis. conf. 97. in tertio dubio: sunt enim actus, qui correspondent Officio, & sunt ipsi appropriati: nam ad id proprie videtur deputatus Scriba Mandamenti, ut sic ex actu correspondenti, & appropriato Officio, etiam si esset vnicus, quæsitæ sit quasi possessio. Ita Bald. in l. 2. 2. quæst. num. 15. C. de seru. & aqua, & maxime quando tales actus possessui processerunt cum scientia Secretariorum, qui pro tempore fuerunt, &

successiue dicti Excell. Aduersarij. ff. de seruitu. l. pen. & not. in d. l. 2. de seruit. & aqu.

Fundant talem possessionem Scribæ Mandamenti in eorum priuilegijs, per quæ dantur Officia ad vitam cum emolumentis, tam de iure, quàm de cõsuetudine ad illam spectantibus, ut ex talibus priuilegijs etiam accepta pecunia concessis, quæsitum sit vtile dominium Scribis, nec possint sine causa priuari, secundum Bald. in l. qui se patris. pen. col. C. vnde lib. faciunt dicta per Brun. d. conf. 97. in princ. & sic intentio Scribarum fundata sit in possessione titulata, & p̄inde manutenendi in ea, extra de priuileg. c. cum personæ.

Ex quibus fiat, quod postquam Scribæ Mandamenti docent de illorum quasi possessione, non potuerunt de facto spoliari ab Aduersario; dato quod titulus aliquis non appareret, secundum Andr. in c. Imperialem. S. præterea: faciunt dicta per Capic. decis. 77. maxime quando non sit Dominus Officiorum, qui agit, vel prætendit aliquid contra ipsos; quo casu posset practicari decis. Luc. de Penn. c. de fund. limitroph. l. 2. Ista tamen omnia cessant, postquam actus possessui Scribarum fouentur titulis; ut sic nullo iure fundetur innouatio facta per Excell. Secretarium, & certum est, quod ex iuris dispositione, ipsi Scribæ potuissent ex eorum quasi possessione se defendere, & opportunis remedijs vim repellere et propria auctoritate. Si super hoc adeunt Iudicem, & inuocant eius patrocinium, sine alio libello, & solemnitate iudicij, debent restitui. Ita Bald. conf. 177. ad euentiã, volum. 3. ibi, secundo permittendum, qui allegat text. in l. requirendi. C. de seru. fugit. & hoc etiam, quod super tali patrocinio præstando non sit formatus processus, quando simus in supremo Iudice, qui sine processu, & contra processum, debet sequi veritatem sibi notam. Petr. de Anch. in c. possessor q. 6. de reg. iur. in 6. Guid. Pap. decis. 29. 2

autem possessio dictorum Scribarum

N sit

fit notissima Illustris. Proregi, & Circumspectis Regentibus, ipsa Officij necessitas suadet; ex quo exercitium talium Officiorum semper versatur coram eis, vt ex his fundetur, quod postq̄

5 Scribæ Mandamenti possidentes, etiam si eorum possessio fuisset iniusta, non potuerunt de facto, & absque citatione spoliari, per tex. in c. licet Episcopus de prob. in 6. & in l. si. C. si p vim, vel alio modo. Non debet Excell. Aduersarius desiderare processum, vt consulatur indemnitati Scribarum Mandamēti, nam litigabit ille manibus plenis, isti nō habētes alium modum viuendi, quam ex prouentibus Officiorum, ne mendicent, deserēt litem, q̄ tanti Tribunalis auctoritas pati non debet: immo sicut de facto fuerunt spoliati, eodem iure restituantur. Facit tex. & quæ ibi not. DD. in c. ab excommunicato, de rescript. & in l. si pacto, quo pœnam. C. de pactis, in hoc proprie seruit Regia auctoritas, vt tollat has violentias, & subdit: que- rant ius ab officialibus deputatis ab ipso Rege. Inde videmus, Regiam iurisdictionem extendi contra non subiectos, per † cap. Regni ad Regale fastigium, & alia. Si Excell. Secretarius prætendebat, emolumenta Cancellariæ omnia ad ipsum spectare, & nō ad Scribas existentes in quasi possessione, debebat petere, vt sic declaratur, & expectare decisionem iuridicam, quod non fecit, & sit auctoritatis talis, vt ei resisti non possit, erit hoc permittendum ab Illustris. Prorege? certe credi non potest.

Si desideraretur causæ decisio etiam in petitorio, vel possessorio ordinario, deberent obtinere Scribæ Mandamenti, cum ostenderint actus possessiuos ab anno 1508. vsque ad initium præsentis mensis Septemb. per continuatos annos, tam legendi, & decretandi memorialia, quam scribendi assensus, & alios actus, qui hodie interdicuntur, sed quia fuit petitum, remoueri spoliū, & lite pendente, possessores defendi, postquam per Scribas producta sunt

priuilegia, & possessio probata est, nec ex aduerso obstat, Iuris præsumptio, aut contraria probatio Aduersarij, quis dubitabit, debere practicari text. in cap. cum personæ de priuileg. in sexto? immo in præsentis iudicio posset sustineri, quod quamuis Excel. Aduersarius haberet intentionem fundatam de iure communi, adhuc tamen de facto non poterit spoliare Scribas: & isto casu non posset practicari tex. in d. c. cum personæ, sed ante omnia spoliatus deberet restitui. Ita Innoc. in c. cum venissent col. 4. de resti. in integr. † refert Capi. sua decisio. 189. nu. 5. vbi, quod dictus tex. habet locum, si ageretur iudicio petitorio, vel possessorio simplici reintegranda, non autem quando aliquis sua possessione spoliatus peteret, se restitui. Et certe si consideremus pro quo istorum Officiorum præsumat ius circa actus, de quibus contēditur pro officio ipsius Excell. Secretarij, vel Scribarum, nullū dubium est, quod fauorabiliores sunt Scribæ Mandamenti, est namq; inductū

8 Officium Secretarij, vt arcana Principis sibi committantur. C. de proxim. sacro. scrini. l. proximos, & dicit Luc. de Penn. in rubr. C. de Præposi. sac. cubicu. lib. 12. qui debent audire secretiora ipsius Principis, ponendo exemplum in literis scribendis Officialibus, quæ subscribuntur per Regem. Refert,

9 & sequitur Cassan. in catalo. glo. † Mūdi, sexta parte, considerat. nona. Officia vero Scribarum inducta sunt proprie, vt ea, quæ mandantur, possint ab eis scribi, & istam interpretationem licet suadeat ipsa vocabulorum allu-

10 sio, † tamen consuetudo, & exercitium actuum sic declarauerunt, quæ est melior quauis interpretatione. ff. de legib. l. si de interpretatione, & extra de consuet. c. cum dilectus, vbi per DD. & hoc procederet, etiam si ostenderetur exercitium vnus actus tantum, qui sufficit

11 in consuetudine interpretatiua, † Alex. conf. 8. nu. 7. vol. 6. & etiam quia exercitium talis actus correspondet Officio, secūdem Bal. in d. l. 2. de serui. & aqua.

Quan-



Quanto fortius prædicta procedent in actibus possessiuis, tanto tempore continuatis? ut sic si adest frequentia actuum, adsit etiam iuris concomitantia circa tales actus per prædicta, & Rex concessit priuilegia ipsis Scribis cum emolumentis, tam de iure, quam de consuetudine ad Officia spectantibus. Quis sustinebit contrarium, quod priuilegia prædicta seruanda non sint, & ipsis Scribis possessio restituenda?

12 Faciunt scripta per Loffred. † conf. 36. versus finem, qui declarat illa verba (Gagijs solitis, & consuetis.)

Non obstat, quod Excell. Secretarius prætendat, quasi possessionem Scribarum processisse à societate inter eos inita, quam cœtum vocant, ut sic mixtura suæ personæ habilitauerit Scribas, quia ex scripturis productis apparet, Scribas quasi possedisse ante cœtum, & post, ut sic factum non suffragetur. Præterea ex lectura tertij capituli ipsius cœtus apparet, inter Scribas esse communicatos quæstus, & emolumenta Officiorum, iuxta terminos l. soluti. ff. pro socio, & ut prouentus, qui prius erant proprii cuiusque Scribæ, veniant modo in societatem, quæ non facit, ut quilibet ex Scribis iure proprio Officium non administret; & hoc fuit Secretario expediens, quia solus non potuisset quærere tantam commoditatem, quantam ex societate

13 sibi quæsiuit; † non ergo est alterata possessio Scribarum per dictam communionem, immo in tali societate quilibet ex Scribis, & etiam ipse Secretarius retinet possessionem, etiam si omnia Officia fuissent administrata per vnum solum, communi tamen nomine. Text. est in l. communis. ff. de acquir. possess.

Ultimo, instructiones, in quibus fundat se dictus Excell. Secretarius, in aliquo non obstant ipsis Scribis. Primo, quia ex illarum lectura apparet, nullam facere mentionem de ipsis, de quorum tamen præiudicio maxime tractatur; ita ut appareat clare, Regem

noluisse præiudicare; & alias eius dispositio ita est intelligenda, quia illud 14 † fingitur cogitatum à Rege, quod ius disponit, secundum Andr. in §. huius autem generis, & in §. porro, quæ sit pri 15 ma caus. benef. amitt. Disponit lex, † vt dispositio Regia nunquam in dubio intelligatur cum tertij præiudicio. l. 2. §. merito, cū vulga. ff. ne quid in loc. publ. & certe si legantur instructiones, apparebit, eas loqui de illis expeditionibus, quæ cum causæ cognitione fiunt in Collaterali Cons. vt eas scilicet solus Secretarius, & alij de Collaterali audiât, nec vnquam fuit Regiæ intentionis loqui de lectura, & expeditione memorialiū, & scriptura aliorum actorum, quæ hodie actitatur à Scribis, quæ mēs Regia, ut non fuerit præiudicare Scribis, suadetur ex eo, quod post dictas instructiones, quæ fuerunt expeditæ in mense Ianuarij præsentis anni, quādo fuit supplicatum ipsi Regi per Aduersarium, q̄ Scribæ Mandamenti turbabant eum in perceptione suorum emolumentorum, quia in tali supplicatione fiebat mentio partis, Rex commisit causam decidendam de iustitia, & hoc de mense Maij, & sic paulo post instructiones prædictas, quod idem fecit supplicantibus Scribis, qui narrauerunt prætendencias Secretarij, fuitq; talis eorum supplicatio pariter commissā decidenda de iustitia.

Istę prouisiones expeditæ dicto mense Maij arguunt, & quod Rex ipse noluit præiudicare tertio, quando fuit de ipso facta mentio, & quod ipse Secretarius bene sciebat de mente Regis, quod dictæ instructiones non habebant illum sensum, qui datur hodie; operantur etiam alium effectum, ut post 16 quam electa fuit via iuris, † non esset redeundum ad viam facti. Ita Bald. in l. 1. in princip. C. de execu. rei iudicat. & ex quo dictus Excell. Secretarius † præsentauit literas Regias, & fuerunt commissæ Sacro Consilio, & habita fuit de eis notitia, ac partibus inducta fuit litis pendentia, iuxta

18. terminos † clem. 2. vt lic. pend. non debuit innouari in aliquo, vt sic ex isto capite saltem omnia redire debeant ad pristinum. Sed dato, quod instructiones apertissime cōtinerent, omnia emolumenta Cancellariæ debere spectare ad solum Secretarium, tamen virtute illarum debuit agi, & possessores erant vocandi d. l. si. C. si per vim, vel alio modo, & C. vnde vi. l. meminerint; non .n. poterat Secretarius de facto cōstituere se possessorem; & quidem ante dictas instructiones præcedebant tot Imperiales ordinationes in fauorem Scribarum, processus, & decreta inter partes, & demum continuata possessio, quæ omnia si Rex sciuisset, quis dubitat, quod noluisset alicui præiudicare? quo fiet, vt Illustris. Prorex, omni innouatione sublata, debeat Sereniss. Regi rescribere, & de omnibus Suam Maiestatem consulere, iuxta terminos. c. si quando de rescript.

## ADDITIONES.

**C**irca principium ibi (Ex quibus fiet) &c. Addo vltra tradita hic per meum Genitorem, Hyppolitum de Marsil. sing. 11. Menoch. in Pract. & Theor. causarum crimin. in forma inquisitionis contra blasphem. vers. vulgaris est regula fol. 74. Gabrielem com. opin. lib. 5. in tit. de restit. spolia. conclus. 1. Iacob. de S. Georg. in l. si de vi. ff. de iudic. Ioannem Fabrum in §. retinendæ instit. de interdict.

Adde etiam conf. Regentis Lanarij 66. qui in eadem causa scripsit, & fuit collega cum meo Patre in eadem causa, prout ipse videtur annuere in principio dicti consilij.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## SUMMARIVM.

- 1 *Assensus Regius super principali concessione extenditur ad consecutiua: nec in consecutiuis, & sequelis requiritur nouus assensus.*
- 2 *Verba magis seruiunt nature com-*

*tractus, quam e contra.*

- 3 *Quando contractus fit super retentione fructuum Feudi ad certum tempus, non est opus assensus Regis.*
- 4 *Gesta per feudatarium ligant successorem heredem.*
- 5 *Qualitas hereditaria operatur, vt successor heres non reuocet.*
- 6 *An super fructibus Feudi hereditarij possit procedi ex contractu inito cum defuncto.*
- 7 *Alienantis declaratio est necessaria, vt reuocatio teneat.*
- 8 *Confessio in libello supplicatorio voluntatis probationem inducit.*
- 9 *Sola producentis productio in iudicio producentis confessionem inducit.*
- 10 *Assertio cedentis nocet cessionario.*
- 11 *Dubius euentus validat contractum, in quo, inspecto exitu, forte reperiretur laeso.*
- 12 *Quando possessor teneatur ad restitutionem fructuum, nedum perceptorum, sed percipiendorum.*
- 13 *Sententia est stricti iuris.*
- 14 *Verba sententiæ sunt attendenda.*
- 15 *Non est bona probatio arguere de presenti in præteritum in re nõ uniformis redditus.*

## ALLEGATIO 46.

**I**N causa retentionis Feudi sine assensu Regio. Pro Monasterio Sancti Laurentij de Padula.

Quia

Vide  
in alle  
ga. Ia-  
co. An-  
tonij  
patriis  
48.



Via Monasterium S. Laurentij de Padula in hoc iudicio liquidationis fructuum obtulit semper, velle restituere fructus Illustr. Atri-

ci, perceptos à tempore, quo cepit possidere Feudum absq; Regio assensu, q̄ fuit ab anno 1528. vsque ad executionem sententiæ, seruata tamen illius forma, & reuocatur in dubiũ perceptio fructuum ab anno 1512. vsque ad annum 27. quo tempore licuit retinere Feudũ, & fructus capere, seruata forma conuentionis inter Ill. Principem Berardinum, & dictum Monasterium initæ. Erit considerandum, quod aut talis conuentio, quæ erat, vt Monasterio liceret retinere Feudum Brundusij à Monasterio reemptum mandato Illustris. Principis pro duc. 2500. quousque de fructibus satisfieret ad rationem tamen duc. 170. quolibet anno, & sic per tempus annum quindecim reuocatur in dubium, tanquam non sit assensus Regis, & tunc dico, quod in ea nõ requirebatur, postquam aderat in prædicto cõtractu, qui erat, vt prædictum Monasterium potuisset retinere Feudum, quousq; de fructibus satisfieret, illud vero, quod fuit secutum postea, vt fructus intelligerentur quolibet anno duc. 170. & pro hac summa singulis annis extingueretur capitale Monasterij, fuit executio dicti primi contractus, in qua nouus non requirebatur assensus. Casus est in l. si pupillorum. §. si pupillus. & ibi hoc not. Bald. de reb. eor. sentit idem Bald. C. si quis alte. vel sibi, in l. cum per eos, in fi. Tenent Modern. in constit. si quis post litem, col. mihi 8. vers. sed pone, q̄ aliquis impetrat assensum. Fuit quidem executio contractus dicta conuentio continens modum fructuum percipiendorum, ad quem finem iam Rex assenserat, licere retentionem, quæ sapiebat alienationem: quod clarius suadetur ex lectura assensus, in quo Rex non se restringit ad perceptionem fructuum certo modo, sed assentit simpliciter retentioni Feudi, quousque de fructibus

satisfieret, & hic assensus præcedit omnes cõtractus, & refert se ad instrumentum celebrandum; in quo licet partes voluerint fructus extimari per primos tres annos, voluit se tamen Princeps ponere in tuto per secundam conuentionem, & quod in dicta secunda conuentione nõ fuerit Regius assensus necessarius, suaderetur ex ipsius qualitate, quæ postquam est quædam declaratio fructuum, illorumq; taxatio non continens alienationem, pignorationem, permutationemue, quia verba. l. diuæ memoriæ non habent locum, nec illius dispositio per iura vulgaria; indiguerat enim Regio assensu potestas retinendi Feudum loco pignoris, per quod ius in re constituebatur, quod prouidit iam Rex.

Nec obstabit, quod per verba dictæ conuentionis dicitur, quod durante tempore extinctionis capitalis, Monasteriũ habeat vsum fructum dicti Feudi, vt ex hoc videatur talis conuentio alienationem continere, quia postquam isto casu vsus fructus, qui de sui natura in Ecclesiam durasset annos centum, per tex. in anth. quas actiones. C. de Sacrosanct. Eccl. restringitur ad annos quindecim, vt sic videatur trãslata cõmoditas fructuum percipiendorum: potius verba magis seruient naturæ cõtractus, quam e contra. Ita Bal. in specie in l. 2. ibi, sed iuxta hoc quæro. C. cõmod. qui allegat ff. de præscript. verb. l. in sulam. Ceterũ si consideremus, quod talis conuentio fuit super fructibus Feudi ad tẽpus, nullo iure translato in Monasterium, valuit etiam sine assensu, viuente feudatario disponente † secundum Andr. in c. Imperialem in princ. quem sequuntur Moder. ibi, & licet post eius mortem pereãt omnes obligationes, secundum eum ibi, hoc tamen non procederet, quando Feudum venit ad successorem, & non ad dominum, nec in Feudo hæreditario, vt erat istud, de quo agitur, † in quo gesta per vassallum ligant successorem hæredem, secundum Andr. in c. 1. de alien. feud. pater. & clarius in c. 1. an

agnatus, & tenuit Affl. in d. c. Imperialē in princ. num. 35. ibi, sed si Feudum est hæreditarium; operatur enim multum  
 5 qualitas hæc hæreditaria, † vt successor hæres non reuocet, vt per multa discurret Loffred. conf. 1. & conferūt. posita per Affl. decif. 26. vbi discutitur, si  
 6 super fructibus feudi hæreditarij † possit procedi ex contractu inito cum feudatario mortuo, & licet prætendi possit, q̄ etiam Princeps Bisiniani mortuus, q̄ talem conuentionem fecerat, tanquam  
 vltra tempera à iure præfinita, quia in annos quindecim taxaerat fructuum perceptionem, poterat reuocare, & sic hæres eius, hoc tamen factū tollit, postquam nec ipse, nec eius successor reuocauerunt, immo, vt ostendam, Illustr. Princeps successor probauit expresse, &  
 7 quia non reuocauit disponēs, † aut eius hæres, non est in dubium reuocanda conuētio, postquam necessaria erat declaratio alienantis, ex not. per Bald. in l. si. in fi. C. de reuoc. donatio. sequitur Dec. conf. 206. in fi. & Alex. cōf. 104. in caus. & quæst. colu. fi. vol. 3. Est .n. hæc annullatio contractus super re feudali continente mere fauorem, & incommo- dum feudatarij disponentis, quia non super corpore Feudi, sed super fructibus in potētia fieri, volente domino, nō autem in facto esse, vt considerat Alex. 2. vol. conf. 173. viso themate, q̄ autem Illustr. Princeps successor nedum non reuocauerit dictam conuentionem, sed approbauerit, patet ex finali venditione dicti Feudi facta in anno 19. & sic per annos septem post conuentionem, in qua fit mentio, quod Monasterium tenere debeat Feudum per alios annos octo, vel nouem ad complementum omnium quindecim, iuxta dictam conuentionem, vt sic si Princeps transfert in Monasteriū integra iura, quæ remāserant cum expressa mentione primæ conuentionis, non sit dubitandum, quod illam probauerit, nedum non reuocauerit.

Patet etiam eius alia clarior approbatio, quando volens donare Illustr. D.

Catherinæ sorori Feudum Brundusij, asserit in memoriali assensus, quod dictum Feudum vna cum fructibus ad ipsum spectabat, & Monasterium, quod iam perceperat fructus, seruata prima conuētionem, debet illos restituere à tempore post finitam conuentionem prædictam, & sic declarans, quid prætendit à Monasterio, confirmat, & probat, Monasterium percepisse fructus pro tēpore dictæ conuentionis, quæ confessio dicti  
 8 Illustr. Actoris, † etiam in hoc libello supplicatorio, Principi probationem voluntatis inducit. C. de lib. ca. l. cum precum, vbi Bald. in fi. non enim agitur de ipsum ad aliquid obligando, vt ibi Bald. cōsiderat, & fortius prodest Monasterio, postquam memoriale dicti assensus, in quo sunt verba prædicta, fuit in iudicio productum à dicto Illu. Principe, vt sic sola hæc productio operari debeat confessionem producētis extra de electio. c. cum venerabilis: processit dicta assertio ante litem contestatam, nunquam fuit reuocata, cōtinebat substantiam eius, quod Princeps intendebat cōtra Monasterium, quis igitur poterit de eius viribus dubitare? nec proderit Illustr. D. Catherinæ, quod non ipsa, quæ principaliter agit contra Monasterium, fecerit talem confessionem, sed Princeps donās, quia ipsi, vt cessionariæ, & habenti causam à dicto Illu. Principe, nocet assertio Principis, † quæ  
 9 alias ipsi agenti noceret, plene fundat Aimō. in his terminis conf. 29. in princ. vt ex ijs omnibus videat S. C. quantum bone in dubium reuocetur dicta conuentio prætextu Regij assensus deficientis.

Sed si de tali conuentione grauet se Princeps, vt pote continente læsionem non modicam, tanquam Monasterium pro duc. 2500. perceperit decem mille, & plus, & tunc dicit Monasterium, Ill. Principem non esse in probatis, ex quo lectura processus suadet, ex tali Feudo, durante tēpore dictæ conuentionis, fuisse perceptos dnc. 2615. & quod maior summa peruenerit. Magnif. Aduocati dicti

dicti Illust. Principis colligunt ex coniecturis, arguendo, quod non erat verisimile, aliud non provenisse, & ex hoc inverisimili addūt alios duc. 8000. vt sic videantur læsionem fundare, & postquā alleganti læsionem incumbit onus illā specificè probandi, sufficeret Monasterio regula iuris, quæ fauet Reo, deficiente Actore in probationibus, quando tamen pro Monasterio liquido probatū sit, tale Feudum tempore, quo fuit in eius posse, fuisse modicæ, & non continuæ præstationis, vt in notula facti clarius deducitur.

Et quia pro Monasterio inter cætera probatū est, tale Feudum nō esse continui, & vniformis redditus, immo, quod si vno anno glandes produxit, per quinque, & quandoq; sex alios nil reddidit, potuitq; ex hoc Monasterium sentire damnum, omni anno extinguendo duc. 170. de capitali, & illos non percipiendo ex fructibus Feudi, sicut poterat ēt lucrum habere, etiamsi, inspecto exitu, peruenisset magna summa, & sic fuisset aliqua læsio, † ratione tñ dubij euentus valuit à principio talis conuentio, nec potest in dubium reuocari: casus est C. de transactio. in l. de fideicommisso, vbi Paul. de Castr. in specie loquitur de simili quæstione, & facit C. de inofficio. testam. l. si pater puellæ: & ne imorer in allegando Quotas, poterit videri Tiraqu. qui multos cumulat in l. si vnquam in vers. donatione largitus nu. 110. C. de reuoc. donatio. & absq; dubio hæc est omnium Doctorum cōmunis opinio, quod dubius euentus validat semper contractum, in quo, inspecto exitu, reperiretur forte læsio. Princeps posuit se in tuto, quod omni anno extinguerentur duc. 170. etiā si ex Feudo retento nil percipiebat Monasteriū, pro vt vere per annos multos nil percipit, quia non nati fructus ex Feudo, q̄ clarissime probatum est.

Nec seruiet, ex aduerso prætendi, fuisse probatum per Illust. Principem, ex tali Feudo peruenisse ad Monasterium maximos fructus valoris etiam annuo-

rum duc. 800. quia in facto doctum est talem probationem non concludere, vt pote loquentem de duobus territorijs, quorum Illust. Princeps fecit vnicam rubricam, & aliud territorium, q̄ additur huic, de quo tractatur, idem Princeps fatetur, esse redditus annuorū duc. 600. vt sic probatio Monasterij, quæ in specie loquitur de Feudo Brūdusij, præualeat probationi Principis genericæ, admixtæ, & non concludenti, quo ad Feudum, de quo agitur.

Vt ex prædictis omnibus recte concludi possit, Monasterium non posse molestari de fructibus perceptis ab anno 1512. vsque ad annum 27. seruata forma dictæ conuentionis, quando vero incipit possidere cum defectu assensus, & sic ab anno 28. vsque ad restitutionē Feudi, seruetur forma sententiæ S. C. vt scilicet Monasteriū restituat fructus perceptos, habita in eis ratione duc. 2300. vna cum interesse, & quia dicta sententia dedit legem circa fructuum restitutionem, ademptæ sunt amaritudines, tex. C. de rei vend. l. domum, & ff. eod. l. fructus, & eorū, quæ ibi DD. querunt, quādo possidens teneatur † ad restitutionem fructuum perceptorum, & qui percipi potuerūt, circūscripsit enim hanc difficultatem Iudex, qui ad perceptos tātum cōdemnavit Monasterium, ita vt vltra eos, qui percepti apparent ex processu, non extendatur sententia, † quæ stricti iuris est. C. si plures vna sententia. l. si. & ff. de re iudica. l. Paulus respondet eos, not. Ang. ff. de hæred. instit. l. 1. in si. petebatur ab Illust. Principe Feudum, vna cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, & Iudex in sententia de perceptis loquitur: verba sententiæ † sunt attendenda d. tit. de re iud. l. in summa, & merito sic prouidit S. C. postquam videbat, Monasterium non possedisse mala fide, quæ solet suadere condemnationem ad percipiēdos fructus d. l. domum, & l. fructus. Ita vt hac ratione attenda, nō possint à D. Catherina prætendi alij fructus, quam qui apparēt percepti ex processu, & ex hoc

hoc aduertat S. C. quam male proces-  
ferat, cū reuerentia, primus calculator,  
condemnando Monasterium ad duc.  
6500. pro annis, quibus instrumēta af-  
fictuum non apparebant, nec demōstra-  
batur aliqua perceptio, sed tantum ar-  
guendo, quod verisimile erat percepisse,  
tanquam vellet prētendere ex con-  
iecturis, posse cōdemnari Monasterium  
ad talem summan.

Nec seruiet, quod D. Catherina prætendit,  
postquam Feudum ad eius manus peruenit,  
fuit in magno, & cōtinuo reddito, vt prætedit  
fundare ex aliquibus instrumentis affictuum,  
quia licet possent in rotum reuocari in dubium,  
dicta instrumenta tanquam confecta à  
15 Notarijs vassallis, tamen non est bona  
probatio de præsenti arguere in præt-  
eritū in re non vniformis redditus, vt  
est defensa, de qua agitur secundum  
theoricam Bal. C. de proba. in l. ex per-  
sona, & not. Luc. de Penn. C. de Princi.  
agen. in reb. in vlti. col. ibi vltimo nota  
lib. 12.

Reliquum esset respondere alijs obie-  
ctibus dictę Dominę Astricis, quod di-  
cti duc. 2300. nō fuerint integre soluti  
per Monasterium, & quod interesse nō  
debeat ad rationem decem pro cēto,  
& quod fructus percepti cedant primo  
loco in extinctionem capitalis, & non  
vsurarum; quia duo primi per facti in-  
teremptionem tolluntur, vltimus de  
aperta iuris censura nō indiget respōso.

## ADDITIONES.

**A**D nu. 1. concordat cum dictis per meum  
Genitorem hic Camer. in l. Imperialem  
fol. 394. in parua impressione, in materia  
extensionis assensus, qui dixit, quod assen-  
sus extenditur ad cōsecutiua, per text. in l.  
si pupillorum. §. si Prætor. ff. de reb. eorum.  
Hinc est (dixit ipse) quod Assensus super  
obligatione extenditur ad venditionem,  
quæ inde ex necessitate causatur, eo quod  
magis quædam sequela primæ obligatio-  
nis dicitur, quam noua venditio, secundum  
Bald. in d. l. si pupillorum. §. si pupillus, quæ  
sequuntur cumulati per Afflict. in const. si  
quis post litem, nam hæc sequela non dici-

tur diuersa res, sed potius eadem. Plura  
cumulat Camerar. quem videto, quia con-  
cordat in omnibus cum dictis per meum  
Genitorem hic, & vide etiam Affl. dec. 285.  
Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## SUMMARIVM.

- 1 Quodlibet verbū, quod pōt de per se stare, non pōt dici positū frustra.
- 2 Aliud est pretium, & aliud est interesse.
- 3 Verbum (damni) quid importet.
- 4 Ad quid teneatur, qui damnum refarcire debet.
- 5 Maxima est commoditas ementi Feudum prope Feudum eius.
- 6 Quando vēditor Feudi sine assensu vult illud recuperare ab emptore, debet restituere pretium vna cum interesse.
- 7 Assensus Regius quamuis sit stricti iuris, adeo quod in eo non fit extensio, hoc procedit, respiciendo partem extensiuam, non cōprebensiuam.
- 8 Assensus extēditur ad cōsecutiua.
- 9 Assensus impetratus ad vendendum, seu ad donandum, comprehendit omne id, quod de natura verborum venire potest.

## ALLEGATIO 47.

**I**N causa euictionis rei emptæ  
circa liquidationem interes-  
se. Pro Monasterio S. Lau-  
rentij prope Padulam.



**S**I considerentur verba as-  
sensus, voluit Rex in tribus  
consulere Monasterio; sicut An-  
tonij patris  
Feudum auocaretur, in  
pretio, in damno, & inte-  
resse: quodlibet verbum quando potest stare

Vide  
in alle  
ga. la.  
sico. An  
tonij  
patris  
48.

1 stare de per se, † non debet dici positū frustra secundum not. per Bald. in rubr. de contrah. empt. dum loquitur de pretio, prouidit in casu pecuniæ recuperandæ, quæ est diuersa ab hoc termino interesse, hoc patet, quia venditor, re euita, tenetur ad omne interesse euitationis, † & si forte conuentum est, nil euitationis nomine deberi, venit restitutio pretij. ff. de actio. empt. l. emptorem. §. ibidem, ergo aliud est pretium, aliud interesse: verba sunt Bal. in l. 1. colu. 1. ibi not. ex glos. de sent. quæ pro eo q̄ interest, est ergo necesse dicere, q̄ illud verbum sequens in assensu pro interesse declarat suum proprium significatū, idest lucrum cessans, & damnum emergens: verba sunt eiusdem Bald. in d. l. 1. col. 9. nu. 64. ibi, secundo præmitte, &

2 idem de verbo (damnis) † vt Rex voluerit consulere Monasterio, si eius patrimonium diminuatur ex Feudi amissione ob assensum non impetratum. Talis enim est huius verbi allusio. ff. de damn. inf. l. 3. & qui tenetur refarcire damnum, † obligatur ad id, quod damnum passus consequi potuit, aut erogare cogitur, tex. est. ff. ad l. Aquil. l. si seruum meum. §. in lege, & dicit ibi glos. in vers. damnum, idest damni æstimationem; quæ igitur potuissent inueniri pinguiora verba, vt consulerent indemnitate Monasterij, quam prædicta? si Monasterium haberet hodie Feudum Brundusij, quia vicinum alijs bonis suis, sentiret ex hoc maximam comoditatem.

3 † ff. de leg. 1. l. si cui fundus. ff. de contrahen. empt. l. quod sæpe in si. valeret hodie Feudum Brundusij longe, ac longe maiori pretio, quam fuerat emptū, istud lucrum erat radicatum Monasterio possidenti, quia amisit illud defectu assensus, ergo est in damno, Bald. not. in l. cum te, in princ. C. de donat. ante nupt. quod quidem debetur Monasterio, vt tradit glos. in Const. Constitutionem diuæ memoriæ, in verbo (nullam) infra. dicens, emptorem Feudi agere posse contra veditorem ad æstimationem rei, sequuta euitatione ex defectu assen-

sus. Quid dicemus de litium expensis, quas erogauit Monasteriū, vt se defenderet? nonne in dāno, & interesse consisteret Monasterium, si voluisset sibi cōsuli? quoad recuperationem pecuniæ solutæ vna cum interesse illius, non erat opus promissione Ducis Summæ, quia postquam pretium peruenerat ad Principem Bisiniani, quando ipse, aut alius ab eo causam habens voluisset reuocare, tenebatur restituere pretium vna cum interesse, vt haberet Feudum venditū vna cum fructibus, secundum Modernos in l. Regni consti. diuæ memoriæ, & hoc hodie vsu est receptum in iudicijs, quantum ad recuperationem prædictorum, nō fuisset opus impetrare Regium assensum super obligatione Ducis, qui fideiubebat, voluit augere cautelam, hoc non debet contrarium operari. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter, seruiisset de v̄to obligatio Ducis Summæ, quia certum erat, ipsum non posse in aliquo conueniri, ex quo Princeps si reuocabat venditionem, tenebatur soluere pretium, & interesse, nec aliter potuisset obtinere Feudi possessionem. Si fuisset interrogatum Monasterium tempore contractus, an sufficiebat sibi recuperare pretium vna cum interesse tantum, dixisset, quod non. Ergo habendum est hoc pro apposito, secundum glo. vulga. ff. de pactis, in l. tale pactum. §. si recuperatio solius pretij vna cum interesse veniebat absque alio assensu, licet de euitatione non teneatur vendens, postquam vitium inest de ipsius rei natura, glo. not. in l. si familiæ. C. famil. hercis. & tamen si emptor in specie de euitatione facit sibi cauere, valet hæc conuentio, & tenetur promissor, vt dicit ibi glos. sequitur Aret. cons. 3. in princ. & Tiraq. qui ornat, & extollit in retractu §. i. nu. 34.

7 Solet dici, † quod assensus Regius est stricti iuris, vt non extendatur de re ad rem, de persona ad personam, & de contractu ad contractum, secundum DD. in c. Imperialem in princ. hoc est verū, respiciendo partem extēsuam assensus, sed



8. sed in vi comprehensua erit secus, † vt per Moder. ibi maxime Affl. Si præstetur assensus in antecedenti, operabitur in consequenti ff. de acquir. poss. l. 1. §. item acquirimus, & ibi Ias. & Socc. & ideo operabitur etiam in his, quæ sunt de sequela, secundum glo. & ibi Bart. in l. tutor rerum. ff. de administ. tuto. si Rex assentit, quod Monasterio reficiatur interesse, & sub hoc nomine comprehenditur tam luctum cessans, quam damnum emergens, † ergo assensus est in his operatur: sic dicimus in assensu impetrato ad vendendum, vt omnes casu comprehendat, & idem ad donandum: plura allegat Camerar. fol. 45. lit. B. Imputet sibi Dux si in promissione per eum facta Monasterio sentiebat de interesse pretij non soluti tantum. Cur non declarauit? & quia non declarauit, veniunt omnia reficienda, quæ de natura verborum venire possunt, Loffred. pulchre cons. 35. in princ. per l. veteribus, de pact. & quia verba promissionis factæ per Ducem habent sensum, quem supra fundauit, assensus Regius assumit naturam illius actus, super quo interponitur, vt omnem causam interesse comprehendat.

## ADDITIONES.

**A**D num. 6. Addo, quod cum opinione mei Genitoris hic concordat Capic. in cap. Imperialem col. 190. qui dicit nunquam vidisse, pretium esse amissum in hoc Regno, & ita decisum fuisse testatur in sua decis. 100. & idem tenet Affl. in c. 1. §. sed & res, col. 9. in tit per quos fiat investitura. Vide Ann. in repet. constitutionis constitutionem diuæ memoriæ nu. 191.

Ad num. 8. Addo, quæ paulo addidi in allegatione præcedenti 46. num. 1. quæ hic repetantur.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## SUMMARIVM.

1. *Conuentus actione reali, si laudauit suum authorem, et author laudatus opponit exceptionem*

*hosticam, quia stat in seruitio Regis, an interim sit supersedendum in causa. nu. 1. et 4.*

2. *Exceptio hostica ad hoc, vt militet, debet precedere submonitio.*  
3. *Feudatarius Regni non tenetur seruire extra Regnum, nisi in casibus.*

## ALLEGATIO 48.

**I**N causa exceptionis hosticæ, & an absente authore laudato sit supersedendum in causa principali. Pro Domino Barone Latronici.



stat Pragmatica, quod supersedeatur in causa si auctor laudatus fuerit absens, donec citetur, vt potuisset condènari Conuentus, & demum vnico

- processu procedi cõtra laudatum, alias cum euenisset casus inter Comitissam Oppidi conuentam à D. Vincentia Spinella, quæ Comitissa conuenit Ducem Castrouillari † qui opposuit exceptionem hosticam, fuit decretum, quod cõtra Comitissam procederetur, & ad instantiam Comitissæ supersedeatur contra Ducem: in casu isto Marchionissa Vasti est possidens, ipsa conuenit Saracenum, qui conuenit Marchionem Piscariæ, qui opponit exceptionem hosticam, non est retardandus processus cõtra Marchionissam. Ita in specie Areti. in cons. 129. vers. ad secundum dico, & est ex mente Pragm. prædictæ.

- Secundo, quod non gaudeat, patet; nam Marchio Piscariæ non stat in Italia, vt feudatarius, sed vt Capitaneus deputatus in partibus Lombardiæ, & ipse procurauit, † vt efficeretur Capitaneus equitum leuis armaturæ in Lombardia, vt colligitur ex positis p. Andr. in quæstione Regni hostici colum. 1. & quia

quia etiam requiritur, quod præcedat submonitio, quæ debet ostendi, & præsentari in iudicio, & ita practicatur, ut vidi obseruatū, & Capic. in sua inuestitura dicit in vers. hostici exceptione in prima limitatione.

3 Et si dabitur mihi venia, & dico, quod feudatarius Regni non tenetur seruire extra Regnum pro bello moto in Lombardia, non contra Regnum, per ea, quæ notat Isernia in c. 1. §. sed nec est alia, col. 1. quæ sit prima caus. & melius in col. 4. vers. quod si ergo, præcipue quia non paratur bellum, ut euitetur inuasio Regni, sed ut recuperentur feuda Imperij, & Rex huius Regni non subest Imperio, & est quid diuersum hoc Regnum ab Imperio, ut per gl. & Andr. in prologo Constitutionū Regni, & Papa cassauit sententiam laram per Imperatorem contra Regem Robertum Regem huius Regni ex ista ratione, quia non subditus Imperio, & non erat obligatus ratione Regni seruire Imperio, ut patet in clem. Pastoralis de re iudic. & pro ipsa clemētia consuluit Oldra. conf. 43. incip. Queritur utrum, ut sic ex omni capite causa impediri non possit.

4 Ceterum si consideremus & q. constitutio hostic. fauet personæ militanti pro seruitio Regio, non poterit Illustris. Marchionissa defendere se ex persona authoris non tuti exceptione reali de doli exceptio. l. apud Celsum §. authoris iūctis nota. in l. Pomponius §. cum quis adminiculo de acqui. posses. & ff. de excep. l. exceptiones, quæ reperitur causa in statu, ut non speretur alia defensio ministranda per Illustr. Marchionem vltimum authorem, qui omnia deduxit, ut ex hoc non debeat superfederi in causa Magnifici Baronis, & tanto fortius hoc procedit de iure, quanto dicta exceptio hostica competit militantibus ex speciali favore eorum personæ, quo casu exceptio non egreditur personam, ita in specie Cin. in l. tam mandatori col. 2. vers. aut datur de iure speciali. C. de non nume. pecu.

Qvod exceptio hostica non proffit auctori laudato, nec sit impedienda causæ expeditio inter Actorem, & Reum, concordat cum dictis per meum Genitorem hic, Ann. sing. 177. quem videto.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

SVM MARIVM.

- 1 Quando dicatur deductum possessorium, vel petitorium, vel vtrumque, per quæ verba.
- 2 Quid operetur reseruatio facultatis suspendendi petitorium, vel possessorium.
- 3 Protestatio ius, quod non competit, non seruat.
- 4 Tolerantia Principis quando inducat habilitationem incapacis.
- 5 Filij adeuntes hereditatem nõ possunt reuocare gesta à patre ex priuilegio proprio.
- 6 Intellectus ad l. cum à Matre C. de rei vend.
- 7 Prohibitus alienare non prohibetur locare.

ALLEGATIO 49.

IN causa possessorij, & petitorij, & an sit superledendum in petitorio. Pro D. Berardino Moccia, contra Illustris. Ducem Mantis Alti.



Qvod intentio Illustrium Actorum non sit fundata, ut sic absolui debeat Magnificus Berardinus Moccia ab eorum impetitione, apparet considerando singula capita eorum, quæ prætendunt: aut enim nituntur petitorio, & hoc non apparet & fuisse

se ab eis deductum, si inspiciantur verba supplicationis, quæ continētia amissionem possessionis, & eius restitutionē possessorium iudiciū pariunt, secundum Deci. in 1. volu. conf. 28. & non supplebit reseruatō facta facultatis † suspendendi possessorium, vel e contra, quia illa intelligetur, si quod reseruatō deductum est, alias reseruatō non operatur in non deducto. ff. quib. mod. pign. vel hip. sol. l. 4. S. si in venditione, & de leg. 1. l. si quis legauerit, & dicit Ang. in d. S. si in venditione, quod si quis vendit fundum Titio, salvo iure Coloni, si nullus erat colonus, reseruatō nihil seruit. Tenuit Socc. conf. 287. circa presentem vol. 2. nu. 2. illa igitur protestatio † non conseruat ius, quod non competit, quia non deductum, vt sic si supplicationem attendamus, res sit in puris terminis possessorij, nec alterabit prædicta, quod Pars, dato termino, declarauerit velle psequi vtrumq; petitorium. s. & possessorium, quia hoc verbū (prosequi) quod rem ceptam præsupponit, præstitit iustam causam ipsi Magnifico Berardino, quod se non defenderet in eo. super quo nō vocabatur maxime quia hoc dicebatur, dato iam termino, vt ex prædictis non deberet fundari ius ipsius Magnifici Berardini in proprietate. Verum si attendantur eius iura, venit omnino absoluendus, considerando, quod ad eum venerit domus titulo locationis sibi factæ à fratre Berardino de Alimena, cui cōmoditas, & vsusfructus dictæ domus venerant titulo concessionis sibi factæ à q. Illustris. Ducis Montis Alti Domino domus, vt sic quousque durat ius fratris Berardini locantis, non possit molestari ipse Magnus Berardinus de pigno. l. lex Vestigali, & quod in dubium reuocetur concessio facta à dicto fratre facta Berardino, vt pote incapaci, hoc non debet obstare, quia S. C. cuius autoritas non clauditur angustia probatorum, bene scit capacitatem fratris Berardini, & quod hodie possidet bona longe pretiosiora, hoc tenui redditu

huius Iardeni, & hæc notoria scientia deberet sufficere. Sed consideretur ulterius, quod aut est vere capax, & finita lis est, aut est vere incapax, & quia cōmuniter nō sic reputatur talis, immo capax, & superiores Monaci sic tolerāt, hic error communis validat, quod alias posset in dubium reuocari ex regula l. 1. C. de testam. & de officio Præto. Barbarius: † tolerantia enim, & patientia Superiorum etiam Summi Pontif. consensum, & habilitatem inducunt, argu. not. per Sali. C. de iud. l. nullus, & per Scrib. C. de pet. hæred. l. si filius, & licet hæc tolerantia forte non releuaret ipsum, si cū eius Superioribus de hoc contenderet, tamen quoad alios habet eades liberas, & non potest molestari.

Et si attendamus, quod ij, qui in dubium reuocāt concessionem factam à dicto quon. Illustris. Duce Montis Alti, sunt eius filij, seu nepotes, & hæredes, qui debent habere ratum factum defuncti Patris, quis dubitabit Magnificum Berardinum molestari non posse, postquam res, de qua dictus Illustr. Dux disposuit, non erat filijs debita alio iure, quam hæreditario; ita vt bene procedat † text. C. de rei vendic. l. cum à matre, & de lib. cau. l. si ab eo. l. Polla. C. de his, quibus, vt indigni, & C. de restitu. milita. l. ea, quæ: qui est optimus text. & voluit Andr. de Isern. in cap. an agnatus, & de success. feud. S. hoc quoq; nu. 7. & late voluit Paul. de Castr. in conf. 351. col. si. volu. 1. & in conf. 197. vol. 2. & conf. 440. eod. vol. Et postquā non solum aditio hæreditatis, quæ tacitam approbationem inducit, immo expressa ratificatio, & confirmatio dictorum Illustris. Actorum forte in hoc casu, qui contenti fuerunt, ipsum Fr. Berardinum habere domum, de qua agitur: & quando voluit de illa disponere, spectabilis eorum Tutor adhibuit super dubijs priuilegij consilium peritorum, vt est probatum per depositionem Magnifici Io. Felicis Scalaleonis, nō est facienda vis solum in tacita approbatione, sed in expressa; ita vt omnino tenean-

teneantur habere ratum factum eorum Prædecessoris, secundum ea, quæ congerit Aimo. in 1. vol. conf. ultimo, quod est satis ad propositum.

Nec obstabit, si ponderentur verba privilegij ipsius fratris Berardini, cui domus conceditur cum onere, quod non possit vendere, aut alienare; quia si consideremus ius, quod causatur ipsi fratri Berardino ex dicto privilegio, quod est ususfructus, dicetur, quod bene potuit de commoditate illius disponere, tunc incidit in pœnam prohibitionis; postquam ius ususfructus in eius persona residet. Ad quod facit bonus text. ff. de peti. & commo. rei vend. l. necessario. S. fin. cum glo. non enim dicitur, fratrem Berardinum alienasse, quia locavit; ex quo non prohibetur fructuarius rem, in qua ususfructum habet, alteri locare. C. de usu. habit. l. cum antiquitas: nec enim dicitur alienare, sed potius licite uti frui, ut in S. finitur insti. de usufru. ubi Ioannes Faber satis bene; quia ex prædictis apparet, Magnificum Berardinum fouere ius in petitorio, non deberet discuti ulterius de possessorio, in quo si eius intentio forte non bene fundaretur, prout iam fundata est, Iudex, qui in utroque iudicare habet, debet ipsum Magnificum Berardinum absolvere vincentem in petitorio, licet in possessorio succumbentem, sequendo opinionem Cin. in l. incerti. C. de interdi. & lo. Andr. & aliorum in c. Pastoralis de caus. poss. & proprie, quos sequitur Alex. in 2. vol. conf. 76.

ADDITIONES.

**A**D num. 1. quod suspendi possit pluries petitorium, ultra dicta hic per meum Genitorem, Vide Rotam in nouis decil. 382. Rebuff. in repet. cap. Pastoralis col. 14. in 6. ampliat. extra de causa possessionis, & proprietatis.

Et q. reseruatio nihil operetur in his, quæ sunt declarata, Addo Gram. dec. 66. n. 6. cū seq. Abb. Io. Hieron. de. Mauro.

SVM MARIVM.

1 Quod Dux Florentiæ debet præce-

dere Ducem Ferrariae.

- 2 Consuetudo in puncto precedentis attendenda.
- 3 Observantia declarat locorum dubietates.
- 4 Privilegij interpretatio oritur ex observantia, & sufficit, quod ita sit observatum, quamvis non sit præscriptum.
- 5 Qui antiquiori, & priori fulcitur titulo, ille præcedere debet.
- 6 Illi, qui sunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione, quamvis sint posteriores tempore.
- 7 Canonicus in Ecclesia Cathedrali dignior est habente canonicatum in Ecclesia non Cathedrali.
- 8 Cuius alicuius suprema Ciuitatis præfertur Primario mediocris.
- 9 In dignitate inequali attenditur dignitatis prioritas, non temporis.
- 10 Canonicus maioris dignitatis, licet postea ordinetur, præfertur prius ordinato non sic digno.
- 11 Utile dominium sapit, directum vero nitet, & est sicut Chymera.
- 12 Superioritas est res inestimabilis.
- 13 Effectus directi dominij.
- 14 Intellectus ad c. à collatione de appellat. in 6.

ALLEGATIO 50.

**I**N causa præcedentiæ, quod Dux Florentiæ debeat præcedere Ducem Ferrariæ. Pro Excellentiss. Duce Florentiæ.

Quia



Via ( vt audio ) pro Illustris. & Excellentis. Duce Florentiæ scripserunt Viri peritissimi, facile fuit, vt eorum auctoritas à scribendo me diuertiret, vel suaserit potius, vt nil aliud addens, in ipsorum opinionem cõcurram, vt pote iuri cõsonam, & alio adminiculo non indigentem; Auctoritas tamen Magni Domini, pro quo petitur, cõsiliu[m] impulit, vt pauca, magno tamen suffulto animo, aduertam.

Articulus iste. An Illustris. & Excel. Dux Florentiæ in sessionibus, & alijs huiusmodi præcedere debeat Illustris. & Excellentis. Ducem Ferrariæ, non deberet in dubium reuocari, postquam, vt fertur, Dux Florentiæ semper præcessit, vt sic tali consuetudo sit standum.

1 Ita in puncto præcedentiæ ¶ dicit Bald. in cap. 1. S. Marchio 2. colu. ibi, & quo ordine debeant sedere in prima rubrica. qui allegat glos. in l. decernimus. C. de Episcop. & Cleric. & alibi in cap. cum olim, de consuet. in primo not. dicit idem Bal. quod consuetudo assignat loca sedendi, & non debet præposteriori, & in l. observare. S. antequam ibi, item est argumētum, quod in prouisionibus de offic. Proconsul. dicit, quod in istis seruari debet, quod consuetum est.

2 Ista consuetudo sic sedendi tanto iudicanda est fortior, quanto quod præcedebat occasio disceptandi: nam quod Dux Ferrariæ pretendit hodie; non est nouum; si quidem dicit se Ducem, & antiquissimum, vt ex hoc ad præcedentiam aspirauerit. Titulus Ducis Florentiæ licet posterior, adiutus tamen nobiliori qualitate loci cõtrarium suadebat. Dubietates istas præcedentes interpretata est in fauorem Ducis Florentiæ, Consuetudo, quæ proinde seruanda est. ff. de legibus. l. si de interpretatione: tenet Bald. extra de consuet. c. cum dilectus, inde dicit Specul. in tit. de ferijs. S. 1. vers. indictæ, quod omisso à iure circa tēpus in ferijs, vt in l. Præsides. ff. de ferijs, supplēuit obseruantia

3 minime mutanda. ff. de legibus. l. minime, & alibi obseruantia declarat locorum dubietates. ¶ l. t. ibi modus ex more regionis. ff. de usu. Prærogatiua Ducis Florentiæ ex auctoritate concedentis, & qualitate rei, cui præficiebatur, nasci debebat, quem gradum obtentura erat. talis prærogatiua, sumendum est ex obseruantia subsequenti, quæ apta est declarare dubietatem præcedentis privilegij. Sic in privilegio arguit Roman. cons. 89. visis his in fine, & rursus cons. 271. vis tota habetur per Innoc. & ceteros in c. x. de postula. Prælar. En

4 quia ex tali obseruantia interpretationem præcedentis privilegij desideramus, non requiritur, quod illa sit præscripta, sed sufficit, per aliquot actus ita fuisse seruatum. Ita not. Nicol. de Matarell. in l. de quibus de legi. quem refert, & sequitur But. in c. si. circa medium in versic. ex his dicit. de consuet. per l. quod si nolit. S. qui assidua. de Aedil. edict.

Nec dicatur, quod ista obseruantia præcedendi non fuit semper vniformis, vt sic non possit inferri ad consuetum, cum, vt audio, quandoq; talis ordo sedendi fuerit interruptus, arguendo ex dictis Bar. in l. 2. in fi. principij sol. matria quia omittendo, quod posset in facto suppleri, quo iure, quæ ratione illud processerit, ex quo Dux Florentiæ frequenter in actibus occurrentibus processit, præuilet obseruantia ipsi fauens, & ex tali frequēiori obseruantia posset ratiõ argui in sui fauorem, & sumi argumētum ex consuetudo. Ita Bar. in l. de quibus col. 6. vers. item quæro: quid si infra decennium, de legi. sequitur Deci. cons. 1. col. 6. in fi. ibi, secundo responderunt, & rursus consil. 215. ibi. secundo hoc idem probatur.

Et quia prædicta Cõsuetudo seruata est coram Summis Pontif. successiuis temporibus, coram quibus ista quæstio fuisset decidenda, & quilibet suo tēpore fuisset competēs iudex, & ab eius oraculo debuisset pendere decisio, nec certe erit credendū, merita huius præcedentis fuisse inco-

Incognita, si quidem personarum qualitas, & negotium ipsum exactam requirebant diligentiam. Ita ut Summi Pontifices, & ex potestate, & rei ipsius scientia videatur decidisse hunc articulum: argum. ff. de re iud. l. quidam consulabat; quando praefertur articulus iste, ut quis primo sedeat coram Summo Pontifice, quis primo loquatur, & alia huiusmodi faciat, incalescit honori; ut dicit glo. singul. in cap. quam periculosum, in vers. primarum 7. quest. 1. quam sequitur Bal. in l. decernimus in 2. not. de Sacrosanct. Eccles. & in l. liberti, libertate; colum. 5. vers. item secundum membrum. C. de oper. liber. ut sic non sit praesumendum, Ducem Ferrariae, cui talis praerogativa cordi esse praecipue debeat, talia praeterisse silentio. Suadent praedicta omnia pro Duce Florentiae aliud, & quidem iuri consonum; nam si reperitur hodie in hac possessione praecedendi, & ex actibus successivis illum quassisse, dicendum est; cur non erit in ea tuendus? instit. de interd. S. retinendae, ubi Io. Faber. & habetur in alijs locis vulgaribus, & sic si Dux Ferrariae, sibi ius fieri, praetendit, petat, fiatque iudicium, suo ordine defenso in sua possessione; eo quod & tituli, & possessionis autoritate iuuatur, practicando text. in c. cum personae, de privileg. in 6. ex quo praecedendi ordine magnam consequitur commodum in sua possessione defensus.

5 Quod si in hac causa inspicendum sit, quid mera iuris dispositio suadeat, nulla de consueto habita ratione, adhuc dico, iudicandum esse pro Illustris. Duce Florentiae. Aut enim dicemus, quod hanc prioritatem contendunt isti Domini respectue ad loca, quibus praesunt, & tunc credo, quod omni respectu Dux Ferrariae libenter cederet, & antiquitate, & nobilitate Florentinae Civitatis, rationibus toto orbe notissimis, quas facile scrutari quis poterit ex Historiarum compendijs: sed si praetendat Dux Ferrariae, quod ipse tanquam prius in Ducalem dignitatem erectus,

ex hac temporis prioritatem, debeat etiam in praerogativa praecedentiae prior esse, forte fretus autoritate text. in l. 1. ibi; & intra Duumvirales antiquissimus quisque prior: ff. de albo scriben. iuncta l. 1. C. de consul. lib. 11. & facit text. in l. 2. C. de Praefectis Praetor. in ultimis verbis lib. 11. & in l. 1. sequen. tit. de praepositis Sac. Cubic. eod. lib. vbi not. text. & in c. 1. de maior. & obed. dico, ista iura in aliquo ipsum defendere non posse.

6 Primo, Dux Florentiae praest nobiliori loco, & per consequens digniori, fit Ferrariense dominium, ut ex hoc inferri possit, quod licet Dux Florentiae quo ad suam creationem sit posterior, quia tamen dignior ratione subiecti, praefertur debet: facit not. gl. in c. placuit in vers. praeposimus 16. distinct. vbi dicit per illum text. quod illi, qui sunt maioris autoritatis, debent habere priorem vocem in electione, quamvis sint posteriores tempore alijs: hinc dixit Gemina. ibi, quod Episcopus Doctor praefertur Episcopo non Doctori, licet posteriori tempore promotus.

7 Secundo, Dux Florentiae, quia praest nobiliori loco, dicitur ex hoc dignior, sicut dicimus in Canonico Ecclesiae Cathedralis, ut ille sit dignior habente Canonicatum in alia Ecclesia non Cathedrali, secundum Innoc. in c. fraternitatem in fin. de donat. quem sequitur Feli. in rubr. de maior. & obed. col. 2. allegans etiam glo. in c. ac Senatus. S. sane, de heret. in 6. & ideo Deci. in c. Clerici, de iud. dixit, quod civis alicuius summae Civitatis praefertur primario meo diocesis: sequitur Cassan. in Catalogo glo. mundi par. 11. confid. 14. & ex hoc fiet, quod postquam inaequalis est dignitas Ducis Ferrariae, & Ducis Florentiae, attenditur prioritas dignitatis, non temporis. Ita Ioannes de Platea in d. l. 1. C. de consuli. lib. 12. ad quod etiam facit text. in c. statuimus, & quod ibi not. Abb. de maio. & obed. quod Canonicus maioris dignitatis, licet postea ordinatur, praefertur prius ordinato ut non sic digno,

& dicit ibi Abb. quod ad hanc consuetudinem tollendam emanauit illa Decretalis, vt ex prædictis pateat, & quando habemus maiorem dignitatem, non curamus de prioritate temporis; ad hoc vt in maiori dignitate constitutus præferatur.

Nec video, posse in dubium reuocari maiorem dignitatem esse tribuendam Florentinæ Reipublicæ, quam Ferrariensi dominio. Illa superiorem non recognoscit, Dux Ferrariæ vtilis Dominus tñ est; iam & Summus Pontifex directum habet, & licet soleat dici, & istud vtile sapit, illud nitet, † & est sicut Chymera secundum Andr. in tit. de inuest. de realie. fac. in §. rei autem; est tamen ista.

12 superioritas res inestimabilis, † argu. de leg. 1. l. filiusfamilias. §. secundum vulgarem, & ideo dixit Hostien. in c. nimis de iur. iur. quod in bonis ista qualitas superioritatis, † vt pote seruituti incallescens, non præsumitur, immo primeuæ libertatis nobilitas semper præualet: quis poterit considerare incommoda huius superioritatis, & in succedendo, & in alienando, & in subueniendo, ac demum in habendo personam domini semper præcipuam? Quia ergo Florentina Respublica superiorem non recognoscens, est dignior, merito dici debet maior, extra de electio. in c. dudum de offic. deleg. cap. pastorales, & quia antiquior dici debet, proinde maior, extra de maior. & obed. c. 1.

Vt sic possit ex prædictis inferri, quod postquam maiori dignitate præest Dux Florentinæ, licet posterior sit creatus, q̄ Dux Ferrariæ, ex hoc præcedere debeat. Casus est in c. statuimus, extra de maior. & obed. quem text. ad hoc allegat Roma. sing. 691. incip. maior. dign.

14 & vt tollantur anfractus, †. qui nasci possent ex inductione, text. in c. à collatione de app. in sexto, vbi Gemin. & Franchus dicunt per illum text. quod Canonicus effectus Episcopus, si in Collegio Canonorum interuenerit, non tamen vt Episcopus, sedebit in loco suo, & simile de Episcopo scholari,

qui non præcedet in studio scholarem antiquiorem, quæ dicta possent prima facie afferri pro Duce Ferrariæ. Aduertatur, quod aliquando dignitas non ordinatur ad illum actum, qui tractatur, & tunc præcedent notata in d. cap. à collatione. Quid enim prodesse potest Episcopo sua dignitas, cum vt Canonicus interuenit, non vt Episcopus, sed quando ordinatur ad illum actum, qui agitur, tunc verior sit opinio, quod præferatur dignitas temporis, iuxta terminos dicti cap. statuimus, & ita pulchre in his terminis notat Purpur. in l. 1. de offic. eius, cui mand. est iurisd. certe coram Summo Pontifice, coram Imperatore, & alijs. Isti domini sedere debent suo ordine, ita vt dignior præferatur minus digno, & est negotiū ad id ordinatum principaliter; merito aptari non possent contrariæ decisiones: faciunt ad prædicta, quæ scribit Carolus Roinus conf. 155. in 4. volum.

#### A D D I T I O N E S.

**I**N hoc puncto præcedentiæ inter Illustrissimos Ducem Etruriæ, & Ducem Ferrariæ concordant cum dictis per meum Genitorem hic quæ scripsit Vincentius de Franch. decis. 144. in qua sunt plures decisiones S. C. in hac materia præcedentiæ, & concludit, quod non attenditur prioritas temporis, sed potius qualitas dignitatis, & sic decisum.

Et pro confirmatione eorum, Vide quæ copiose scripsit Consiliarius de Georgio in sua solemnī allegat. 35. pro magno Regni Admirato, quia ad idem tendunt hæ allegationes, vbi concludit, quod maioritas dignitatis præferatur prioritati temporis. Iplum videto.

Et sic fuit decisum per Collaterale Conf. vt in fine dictæ allegationis legitur, & in eadem causa scripsit Consil. Fabius de Anna conf. 122. volum. 2.

Ad au. 12. dum dicit meus Genitor, quod incommoda superioritatis sunt magni momenti, tam in succedendo, quam in alijs &c. Adde, quod in hoc profetizauit; ex quo tempore meo sub Clemente VIII. Sum. Pont. mortuo Duce Ferrariæ sine liberis, quamuis reperiretur in possessione dictæ Ciuitatis Don Cesar de Este, fuit tamen



tamen expulsus per Summum Pontif. ob lineam finitam, & ciuitas Ferrariz fuit incorporata Sedi Apostolica, & dominio Ecclesie ob prerogatiuam superioritatis dominij, de qua loquitur meus Genitor hic.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

**SVM MARIVM.**

- 1 *Quod Vniuersitas, quæ vult demaniam, debet præferri cuilibet emptori, aut Baroni.*
- 2 *Illæ est sumenda interpretatio, quæ libertati magis fauet.*
- 3 *Candela extincta, & lapso tempore, melior oblatio hæstæ fiscalis non nocet.*
- 4 *Duobus equaliter offerentibus, an sit locus gratificationi.*
- 5 *Rex potest facere homines feudales de eius demanio, & alios liberare ab oneribus, quæ debent eorum dominis.*

**ALLEGATIO 51.**

**I**N causa Licitationis faciendæ, quæ dicatur melior conditio, & recipi debeat. Pro Vniuersitate Tramutulæ, ac pro Regio Fisco.

**S**I attendamus, quod Vniuersitas Tramutulæ fuit grauata in licitatione iurisdictionis criminalis, quæ cū remanere debuisset sibi, ut pote meliorem conditionem offerenti, certo modo fuit ad Magn. Iulium Cæsarem Caracciolum translata, nõ erit necessaria longa discussio: liberanda erat iurisdictionis facienti meliorem conditionem Curie, iuxta ordinem edicti; quo attento, quia Vniuersitas ipsa omnem summam oblatam dicabat commodis Fisci, & Magnus Iulius Cæsar eme-

bat sibi, iustisq; successoribus, melior dicitur conditio Vniuersitatis etiam vilius pretium offerentis. Remittebat enim iurisdictionem ipsam, eiusq; fructus Regi, solam demanij libertatem attendens, quod non remisit alius offerens, ut sic melior conditio fuerit Vniuersitatis. Ita considerat text. ff. de in diem addictio. l. cum qui. §. melior conditio, in si. cum l. sequen. & quis in dubium reuocabit, quod attenta oblatione Vniuersitatis, Fiscus omnem pecuniam oblatam lucrabatur? & si hoc toleratur in viliori pretio oblato per Vniuersitatem, quid dicitur in maiori, aut æquali? Ordo enim incantum, qui præcesserunt, suadet, quod Vniuersitas non fuerit victa, nam candela fuit extincta in multitudine oblationum, nec actuarius, qui illas recipiebat, testatur, quod Magnus D. Ioannes de Aierbo plus obtulerit, ut sic factum remanserit in suspensio; quo casu interpretatio erit capienda, & fauens libertati, & sic in fauorem Vniuersitatis. ff. de manumiss. text. l. lege Iulianus de re iud. l. Pomponius, & l. inter pares: quod igitur post quæsitum ius Vniuersitati, quæ præferenda erat, & ex vi melioris conditionis allatæ, & ex fauore benignæ interpretationis dictus D. Ioannes obtulerit alios duc. 100. extincta iam candela, sicq; lapsis temporibus hæstæ, nil potuit Vniuersitati ipsi nocere, & C. de fid. instrum. l. si temporaria. ff. de minor. l. & si sine §. quæsitum, ubi Alberic. de Rosa. ad quod poterint etiam videri Capic. decis. 36. in fin. & Affl. decis. 340. & licet soleat allegari dictum Angel. in l. i. C. de fid. instrum. quod duobus & æqualiter offerentibus erit locus gratificationi, non tamen poterit seruire hæc decisio Magnif. Iulio Cæsari. Iam enim patet ex prædictis, oblationes non fuisse pares, nec erit vanum credere, quod oblatio dicti Magnifici D. Ioannis fuit minor ante candelam extinctam; postquam sic cito cucurrit ad pinguius offerendum, cui debebat prior oblatio sufficere, si fuisset potior; ut ex his consuli debeat

Vniuersitati grauant se modo de R.C. Cæterum si inspiciamus rem, quæ vendebatur, & personam, quæ grauatur modo, etiam si maius obtulisset dictus D. Ioannes, & sic vicisset Vniuersitatem, adhuc Vniuersitas victa fundat suam intentionem de iure, quod debeat præferri. Casus est notab. ff. de minor. l. si in emptionem, cuius determinatio ducta à solo fauore auitæ affectionis, fortius procedet in ea, de qua modo agitur, quæstione, quæ vno iudicio de omnibus decernit.

Et si prædicta non mouebunt forte, valeat interesse Curie, quæ reperitur supra modum læsa in tali venditione. Vendita enim fuit sola criminalis iurisdic-tio, & de ciuili, quam habebat olim Princeps, & tenet hodie ipse Magnus Iulius in homines Tramutulæ, damnum dantis extra districtum Tramutulæ, in territorio tamen Marsici nil fuit dictum, ex quo duo nascuntur mala, alterum, quod Magnus Iulius gaudet re, quam non emit, alterum quod si nõ gauderet, adhuc Curie non seruiret sola, nec vendidisset solam criminalem, si sciisset habere ius in hac ciuili; sed si hæc via, quæ tuta videtur nõ sufficere Vniuersitati, aduertant Circumspecti Iudicantes, fuisse petatum per Vniuersitatem, debere admitti ad demanium, & ad redimendam eorum libertatem, quod non indiget longa discussione: exempla .n. pluries practicata per Regiam Camera etiam de recenti, fundant petitionem Vniuersitatis alias de iure probatissimam, secundum Io. Fabr. instit. de noxa. S. dominus noxali. & facit ff. de obseq. l. Titius puerum, & ff. si libert. ingen. esse dicatur. l. 2. in princ. & rationabiliter hoc procedit. Vassalli. n. hoc petentes eximunt se à seruitute, cui nolunt adijci, & sic dicet Regi illos vendenti, Volumus esse tui, & non alterius, ne ad imparia iudicemur. Sic tenet Andr. in tit. de prohib. feud. alien. per Feder. S. nec dominus. 2. col. quod si se-cus diceretur, arctaretur potestas Regis, qui hoc, & maiora potest, dicit Luc.

de Penn. C. de fund. patrimo. l. possessores, vbi tenet, quod Rex potest facere  
5 homines feudales † de eius demanio, & eos liberare ab oneribus, quæ debent eorum Dominis, & quod hæc est communis opinio omnium Doctorum in Regno, quicquid per exquisitas rationes posset in contrarium teneri, nõ obstabit, quod posset prætendi, Vniuersitatem acqueuisse Magnifico Iulio Cæsari; quia veritas facti non comitatur: fuerunt enim potestati, saluam fore eis petitionem demanij; cum primum ipse Magnus Iulius possessionem nactus est, q̄ protestatio seruat ius, dicit Andr. in d. c. nec dominus, vers. sed si cum receperunt, licet alias suffecisset, quod Regia Camera mandauit, illum debere in dominum recipi, vt sic receptus videatur, magis obediendi causa, quam alio respectu. Paul. de Castr. conf. 70. col. 3. vol. 1. in nouis. Nenizza. inter conf. Bruni. conf. 12. num. 115. de tempore non liquet, quia Vniuersitas ipsa non fuit in mora.

Prætenditur etiam, circa hanc iurisdictionem criminalem non posse demanium practitari, tanquam exempti ab hac non desinant esse Vassalli sub dominio habentis ciuilem, vt est Monasterium Sanctissimæ Trinitatis Cauæ, q̄ non videtur obstare, attenta ratione dicentium, quod Vassalli possunt se ipsos liberare, quæ est, ne adijciantur seruituti, quæ fortius consideratur in criminali iurisdictione, quæ personas tangit, quam in ciuili de bonis iudicante, & quanto lex maiorem prerogatiuam dat mero imperio, quod non transit cū generali concessione iurisdictionis, indiget enim speciali prouisione, per consuetudinem, quæ ad decus, vbi Moderni, tanto est maior vis de ea habenda; est de regalibus, & tangit personam, pro qua dabit homo cuncta, quæ possidet. Timent Vassalli turbationem quietis publicæ, & sperant pacem, si Dominus criminalis male se habeat, aut bene, vt sic ratio libertatis magis sedeat cum habente criminalem, quam ciuilem, à quo  
Vas-

Vassallus non potest timere grauamen. Scabihuit enim lex certum onus à Vassallo querendum, vt in constituto, quam plurimum, quod excedere non potuit, sed dominus criminalis faciet leue peccatum grande, & grande maius, & affliget facilius, vt sic hæ rationes, quæ tanquam apparentes non indigent legum adminiculo, faciant pro Vniuersitate Tramutulæ petentis demanium.

8 Verbum hoc (quodcunque) quamlibet detractionem prohibet.

ALLEGATIO 52.

IN materia diuisionis inter Fratres, & circa læsionem in partem pretij de bonis feudalibus in feudis emptis per Patrem. Pro Domino Io. Francisco Puderico.

ADDITIONES.

Quod tam in licitatione, quam in prælatione sint præferendæ Vniuersitates, quæ petunt Demanium, concordant cum allegatis per meum Genitorem hic Vincent. de Franch. decis. 17. per totam. Vbi idem quando venditur iurisdicatio criminalis, vel cognitio secundarum causarum, & aliorum iurium, multa copiose scripsit, & ibi habes decisiones S. C. conformes opinioni mei Genitoris hic.

Ad idem scripsit in hac materia Demanij (quando Vniuersitas debeat præferri emptori) Consil. de Georg. in sua alleg. 8. pro Illust. Principe Auellani per totam.

Abb. Iq. Hieron. de Mauro.



Ria sunt, quæ in præsentia causa principaliter conuertiuntur per Magnificos Fratres actores. Primum est læsio circa syluas in diuisione facta inter eos omnium bonorum. Secundum est læsio, seu deceptio in partes pretij ipsis datas in bonis feudalibus Roccæ Rainolæ. Tertium, & vltimum est pars pretij in Feudo Cannicchi: ex quibus omnibus, ni fallor, iure quidem aperto arbitror, Magnificum Ioannem Franciscum hæsitandum non fore, absolui debere.

Et primo quoad pretium sylvarum Magnifici fratres prætendunt læsionem hoc modo. Fuerunt enim appretiatæ duc. 2400. Hoc apparet ex instrumento diuisionis in proc. fol. 36. & tamen non valebant, nisi duc. 1200. in circa. Hoc demonstratur, tum quia tunc temporis syluæ erant cæduæ, deponit 6. testis Angelus Squarcia super 2. car. 76. à terg. & sic non poterat modium valere, nisi duc. 10. tum etiam quia ex appretio Hieronymi Granati, & Hieronymi Cæsarij fol. 144. hoc liquido demonstratur: igitur maxima est læsio, & consequenter diuisio rescindi debet, secundum terminos text. in l. 2. C. de rescinden. vendit. Est in diuisione casus in l. maioribus. C. comm. vtriusque iud. Bald. in cons. 386. volu. 1. quæ quidem recte, & rite procederent, si vera, ac probata essent.

Magnificus vero Io. Franciscus conuentus probauit, tempore diuisionis syluas

SVMMARIVM.

- 1 Diuisio inter fratres rescinditur ex capite læsionis.
- 2 Læsionis probatio debet concludere, inspecto tempore diuisionis.
- 3 Pactum de retrouendendo est pars pretij ex auctoritate.
- 4 Pars pretij, quæ debetur secundo genito per primogenitum in Feudo nouo empto per Patrem, an debeat, inspecto tempore contractus, an inspecto tempore mortis patris.
- 5 Pecunia non recipit augmentum, vel diminutionem.
- 6 Pater potest prohibere collationem inter filios tam expresse, quam tacite ex coniecturis, § nu. 4. § 7.

sylvas fuisse plenas lignaminibus magnis, 2. testis Io. Dominicus Ceruone super 4. car. 96. à terg. probatur per venditionem lignaminum post mensem diuisionis factã pro duc. 200. quod pars non inficiatur; vnde non potuissent lignamina vendi, nisi tempore diuisionis affuissent, & idem Ang. Squarcia, qui per partem examinatus, deposuit, tempore diuisionis non affuisse lignamina, dunc deponit totum contrarium, quod immo aderant, & magna, super 4. car. 101. patet etiam hoc ex alio, quia Magnifici Fratres actores nunquam faciebant, lignamina crescere, sed statim, ipsis natis, vendebant: deposuit Io. Paulus Crispus 3. test. super 8. car. 98. & dicit, quod si creuissent, vendidissent pro duc. 17. quodlibet miliare, idẽ deponit Io. Antonius Cangianus 4. test. car. 99. super 4. & omnes alij testes: vltimo hoc demonstratur ex eo, quia ista sylua ante diuisionem erat pro communi, & indiuiso cum Comitissa Muri, & Hieronymo Russo, quæ postea in anno 44. diuisa fuerunt, & sic annis quatuor ante diuisionem factam in anno 1548. vt ex ea apparet: inter Magnificos Fratres hæc diuisio facta fuit p̄ æqualibus portionibus, immo apud Magnificos Fratres remanserunt. 26. modia vltra medietatem: apparet clare hoc ex illa diuisione. Pars Comitissæ, & Hieronymi est in posse dictorum Magnificorum Io. Pauli, & Io. Antonij, qui dicunt, eam ipsis venditam pro duc. 3455. apparet, etiam ex venditione, & ex quo ipsi fecerunt, lignamina crescere, deponunt, & reperiunt pro quolibet miliario duc. 17. vnde venderent plulquam duc. 7000. & tamen, vt dixi, altera medietas, & plus remansit penes fratres. Igitur ipsis imputetur, si voluerunt sua iactare; ex quibus sequitur clara conclusio, quod casu isto militat text. in l. 2. & in l. maioribus cum similib. à contrario sensu.

Nec in aliquo opitulatur appetium Hieronymi Granati, & Cæsarij. Primo, quia est factum nunc, quo tempore syluæ sunt caduæ; † probatio vero læsio,

nis debet concludere, inspecto tempore diuisionis, iuxta text. in l. si voluntate. C. de rescind. vendit. Secundo, dato quod valeret, tamen appetiant sine lignaminibus. Tertio, dicunt, quod experti magna cum difficultate dederunt votũ, cum ligna iam non extant. Quarto, dicunt, quod nolent ipsi appetiare, eo quia non potest fieri sine scrupulo conscientia. Ex quibus sequitur, quod appetium nihil obstat, & consequenter Magnifici Fratres carent actione intetata quo ad istud primum caput.

Quoad secundum caput partis pretij bonorum feudalium Roccæ Rainule, Magnifici fratres pretendunt, in eo fuisse læsos; nam bona fuerunt empta per Ioannem Pudericum communem patrem duc. 3000. à Magnifico Goffredo de Galluccio cum pacto de retrouendendo. † Instrumentum emptionis fol. 9. quod pactum est pars pretij. l. fundi partem. ff. de contrah. empt. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de act. empt. cum simil. lapsus est in vita dicti Ioannis Patris: modo Io. Franciscus primogenitus successit in dictis bonis feudalibus, deditque pretij partem Magnificis Fratribus horum bonorum, attẽto tempore emptionis, quo tempore aderat dictum pactũ de retrouendendo. Magnifici Fratres pretendunt in hoc læsionem, quia tunc † temporis res minus valebat. Abb. in cap. in aliquibus de deci. in cap. ad nostram, de empt. & vendit. tempore vero lapsi pacti multo maius. Vnde cum habuerunt partem pretij iuxta tempus pacti, pretendunt, se fuisse læsos; quod nescio, quo iure fundetur. Si enim inspicimus rationẽ, quare debetur pars pretij, vtique hæc prætentio confunditur ex authentica ratione, quia illius pretij erogati cæteri Filij partem habituri essent. Andr. in §. præterea ducatus, in secunda addit. & ea ratione dicitur et, quod debetur, inspecto tempore contractus, iuxta text. in d. l. si voluntate; quia pecunia non recipit augmentum, vel diminutionem.

Ex quo fit, quod Luc. de Penn. dixit in

In l. 1. c. 8. C. de impon. lucra. descrip. lib. 10. hæc verba, secus si pater emit, quia tunc Secundogenitus tantumdem habebit pretium ex alia Patris substantia, quantum ex re Patris ipsius accessit pro tali Feudo empto: allegat And. hoc dicentem in d. S. præterea Ducatus; de quo dubitandum non puto. Pluries enim hoc fuit in S. C. decisum. Igitur augmentum Feudi ex tempore postea superueniens non attēditur, cum in hoc nihil sit erogatum, sicuti si Feudum esset diminutum. Tunc enim Primogeniti damnum esset. Arguuntur in l. id, quod ff. de peric. & comm. reuendi. Si vero inspiciamus decisiones; hæc sunt apertæ. Est text. in l. habitationum ff. de pericu. & commod. rei vend. & ibi ponit casum in terminis nostris, vbi fuit vendita domus cū onere præstandi habitationem seruis, & sic minus iusto pretio. dicit ibi glosa, & determinat iureconsult. quod finitis dictis oneribus, emptor ad nihil venditori tenetur. Est in terminis nostris decisio. Roman. in l. si quis cum aliter nu. 1. 2. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod text. in l. 2. locum non habet, si id propter quod res vendita fuit, minus post absolutam venditionem in rerum natura esse desinat, etiam si illud minus fuisset longe minus dimidia iusti pretij, rationemque assignat, quæ ad considerandum iustitiam, vel iniustitiam pretij, inspicitur tempus venditionis, non autem post contingens: allegat text. in l. 3. S. Diui, de iure filie. consuluit proprie in pacto de retrouendendo, elapso hoc, Dec. in cons. 308. Cagn. in l. 3. C. de pact. inter empto. & vend. nu. 2. 1. cum alijs, quos cogerit in hac questione Tiraqu. de vtroque retract. in tit. de retract. conuent. in rubr. nu. 24. car. mihi 801. Igitur in hoc etiam puncto clare apparet, partem carere actione intentata.

Quo vero ad vltimū, & tertium caput partis pretij Feudi Canicchi, Magnifici Fratres prætendunt ipsam tãquam ex Feudo nouo empto, iuxta doctr. Andree in d. S. præterea Ducatus, quam

credo nullâ ratione ad casum nostrum adaptari posse, & presuppono vnum, quod Andr. dicit, in dicto loco. scilicet quod pars pretij debetur in modum collationis, & idem est, quod collatio, quæ quidem tacite à testatore prohiberi potest, si ex parte si ab intestato ff. famil. herci. sufficit enim ex mente, vel coniecturis esse prohibitam, Alex. in l. si emancipati, colum. ff. C. de collat. Goffred. Alber. & Bald. in d. S. intestato, & est communis opinio, vt refert Dec. in cons. 59. Igitur cū hic hoc tacite testator prohibuerit, non potest tractari de partis æstimatione. Hoc pater ex testamento fol. 48. quod legatur fol. 49. ibi, item prædictus testator, vbi voluit, quod omnes isti Fratres maritarent Henrichetam sororem, & quod Magnus Ioannes Franciscus solueret duas partes dotium, quæ erant duc. 2000. & ceteri Fratres tertiam, quæ erat duc. 1000. & postea subsequuntur hæc verba. *Cum hoc tamen pacto, & declaratione, quod dicta solutio modo prædicto faciendâ dicitur duc. 3000. locum habeat in casu, in quem tempore matrimonij dicta Henricheta reperiretur, dictum Io. Franciscum primogenitum habere, & possidere introitus, & bona feudalia prædicta, sed casu (quod absit) reperiretur, Dominum Io. Franciscum non habere, nec possidere bona, & introitus feudales prædictos, quod solutio prædicta equaliter fieri debeat: verum si in futurum quandocunque Ioannes Franciscus ipse recuperauerit bona, & introitus feudales prædictos, quod in tali casu, sequuta recuperatione prædicta, teneatur dictus Dominus Io. Franciscus reficere vsque ad dictas duas partes Magnificis Fratribus, ac si tempore matrimonij prædicti prædicta bona possiderent &c.* Ex quibus verbis clare colligitur, Testatorem habuisse partem pretij propter onus respectu dictorum bonorum iniunctum. Nam si Pater diuidendo bona inter liberos, maiorem portionem filio, quam filia: reliquerit, onus conferendi dotem filia: remittitur ex tacita voluntate Testatoris, qui illo respectu

Tu minorem portionem filix videtur reliquisse, ut ipsam dotem præcipuam retineret. Est casus in dicto S. intestato, & l. 3. glos. ibi dicat, quod expresse fuit prohibita collatio, tamen DD. ibi eam communiter reprehendunt. Hæc sunt verba Dec. in d. conf. 59. Ita determinat Fulgos. Rom. & Alex. in d. l. si eman- cipati, per text. in d. S. ab intestato, igitur sicut per minus relictum vni, quam alteri, prohibita est collatio, ita etiam per maius onus impositum respectu rei vni, quam alteri: nam minus nunc nulli dubium est, quod relictum videtur: ita arguit Andr. in d. S. præterea Ducatus in 2. addit. in princ. ex coniecturata, & tacita mente testatoris ad inducendam collationem, & sic partem pretij; quod  
 7 quidem tommino hic tenendum est, cum alias ætæta voluntate testatoris Io. Frã- ciscus respectu Cannicchi solueret duc. 3000. Nam Sorori solueret duc. 1000. respectu Feudorum, ultra illud, ad quod tenetur, & si deberetur pars pretij, sol- ueret alios duc. 2000. & sic 3000. sunt & tamen nõ emit, nisi duc. 3000. quod nulla ratione dicendum est, & contra naturam collationis inductam ad æqua- litatem seruandam. l. vt liberis. C. de collat. cum vulga. immo in casu isto di- cunt DD. quod est expressum, cum ex mente colligatur. l. Prætor in princ. & ibi Bart. & alij. ff. de nou. op. nunc. & ita respondent ad tex. in auth. ex testamē- to. C. de collat. late de hoc Socci. in conf. 127. nu. 14. in 3. vol.

Vterius hic clarius expresse prohibi- ta fuit pars pretij: dicitur enim in prin- cipio testamenti. *Voluit, quod hæc sit ultima voluntas &c. & quod non possit de legatis, & contentis in presenti testa- mento detrahi, nec defalcari Falcidia, seu Trebellianica, aut pro debito bonorũ subsidio, seu iuris causa, & modo quo- cunque.* Per hoc enim verbum (quo-  
 8 cunque) † quælibet detractio est prohi- bita, vt eleganter dicit text. in c. solite in fi. & ibi not. Abb. de maior. & obed. quodcumq; ligauerit super terram, li- garum erit. & in Cœlis. &c. Dicit ibi

Summus Pontifex, nihil excipiens, qui dixit quodcumq; &c. & sic per illa ver- ba (iuris causa, & modo quocunque) clarum est, quod quodlibet ius fratri- bus competens est sublatum; cum non possint verificari in Falcidia, nec in Trebellianica, nec in debito bonorum subsidio, quia dictum erat; ista enim verba (modo quocunque, vel quoquo modo) sunt verba prægnantia, quæ om- nem casum includunt. c. ad nostram, & ibi DD. & præsertim Dec. de probat. c. Deus omnipotens 2. q. 1. l. 1. ff. de mil. test. cum simil. & ideo, quando verba ista sunt apposita in statuto, includunt omnem casum, qui excogitari possit. Dec. in conf. 37. in princ. Vnde multo fortius in vltimis voluntatibus. Igitur cum expresse per hæc verba quodlibet in testamento non comprehensum de- trahi prohibeatur, iuris clara sequitur conclusio, quod pars pretij detrahi nõ potest, quæ voluntas Testantis enixior demonstratur ex prohibitione Falcidiæ, Trebellianicæ, & legitimæ, vt sic, si pro- hibuit hæc, quæ sunt maiora, & præfer- tim legitimam, ad hoc ne oriatur dis- cordia, quanto igitur magis prohibe- re voluit pretij partem? Demonstratur etiam hæc prohibitio Testatoris ex ver- bis positis in principio testamenti, ibi. *Volensq; salutis suæ animæ providere, & bona sua disponere, & salubriter ordi- nare, ne inter hæredes, & successores suos nulla post eius obitum discordia oriatur.* &c. & sic voluit tollere differētias om- nes, hæc enim fuit eius finalis intentio per illa verba. *Nulla differentia oriatur.* Vt sic sit eius voluntas indubitabilis, & circa eam nullū dubiū oriatur. Est tex. in l. Ancillæ. C. de fur. ibi nulla iuris quæstio est, & ibi glos.

Vltimo aduertant Domini iudican- tes, quod Magnificus Io. Franciscus pro recuperatione Cannicchi vëdidit pro- pria bona, scilicet terram Casæ Nouæ Magnifico Rainaldo Caraphæ pro duc. 1000. partita Banci car. 111. qui pro recuperatione Cannicchi expensī fue- runt. Est instrumentum car. 108. est  
 receptio

reemptio sol. 112. q̄ fit illius rei vedita, soluit etiam duc. 300. Monasterio Iesus, & annuatim soluit duc. 5. pro complemento dotium datarum Henriche & sorori pro ipsius Monacatione. Fides solutionis cas. 13. soluit etiam ab anno 32. annuarim, & soluet duc. 25. di & Henriche, prout moris est in dicto Monasterio Iesus. Fides ipsius sol. 112. Igitur vidiq; dicendum est, Magnific. Fratres carere actione intentata.

Io. Franciscus Lan. De Ronte.  
Marcellus de Mauro.

ADDITIONES.

**A**D num. 4. quod pars pretij Feudi empti a patre, quæ debetur secundogenitis per primogenitum, ætate tempore emptoris non prout valet postea, concordat Io. Thomas Minadous olim Reg. Consil. in repetit. constit. in aliquibus in rubr. in vers. successione nu. 12. & Io. Vinc. de Aana sing. 200. qui dicit, sic pluries fuisse decisum per S. C. & quod etiam Feudi donati ob servitia debeat pars pretij secundogenitis, fuit decisum per S. C. ut testatur idem Anna in sing. sequenti 201.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

SUMMARIVM.

- 1 Pater an possit in testamento prohibere secundogenitis, ut non petant partem pretij Feudi empti a primogenito.
- 2 Qui nimis grauat, minus relinquit.
- 3 Inæqualitas inter liberos vitanda est, & semper presumitur coniectura, quæ æqualitati innititur.
- 4 Testatoris voluntas attenditur testamenti tempore, quamvis post mortem effectus non sit secutus.

ALLEGATIO 53.

**T**Ractat de eadem materia diuisionis inter Fratres,

prout in præcedenti allegatione 52. In eadem causa Puderici.



Videtur satis eleganter fundata intentio Domini Io. Francisci Puderici ex deductis p Magnificum Collegam, præsertim quoad caput petite partis pretij de

Casali Cannicchi, quod illa non competat Magnif. Fabritio. Nam postquam Sapientes Regni fuerunt interpretati, vt portio pretij, ad quam de Feudo empto per partem tenetur Primogenitus Secundogenito debeat adinstar collationis. ¶ Omnia ea, quæ considerantur in terminis collationis disposita, censentur in hac materia partis pretij. ff. de leg. 1. l. 1. vbi not. Doct. ex hoc fiet, quod postquam Franciscus Pudericus testator respectiue ad Casale Cannicchi grauat magis Io. Franciscum nepotem in dotanda sorore, & sic nimis grauando, minus relinquit, videtur collationem prohibuisse. Est casus in l. ex parte. S. intestato moriens. ff. fam. hercil. quem ad hoc per not. in materia collationis prohibite allegat Bald. 4. volu. cons. 210. incip. Sciendum est quod inter liberos. Sequitur Aim. Craues. cõf. 85. num. 8. Et tursus cons. 125. num. 5. Arguit semper tex. in fauorem filiorum ex coniectura pietatis paternæ. ff. de leg. 2. l. cum pater in S. euitist. quæ coniectura æqualitati semper innititur: in de vt ista æqualitas seruetur, aliquid venit in legato, quod alias non veniret ff. de fund. instruct. l. quæsitum S. sed & ipse quem text. ad hoc dicit not. Franc. de Aret. in l. qui filiabus in princ. vltim. colu. de leg. 1. inferens, quod vt videtur in æqualitas inter liberos, verbum ambiguum recipit aliam interpretationem, quam non reciperet, quæ fuisset æqualitas inter hos nepotes. In Burgensaticis omnes erant hæredes pro virili, in Feudis Rocce Rainulæ nõ fuit controuersia de parte pretij, & merito, quia testator quoad illa nil disposuit, ex quo



quod potuisset eius mens colligi. Restabat Casale Canticchi, & illud recuperandum à manibus occupantis. Io. Franciscus Pudericus nepos erat erogatus, ut recuperaret, & hoc in damnum ipsius tantum cedebat; gravabatur, ut daret sorori duc. 2000. quæ duo onera absorbent pretium bonorum, pro quibus fuit habitum dictum Casale. Si ulterius voluisset teneri, ut pro parte pretij daret fratribus alios duc. 2000. quæ fuisset ista misera primogenitura? quæ equalitas? & tandem quæ iuris ratio istud suavisset? Ponamus, quod Testator circa dictum Casale nil dixisset, ita ut non potuisset ex eius voluntate argui, ego quæro, si pro recuperatione Canticchi fuisset erogata quantitas à primogenito, nonne huic impensæ tenebatur Fabritius contribuere? vel tanto minus fuisset in pretio? Rursus in dotanda sorore, nonne debuisset æqualem ratam conferre ab istis? Relevatur ex eo, quod testator Io. Franciscus illud legat, & potius commodum consequitur, non ergo petere potest collationem; argum. text. not. in l. i. S. patet filium. ff. de coll. bon.

Nec dicatur, quod effectus legati per dotibus Magnificæ Henrichectæ non fuit sequutus, ut sic si Magnus Ioan. Franciscus non sentit incommodum, beneficiū prohibitæ collationis ex præsumpta voluntate testantis cessare debet, quia hoc nullus esse debet considerationis; nam sufficit ipsi Magnifico Puderico, quod testatoris voluntas fuerit talis, ut ex ea possit argui, collationem fuisse prohibitam, & sic ius sibi fuisse quæsitum, quia tunc dato, quod Magnifica Henrichecta noluisset maritari, dummodo non fuisset hæres in mora, iam est cõserutus dispositum in testamento. Text. est not. in l. si à Ticio pecunia, de leg. 1.

Marcellus de Nuovo.

Io. Franciscus Lep. De Ponte.

...

...

1 *Creditor, qui fecit novas cautelas cum debitore, sed sibi reservavit iura anteriora vigore primariæ cautelarum, hæc reservatio quid operetur.*

2 *Reservatio, quæ non proficit ad agendum, proficit ad retinendum.*

3 *Clausula (quod si ratificatio non sequatur, firma remaneant primæ cautela) quid operetur.*

4 *Vbi lex denegat actionem, non denegat retentionem.*

5 *Si mandavi Titio, ut emeret librum pro decem, et emit viginti, quia tanti valebat, et tradidit, an possim compelli solvere viginti, quod non secus, si liber non fuisset traditus.*

6 *Statutum prohibens, quod forensis non possit habere rem in Civitate, si forensis emit de facto, et non possidet, agere non potest, si vero possidet, potest de iure retinere rem emptam, donec sibi solvatur pretium.*

7 *Feudo vendito sine assensu, emptor potest illud retinere, donec sibi restituatur pretium, si possidet, sed si non possidet, non potest agere ad Feudum, quia caret assensu.*

8 *L. pacta conuenta in fine. ff. de contr. empt. declaratur.*

## A L L E G A T I O 54.

**I**N causa novi contractus facti per creditorem, an censetur derogatum anterioritati primarum cautelarum.

Exclu-



Excludit Magnificū  
Frānciscum Piēti ab  
eo, quod prætendit  
super Terra A-  
quediæ prioritas iu-  
rium Magnifici Pe-  
tri, qui emit primo  
dictam Terram pro

duc. 12. mil. & cum annua perceptio-  
ne duc. 1200. Istæ cautelæ quod sint  
anteriores, non dubitatur, lapsis aliqui-  
bus annis: tertiæ nō solutæ dictorū duc.  
1200. creuerūt ad duc. 5400. Marchio  
Latertię debitor non habens modū aliū  
soluendi dat in solutum ius luendi Ter-  
ræ prædictæ ipsi Magnifico Petro, sitq;  
nōuus contractus, in quo omnes introi-  
tus, qui vere erant in ea, appretiantur  
ad rationem quatuor pro centenariis,  
& ex hoc fit, quod integra Terra sit va-  
loris duc. 18. mil. In istis Magnificus Pe-  
trus excōputat sibi primo loco duc. 12.  
mil. Necnon & alios duc. 5400. qui cu-  
currerunt pro tertijs, ita vt ad comple-  
mentū integræ summæ duc. 18. mil. defi-  
ciebant duc. 600. Istos soluit Magnifi-  
cus Petrus; & est verum, quod iste con-  
tractus ex computationis, & solutionis  
duc. 600. est posterior eo, in quo Ma-  
gnificus Franciscus Piēti se creditorem  
prætendit.

Aduertatur modo. Quando Ma-  
gnificus Petrus facit hunc contractum,  
inter alia vult, quod in nullo censea-  
tur præiudicatum primis cautelis, sed  
illæ remaneant saluæ tam pro anterio-  
ritate, hypotheca, euictione, & defen-  
sione dictæ Terræ Aquediæ, quam pro  
consecutione quantitatum eidem Do-  
mino Petro debitarum in dictis caute-  
lis contentarum.

Si Magnificus Franciscus Piēti ante-  
rior est hoc secundo, erit posterior re-  
spectu iurium, quæ in primo contine-  
bantur, & modo reseruantur: erit vi-  
dendum, si virtute illius primi contra-  
ctus aliquod remanebat ius ipsi Magni-  
fico Petro, ita vt possit sub reseruatione  
comprehendi.

Est verum de iure, quod Magnificus

Petrus, qui habebat omnia bona Mar-  
chionis obligata, & successiue Terram  
Aquediæ, seu ius luendi, potuit in to-  
tum, vel in partem remittere hanc obli-  
gationem, & prout ipsi placuit remitte-  
re, similiter placere debet Marchioni  
ff. quib. mod. pign. vel hip. l. sicut. S. si  
conuenerit, remisit cum reseruatione  
iurium, quæ competebant ex vi primi  
contractus, secundū quem in anno 52.  
quando fit venditio iuris luendi, Ma-  
gnificus Petrus consequi debebat pro  
tertijs duc. 5364. & potuisset de iure  
consequi interesse harum tertiarum, &  
hoc totum respiciebat primum contra-  
ctū anni 47. ff. qui pot. in pig. hab. l. Lu-  
cius, voluit sibi Magnificus Petrus hoc  
ius interesse tertiarum sibi reseruare, &  
hoc suadent verba instrumenti, dum in  
reseruatione dicitur, quod intelligatur  
reseruata iura prioris contractus tam  
pro defensione, & euictione, quam pro  
consequutione quantitatis sibi debita  
virtute primi contractus, & si non pro-  
ficeret ad agendum hæc reseruatō erit  
vtilis ad retinendum secundum Bal. in  
l. 2. 3. not. C. de fideicom.

Sunt etiam reseruata primæ caute-  
læ ex alio capite, dum Marchio promi-  
sit ratificationem vxoris, & filij, fuitq;  
conuentum, quod si ratificatio non fie-  
ret ex hoc capite, firmę remaneret di-  
ctæ cautelæ; ista ratificatio non fuit  
facta, merito seruanda est lex contra-  
ctus, & pignora priorum cautelarum  
tanquam expresse repetita reuiuiscunt,  
secundum not. in l. si quis aliam. ff. de  
solutio. Ex hoc fiet, quod Magnificus  
Petrus ne dum poterit se defendere  
pro duc. 600. de quibus agitur modo,  
sed ex lege primi contractus dicere  
poterit, quod vsque hodie cucurre-  
runt tertiæ ad rationem duc. 1200. an-  
nuorum.

Et vltra prædicta inconuincibiliter  
credo fundari, quod tertiæ ad ratio-  
nem duc. 1200. per annum, quæ de-  
bebantur Magnifico Petro vigore  
primarum cautelarum cucurrerunt, &  
currunt ad eandem rationem, non

P tamen

tamen ad finem eas exigendi vltra introitus ex Terra prouenientes, sed ad finem retinendi ius luendi emptum vigore secundarum cautelarum, illudque defendendi ab impugnatione creditorum prætendentium illud habere obligatum, & hoc euidentissime demonstratur ex verbis contractus, in quibus expresse dicitur, quod priores cautelæ, quoad omnia in eis contenta in eodem statu maneant pro defensione iuris luendi venditi. Si ergo in primis cautelis adest promissio de soluendo ann. duc. 1200. & cursus istarum tertiarum potens est ad defendendum emptorem aduersus illum molestans super iure luendi, ergo clarissime demonstratur, quod contrahentes voluerunt, quod iste cursus tertiarum non impediretur, ad hunc finem dico, ut ex eo ius luendi non euocetur ab alijs.

Et hoc suadetur, nam si tunc Magnus Petrus, dum secundas celebravit cautelas, ab illarum celebratione destitisset, indubie tertiæ ad rationem prædictam cucurrissent, & per lapsum alterius anni, vel biennij tertiæ ipsæ vigore primarum, & anteriorum cautelarum debitæ, quantitatem, de qua est controuersia, absorbuissent, taliter quod molestari non posset. Magnus ergo Petrus contrahendo cum Marchione secunda vice hoc prospiciens contentus extitit ei quantitatem prædictam soluere, verum omnia iura prædicta ad finem defendendi referuare voluit: nescio igitur quomodo in casu præsentis actus agentium possit vltra ipsorum intentionem operari contra iuris regulas.

Nec dicatur, quod à die secundi contractus initi non possunt amplius currere tertiæ ad rationem decem pro centenario, ex eo, quia Magnus Petrus contentus extitit ad eius commodum, & incommodum futurum introitibus ad rationem quatuor pro centenario, quia responsio ex prædictis colligitur, scilicet quod aut quærimus, an

currant de cætero tertiæ ad finem illas exigendi, vel à Marchione, vel super eius bonis per alios possessis, & tunc fateor, hoc iuridice prætendi non posse, & non iste casus, de quo nunc agitur, aut quærimus, an currant ad finem defendendi tantum ius luendi emptum vigore secundarum cautelarum, de quo nunc disceptatur, & in hoc dico ex præmissis, quod bene currunt, quia contrahentes ita expresse conuenerunt scilicet quod pro defensione prædicta omnia in prædictis cautelis contenta firma remaneant; neque enim inconuenit, quod vna, & eadem res diuersis respectibus diuerso iure censeatur, prout sunt iura vulgaria, & trita, & in materia liberationis debitorum, seu pignorum lex admittit, creditorem posse vnum liberare, firma quoad alios manente obligatione, & rursus vnam rem à pignoris nexu eximere, nihilo quoad alios nouato, quæ & si ad finem agendi lex permittit, quanto magis in casu isto id censendum est, in quo hæc virtus primevæ obligationis non consideratur, nisi ad finem retinendi ea, quæ in contractu deducta sunt, cum multoties facillime lex retentionem concedat, vbi actionem expresse negauit, & hoc (ni fallor) omnino sic dicendum est in casu, de quo agitur, quia dicere, quod Magnus Petrus emerit in secundo contractu ius luendi, & quod vigore illius cursus tertiarum ad finem prædictum esset impeditus, & dicere quod pro defensione dicti iuris luendi sint referuata omnia contenta in primis cautelis, esset implicare contradictionem, quod lex non admittit. Nam ius luendi vigore primarum cautelarum non poterat defendi tanquam venditum, quia venditum non erat, non poterat pariter defendi vigore tertiarum vsque tunc decursarum, quia illæ non ascendebant ad integram summam, pro qua ius luendi fuit venditum, nihil ergo remanebat in prædictis clausulis, nisi cursus tertiarum

tiarum futurarum pro defensione prædicta, & sic ex hoc excluderemus, oriretur contradictio prædicta, & verba illa nihil operari potuissent, & sic diceretur, quod posset operari pactum respectu interesse tertiarum vsq; tunc debitarum, ego fateor, & dico, quod si ex hoc absoluitur Magnificus Petrus, nihil aliud appeto, si autem pars in illo pertinax existit, omnino in supradictam (ni fallor) veram conclusionem incurrit.

Ex alio etiam principali motiuo Magnificus Petrus debet absolui, & quæso, quod Domini de Sacr. Consil. pro eorum solito more, & pura religione attendant, quia Magnificus Actor, aut præten dit hypothecam super dominio Terræ Aquedæ, & eius introitibus, aut præten dit super iure luendi, quod Marchioni compete bat, quia vendidit primo loco cum pacto de retrouendendo, & utroque casu cadit, nec stare potest eius præten sio; nam si de Terra, seu eius dominio tractatur, indubitatum est, illud non potuisse in obligatione contracta in fauorem posteriorum creditorum includi, stante quod iam ante exiuerat è dominio, & bonis Marchionis, & expeditum est, rem alienam obligari non posse, aut tractatur de iure luendi, & omnino absolutio sequi debet. Primo, quia id Pars in sua supplicatione non petijt. Secundo, quia hoc ius luendi non potest aliter considerari pro obligatione creditorum, quæ erat penes Marchionem, tum quia creditores in obligatione ex persona Marchionis veniunt, tum etiam quia Marchio plus iuris, quam ipse habebat, obligando, transferre non potuit, & ex hoc infertur, quod cum dictum ius luendi fuisset tempore periturum, quando penes Marchionem erat, ita pariter censendum est, includi in obligatione, & hypotheca creditorum, & cum tempore moti præsentis iudicij iam longe ante lapsum erat tempus pacti de retrouendendo, nescio quid sibi præten dere velit Pars aduersa,

aut quomodo absolutio sequi non debeat.

Et quatenus diceretur, quod forsan creditores ope restitutionis in integrum ad id recursum haberent, dico, quod nullatenus de hoc tractari potest, tum quia (vt dixi) non est actum super hoc iure luendi, tum quia restitutio in integrum est iudicium, quod de per se intendi debet, cum Pars eo agere velit, amplissima iura ad hoc excludendum me ostensurum polliceor.

Nec dicatur, quod ex additamento prætij, videlicet, duc. 600. censenda est noua venditio, quia hoc nullo modo suaderi poterit, erit bene nouus contractus, in quo datur noua forma quoad rem prius venditam, certe dum venditur, Terra cum annuis introitibus duc. 1200. aut sunt tot introitus, & censentur venditi, aut non sunt tanti, sed minores, & tunc in illa maiori summa iam vendita inest minor, & sic dicamus, quod Marchio dum secunda vice vendit ad rationem quatuor pro centenatio, voluit potius restringere illam primam venditionem ampliorem; non enim venduntur alij introitus, quam Terra Aquedæ, merito nulla noua venditio fit.

Et vltra quod ius competens Magnifico Petro virtute primarum cautelarum, fuit reseruatum in hac secunda cautela, considero, quod etiam absque tali reseruatione ius competens virtute primarum cautelarum reuiuiscit in integrum ipsi Magnif. Petro propter pactum in secunda cautela appositum, videlicet quod ius luendi prædictum transire deberet in dominium ipsius Magnifici Petri, & sic Marchio promisit ex pacto transferre dominium dicti ius luendi in ipsum Magnificum Petrum, ipsumq; facere dominum, quod intelligitur de dominio irreuocabili, vnde si Magnificus Petrus non est effectus dominus irreuocabiliter, sed reuocabiliter talis iuris luendi, remanet

eidem integra actio competens vigore primarum cautelarum, & hæc reseruatō subintellec̄ta à iure propter hoc pactum, intelligitur quoad omnia. ita voluit Iacob. Buttr. in l. fin. C. si antiq. cred. Bald. in l. libera quidem Theodora, colum. fin. vers. quæro nunquid, distinct. glos. C. de sentent. & ita recolo propter hoc pactum, seu propter hanc clausulam fuisse alias determinatum in quadam causa per Sacrum Consiliū, referente Domino Io. Thoma de Minadois, ex quo videtur posse de iure fundari, Magnificum Petrum, quando non possideret, posse agere ad omnia contenta in dictis primis cautelis, quanto magis ergo poterit tanquam possessor retinere quod possidet vigore dictarum cautelarum? videmus enim

4 quod vbi lex denegat † actionem, non tamen denegat retentionem, l. si in area, ibi nullo alio modo, ff. de cond. ob caus. per quam fundatur, quod si Titio mandauit, vt emeret librum pro decem tantum, Titius expendit viginti, quia liber tanti valebat, & mihi tradidit, non poterit petere ultra

5 decem, pro quibus mandauit, † vt emeret alia decem, ita Bald. in l. fin. C. de negot. gest. allegat text. in l. qui in aliena §. libertos. ff. de negot. gest. Si tamen Titius non tradidit, & ego peto librum, poterit Titius illum retinere, nisi soluam integrum pretium, ita Bal. in dicto §. libertos, sequitur Franc. Cre. singul. 72. dedi tibi mandatum, & sic datur retētio, vbi nullo modo actio daretur.

6 Item videmus, quod si statuto cautetur, quod forensis † non possit habere rem in Ciuitate, si forensis de facto emit, & non possidet, agere non potest, obstante eidem statuto prædicto, si vero possidet, potest de iure retinere rem emptam, donec sibi soluat̄ur pretium, ita firmat Bal. in l. si. §. si. C. com. de leg. sequitur Franc. Cre. singul. 95. Feli. in cap. cum causam colum. 6. vers. ad illud mirabile, de re iud. quod locum habet etiam in Feudo, nam Feu-

do vendito sine assensu, emptor potest illud retinere † donec sibi restitatur pretium, & tamen si non possideret, non posset agere ad Feudum, quia careret assensu, ita firmat Afflic̄t. in Constitutione constitutionem diuz memoriae colum. 14. vers. sed aduerte, quod hodie in Regno nu. 50. allegat Aluar. in cap. si vassallus il. 3. si de feud. fuer. controu. qui hoc firmat, per text. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. vnde quando tales, & tantę reseruationes consideratę, vt supra, non sufficerent ad negandum, vt vere sufficiunt, negari tamen non potest, quin sufficiant ad retinendū Terram Aquediarum, quam possidet.

8 Vltimo considero, quod text. † in l. pacta conuenta in fin. ff. de contrahen. empt. in quo aduersarius se fundat, non potest allegari in præsentī casu, quia ille text. dicit, quod si omnibus integris manentibus, de augendo, vel diminuendo pretio, rursus conuenit recessum à priore contractu, & noua emptio intercessisse videtur. Nam ex lectura instrumenti apparet, quod Magnificus Petrus in hoc secundo instrumento emit ius luendi, quod est quid separatum à corpore Terrę, quod emit in primo instrumento, adeo quod dici non potest, quod hæc secunda emptio sit noua emptio corporis Terrę contenti in prima venditione. Secundo respondeo, quod text. ille intelligitur, cum verba eo tendant, vt prior contractus renouetur, puta si dictum sit, res quam tibi centum vendidi, sic empta decem, sed vbi verba tendunt ad informandum priorem contractum, puta si vendidi tibi fundum centum, & postea conuenit, quod huic pretio aliquid addatur, vel minuat̄ur, certe manet prior contractus, & ab eo incipit currere vsucapio rei venditę, & debetur Gabella, ita illum textum intelligit, & declarat Angel. in l. iuris gentium. §. adeo, secunda colum. versic. secundo quæras. ff. de pact. sequitur Tiraquell. in fin. 2. retract.

2. retract. nu. 163. & intelligendo illum text. hoc modo non meretur allegari in præseti casu, in quo potius videtur suppletum pretiū, & informatus prior contractus propter qualitatem additam, videlicet, à tutta passata, quam renouatio primi contractus: excluditur ergo ex prædictis Magnificus Franciscus Pitri ab eo, quod præten dit à Magnifico Petro, maxime attento tenore supplicationis per ipsum oblatæ, in qua petit, sibi satisfieri super Terra, quæ erat per prius, & ante cautelam ipsius vendita dicto Magnifico Petro, vnde si ali quod ius posset præten dere, illud est circa ius luendi, quod comprehenditur in obligatione bonorum facta per Marchionem in beneficium ipsius, sed quia hoc non fuit peti tum, nec Magnificus Petrus se defendit, habet enim in hoc largas defensiones; non potest Sacrum Consiliū super hoc determinare, & ita intelligitur l. Aemilius Largianus. ff. de minor. ita declarat Claud. de Saifel. in l. 1. de offic. assess. sequitur Gramm. decif. 105. nu. 52.

ADDITIONES.

**A**D num. 7. quod Feudo vendito sine assensu, possit emptor illud retinere, donec pretium sibi soluatur, concordat cum dictis per meum Genitorem hic, Capic. in l. Imperialem colu. 100. qui nunquam vidit, pretium esse amissum in hoc Regno, & ita decisum fuisse affirmat in sua deci. 100. reassumit Io. Vinc. de Anna in repet. cōst. constitutionem diu. mem. nu. 197.

Abb. Io. Hieron. de Maura.

SUMMARIVM.

- 1 Qui vult consequens, vult necessarium antecedens, & ideo si Princeps imposuit poenam contra non reuelantes, intelligitur imposuisse Gabellam nu. 1. & nu. 20.
- 2 Poena rei commissæ de iure spectat

- ad imponentem Gabellam.
- 3 Poena dicitur fructus iurisdictionis.
- 4 Prouisio sequens recipit interpretationem secundum petita.
- 5 Dictio ( dummodo ) an importet conditionem.
- 6 Si Princeps concedit, ut quis possit exigere Gabellam tantæ quantitatis, prout est hæctenus consuetum, non importabitur conditio.
- 7 Si aliquis creatur Ciuis, dummodo soluerit Gabellam, si non soluit, non resoluitur ciuilitas.
- 8 Clausula in fine posita, non refertur ad specialiter prouisa.
- 9 Vna pars scripturæ declaratur per aliam.
- 10 Obseruantia sequens declarat Priuilegium Principis antecedens.
- 11 Voluntas præcedens ex subsequenti facto declaratur.
- 12 Superioris voluntatis sufficit, quod una vice sequatur declaratio.
- 13 Immunitas concessa non comprehendit futura onera.
- 14 Immunitas concessa non includit onera, quæ imponuntur pro necessitate Regis.
- 15 Verba posita in executiuis non atterant dispositionem præcedentem.
- 16 Solitum per quot vices probetur.
- 17 Suspendio non porrigitur, nec extenditur ad reuocandas prouisiones, quæ consumauerant ipsarum effectum.
- 18 Quid si solitum fuit variatum.
- 19 Priuilegium quando censeatur Personale, vel reale.

## ALLEGATIO 55.

**I**N causa Gabellarum exigendarum, & in quibus locis exigi debeant, & de exemptione ipsarum. Pro Arrendatore maioris fundaci Reg. Dohanæ Neap.



Via in præsentī causa non contenditur, an Princeps potuit, sed an voluit, q̄ Gabella, de qua agitur potuisset exigi in Ciuitate Caietæ, & alijs locis.

Considerabam, quod per Capitula impositionis Gabellæ prædictæ satis constat, Principem voluisse, & sic disposuisse, nulla de conditionali solito habita consideratione, nam inter cætera, quæ petebantur, voluit Arrendator Gabellæ, vt quicumque immitteret bona iuri Gabellæ obnoxia in fundacos ciuitatū, de quibus agitur, nunciaret officialibus Arrendatoris sub pœna priuationis bonorum, & vnciarum 25. talisq; petitio Arrendatoris admittitur per Principem, vt ex hoc merito concludi possit, quod videatur, † & sic concessa licentia exigendi Gabellam in dictis locis. Nam exactio pœnarum, & quod res non denunciata gabellato committatur, præsupponit Gabellam impostā ff. de publica. l. fin. S. diui. C. eod. tit. l. 3. ista pœna rei commissæ de iure spectat † ad imponentem Gabellam. l. 1. & 2. C. de vectig. & commi. & eod. iure transit ad emptores Gabellarum, etiam si nihil sit dictum, dummodo non caueatur de contrario: casus est. vbi Bal. & Salic. in l. si quis sine eod. tit. pœna non datur, nisi vbi præsupponitur delictū, & ideo cōsideranda est prius iurisdictionis, vt possit practicari pœna, quæ est fructus iurisdictionis, † secundum Bald. not. in l. si. col. 2. vers. modo queritur. C. de fruct. & lit. expens. Ad quid Arrendator volebat in dictis fundacis deputare Officiales cum salario, quibus

facienda esset denunciatio omnium bonorum, quæ immitteretur sub pœnis prædictis, si Gabella non posset exigi, concessit Superior consequens, videretur concessisse suum necessarium antecedens. ff. de acquir. hæred. l. illud vulg. l. ad rem mobilem de procurato. not. Alberi. ff. de condit. indeb. l. indebitum, maxime quando antecedens est tale, si ne quo non potest esse consequens. Moder. in l. 2. ff. de iurisd. omn. ind. esset quidem absurdum, & inauditum, quod bona non denunciata committerentur, si de eis Gabella exigi non deberet, cū præsertim in alio non interfuisset Ciuitatis Neap. aut Arrendatoris, quod bona immissa in loca prædicta denunciarentur Gabellotis, si non fuisset, vel necessario trāsuehenda Neap. vel aliquid sentiretur emolumentum.

Nec me mouet, quod fuit allegatum à Magnificis Aduocatis ex aduerso, voluntatem Principis fuisse cōditionalem, quia petitio erat talis, ex quo in d. c. 13. idem Arrendator petendo, quod bona immissa denunciarentur, illud petijt iuxta solitum, & consuetum, vt prouisio sequens † recipiat interpretationem secundum petita, extra de fid. instrum. c. inter dilectos, quia si bene verba capituli inspiciantur, hic sensus nunquam sustinebitur. Nam statim, quod Arrendator petijt bona denunciari, subiunxit, iuxta solitum, & consuetum, quod erat, & est in viridi consuetudine denunciandi tantum, & ad hanc proximam orationem facienda est relatio, quia per eam ponitur hæc clausula soliti. facit text. & quod ibi not. Bart. in l. si. ff. de reb. dub. sequitur Dec. cons. 213. col. 2. Non potuit Arrendator habuisse animum petendi sub conditione, si talis Gabella alias fuerat exacta in dictis locis, & quod ob hanc causam fieret declaratio bonorum Gabellotis, quia talis Gabella nūquam alias fuerat imposta, nisi vna vice, & hoc per annos 70. retro, quo tempore Arrendator nondum erat in Mundo, & sic mens petentis non potuit ad talem conditionem aptari



apari, quo fit, vt hic sensus menti contrahentium inimicus repellatur, etiam si esset contra verb. significationē: casus est not. in l. si. ibi, cum sit iustum C. que res pign. oblig. poss. faciunt posita per Dec. in cons. 697. volu. 5. vt sic merito concludi possit, quod Arrendator, qui lucrum quærebat, non habuit animum illud locandi sub conditione.

Si igitur Princeps libere concessit facultatem, quod exigeretur Gabella in dictis locis pro bonis extrahendis per prædicta, non est vterius curandum de alio sequenti capitulo, in quo ijdem Magnifici Aduocati dant intellectum conditionalis assensus, quia postquam prouisum erat perfecte, quod Gabella exigeretur, & sic certum est, quod fuit actum, id, quod sequitur postea, dummodo seruetur solitum, & consuetum, non importat conditionem. † Casus est not. qui loquitur per dictionem (dummodo) in l. cū ab eo. ff. de contrah. emp. per quē sic tenet Bart. in l. quibus diebus in §. Termilius. ff. de condit. & demonstr. & idem tenet idem Bar. in cons. tit. ad repri. in vers. pro vt ibi, si vero de illo præterito, † vbi dicit, q̄ si concedo tibi, vt possit exigere Gabellam tantæ quantitatis, prout est hætenus consuetum, non importabitur conditio; & ideo dixit not. Bald. in c. dudum il. 2. col. 2. ibi, & hæc faciunt ad quæst. extra de elect. quod † si aliquis creatur ciuis alicuius ciuitatis, dummodo soluat Gabellas, si non soluit, non resoluetur ciuilitas, sed poterit alstringi ad soluendum, vt posset in præsentī casu praticari, quod cogetur Arrendator non exigere vltra solitum, vt iam fuit prouisum cum Ciuitate Castrimaris de Stabia, quæ cum in eodem casu fuisset condemnata ad præstandum interesse ob pacientiam non præstitam, verificato solito quantitatis solutæ, coacta fuit ad illud tantum: quibus accedat, quod postquam Princeps potuisset omnem dispositionem circa dictam Gabellam facere, & omnia loca sub prædicta obligare, sequitur, quod

eius prouisio per dicta verba, quæ in alio non habente potestatem essent conditionalia, non inducant aliquam conditionem, Felin. in c. quoniam, Abb. in si. extra de offic. deleg.

Sed si vellet Pars contendere, absq; tamen rationabili intellectu, quod verba prædicta conditionē importent, adhuc dico, quod talis conditio (quando esset) referretur ad solitum quantitatis exigendæ, non autem si Gabella deberet exigī, vel non. Hoc probo euidenti ratione, quia si de Gabella exigenda in dictis locis fuerat prouisum in præcedenti cap. 13. hæc prouisio quamuis conditionalis posita in cap. 14. non extendetur ad præcedētia specialiter, † & in suo capitulo prouisa, contentus, ero text. in l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulg. & pupill. & positus per Rom. in cons. 503. in princ. & quia petitum per Arrendatorem redderetur inutile, si conditionalis censenda esset prouisio, & redundaret contra metem ipsius, ideo ex hoc alio capite clausula in fine posita nō refertur ad oīa præcedentia, pulchre fundat hoc Loffre. cons. 41. 3. col. conferunt posita per Capic. deci. 108. nu. 10. redderetur quippe inutilis prouisio facta per Principē in præcedenti cap. & absq; dubio esset contra mētem contrahentium, ex quibus abunde fundata videtur intentio Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, & suorum Arrendatorum, & in hoc rogo multum circumspectos Iudicantes, velint aduertere ad capitulum proxime sequens, quod est 15. in ordine, quia ex eius lectura colligent veritatē prædictorum. Ciuitas Neap. petebat Gabellam, & nihilominus quando petitur taxatio quantitatis exigendæ pro bonis extrahendis, quia summa talis extractionis excedebat titulum Gabellæ, qui erat vnus torniensis pro rotulo, Superior propensiori pede concedit, vt minus subditi, & eorum bona grauentur in eadem Ciuitate Neap. & eius districtu. sequitur decretatio, quod seruetur solitum, & consuetum, quod tamen non poterat conditionem importare,

9 tare, & non inconuenit, † quod vna pars scripturæ per aliam declaretur. ff. de leg. 1. l. qui filiabus.

Ista voluntas Principis quod fuerit non inducendi conditionem per illa  
 10 verba soliti, suadetur † ex subsequenti facto, nam cum tractaretur de executione Gabellæ impositæ, idem Prorex, qui capitulationem firmauerat, fecit publicari banna, per quæ dabatur modus circa exactionem, & regimen dictæ Gabellæ, & in specie fit mentio de dictis fundacis, circa quos nullum verbum de solito, vt ex hoc subsequenti  
 11 facto ostendatur † voluntas præcedens C. de instit. & subtit. l. reprehendenda ff. de rem rat. hab. l. Paulus facit. ff. de legi. l. si de interpretatione, & isto casu quia agitur de interpretanda voluntate Superioris, † per obseruantiam, seu per factum subsequens, sufficit, quod vna vice sequatur talis declaratio per factum, secundum Nico. de Matta, in l. de quibus. ff. de legib. sequitur Alex. conf. 8. nu. 7. vol. 6.

Et secundum prædicta nõ esset opus discutere vires priuilegiorum ex aduerso productorum, quia postquam Gabella nõ imponitur priuilegiatis, sed ipsi remanent cum eorũ priuilegijs, & immunitate concessa, non seruiret illa impugari, vt tamen videatur, quam absq; iure contendat Ciuitas Cauæ, considerent Domini Iudicantes, quod Rex nõ concessit immunitatem Cauæ ab omnibus Gabellis in genere, vel impositis, & imponendis, vt sic in genere saltem potuisset cogitare de hac Gabella, sed conceditur immunitas per hæc verba ab omnibus, & quibuscunq; fundacis, tertiarijs, solutionibus fundacorũ, & quod vnusquisque valeat negociari sine solutione quacunque dictorum fundacorũ, vt ex hoc dici possit, quod  
 13 immunitas † concessa à particularibus, & expressis oneribus non extēdatur ad futura, solet allegari text. in clem. si. de rescript. ad quod in specie seruiunt posita plenissime per Alex. in conf. 173. & 193. in 2. vol. & quando ad futuras ex-

tendi deberet Gabellas dicta immunitas concessa, quod de iure non procedit, adhuc dico, quod postquam Gabella ista posita fuit pro constructione murorum principaliter, & pro omni alia subuētionē necessaria Regis, præsertim pro occurrentijs belli, vt experientia  
 14 docuit, immunitas concessa nõ includit onera, quæ imponuntur pro tali necessitate: hæc est communis opinio omnium in l. si ex toto. ff. de leg. 1. qui allegant tex. in l. i. C. vt nemi. l. ab emptio. specierum se excusari lib. 11. vt ex his remaneat fundata intentio Ciuitatis, & Arrendatorum.

Et ista interpretatio nedum est vera sed est necessaria, quia postquam Gabella imponebatur, vt prouideretur necessitatibus Ciuitatis, iam videmus, qd si non exigatur in dictis fundacis, merces non venirent ad Ciuitatem Neap. sed ex dictis locis extraherentur per Ciuitates, & loca Regni, & sic non esset satisfactum voluntati Superiorum, & etiam Administratorum Ciuitatis, qui voluerunt etiã prouidere, vt in Ciuitate esset copia bonorum, & re vera si in dictis fundacis non fieret exactio, sequeretur inopia rerum comestibiliũ, & ad hoc plures testes in process. legi possunt, vt sic tanto facilius debeat fieri interpretatio, quam nos defendimus.

Dixi, quod animus Proregis non potest esse conditionalis per relationem habitam ad solitum per banna emanata postea huius tenoris. *Item, che nessuno presume extrahere fora di detta Città di Napoli, Gaeta, Castell' à mare di Stabia, Pozzuolo, Salerno, seu Vietre, quantita alcuna di falsume, o vno caso, qual sia peruenuto ab extra Regnum, senza che prima non habbiano pagato à detto Sigismondo, & suoi huomini lo deritto del torneje, & mezzo per rotolo, li quali pagati, ne debbiano recuperare le ballette, con le quali passano portare detto caso, & falsume, doue li piacerà, & per le falsume, & caso, che saranno per uso della Città, non paghino deritto alcuno.*

Nec seruiet parti, quod ista executio

tio

tip non debet alterare dispositionem:  
 15 † prædictam in clem. 1. de præbe. quia hoc procedit quando clausula posita est in fine dispositionis, dum tractatur in eadem dispositione de dando formã, & non fit alia dispositio ex intervallo, in his casibus consuluerunt per d. clem. multi DD. relati per Curt. lun. conf. 3. in princ. isto casu Gabella imposita superior ex intervallo præcipit seruari & disposuerat, vt ex hoc non possit seruire reg. d. clem. 1.

Quæ alias scripta sunt, & prædicta videntur abundare, vt Fidelissima Ciuitas Neap. obtineat in præsentis iudicio, nulla de conditionali dispositio habita consideratione, vt ex hoc claudi debeat os defendentibus Ciuitatem Caietæ, in qua edoctum est plene, quod talis Gabella annis elapsis solita imponi, fuit exacta, & recordentur Domini iudicantes, quod de hoc in Rota audite fuerunt prouisiones plurime diuersis vicibus expeditæ, per quas præcipiebatur Dohanerio Ciuitatis prædictæ, vt seruet Gabellam vnus torniësis pro rotulo exigi ab Officialibus Arrendatoris, & eis in aliquo non apparet contradictum, vt ex hoc fûdetur aperte, quod nedum per tot exactiones probatum est solitum, sed si vna tantum vice sic fuisset seruatum, quia ex ea inductum  
 16 fuisset solitum, † rex. est in l. mela. §. sed si. ff. de alim. & cib. leg. vbi Bart. dicit verificari solitum in vna vice tantum, & idem dicit in l. 1. vers. ideo quæro. C. quom. & quand. iud. & dicit ibi Paul. de Castr. quod hoc dictum Bar. communiter tenetur, idem tenet Alex. conf. 5. incip. si vera sunt colu. fin. lib. 5. quanto fortius erit hoc dicendum in solito seruari pluribus vicibus, in qua plurali obseruatiã de iure etiam strictissime loquendo verificatur consuetum, & solitum? faciūt posita per Loffi ed. conf. 36. in fi.

Nec obstat, quod ad hoc solitum tollendum pro Ciuitate Caietæ lectum sit decretum quon. Domini Musceatule Regiæ Cameræ Præsidentis, per quod

in anno 25. suspenduntur quædam prouisiones expeditæ ad instantiam Annibalæ Ferraioli tunc Arrendatoris, quia licet hanc obiectionem ipsum factum interimat, ex quo agebatur tunc de Gabella imposita p donatiuo duc. 50. mil. quod Ciuitas Neap. fecerat Regi, nec forte Arrendator habebat eo tempore potestatem sic amplam, & Gabella que rebatur à Caietanis ipsis, qui exhibitio priuilegio, & re in iudicium deducta, obtinuerunt, suspendi prouisiones citra præiudicium iurium vtriusque partis, tamen quãdo fuisset idem casus, adhuc  
 17 talis suspensio non poterat † extendi ad reuocandas prouisiones, quæ consumauerant ipsarum effectum. C. de transact. l. causas. Immo dico fortius, & si illud decretum vellet haberi pro lege, & expresse loqueretur de præteritis non posset extendi ad præterita sopita, ita Bart. in l. omnes populi 2. q. 5. quæst. principalis de iust. & iur. & idem in l. 1. §. fin. ff. ad Tertull. & est communis omnium opinio. in c. si. de const. extra. Effectus d. prouisionum antiquarum induci iam, & consumari, quomodo potuisset fieri per decretum, quod non fuisset induci, vt ex hoc dicatur, quod fuerint suspensæ tantum vires vltimarum prouisionum, & quod ea vice Gabella non fuerit exacta Caietæ, & quia dato consuetu soliti, demonstratum est, Gabellam frequentius fuisse exactam, quam exactiõnem interruptam, ex quo si vna  
 18 vice fuit prohibita exactio, † pluribus, ac frequentioribus vicibus apparet de exactiõne, vt ex hac frequentiori obseruantia bene possit argui de solito, & vna obseruantia in contrarium non tollat vires soliti, ita tenet Bart. in l. de quibus colu. 6. vers. item quæro quid si. ff. delegi. quem sequitur Deci, conf. 11. col. 6. in fi. & conf. 215. ibi secundo hoc idem probatur, licet enim ex varietate obseruantia non possit argui ad consuetum, secundum Bart. in l. 2. in fi. princ. ff. sol. matrim, tamen illud non procedit, quando vnus actus apparet frequentius vsitatus per prædicta.

Vt

Vt ex prædictis omnibus colligatur, Ciuitas Caietæ quam habeat iniustam causam controuertendi, & inficiandi solitum, nec sibi opitulabitur priuilegium allegatum, quia si bene aduertatur ad illud, est compatibile cum Gabella imposita, cui exactio nõ tentatur 19 à Caietanis, & sic priuilegium ꝑ ipsorũ remaneat personale, & exteri non gaudeant: talia nanque sunt verba priuilegij, sicque fẽdere distinctionis dabitur concordia secundum Bart. in l. 1. S. & parui. ff. quod vi, aut clam, refert, & sequitur Dec. in l. si. in princ. C. de edend. priuilegium concessum Caietæ apparet notissime, quod est personale, quia sic cantant verba ipsius, adeo quod postquam persona Caietanorum non læditur, non est, quod ipsi querantur, licet quando dictum priuilegium non sic appareret, in dubio tale censendum esset, glo. in l. fordiorum. C. de excusa. mun. lib. 10. & in c. cum venissent, de instit. maxime per Ioan. Andr. in reg. priuilegij in mercurialibus, & secundum ista non esset opus discutere, si derogatum est, aut derogari potuit priuilegij Caietanorum, postquam lis non est, vt Caietani soluant, & priuilegium personæ Caietanorum concessum remaneat in suo robore.

Quoad solitum, & allegatum consuetum, credo, quod voluntas Principis in solito, & consueto, sit, vt detur manifestum, quia hoc solitum, & consuetum est, & sic quod in quocunque fundaco, siue Dohana immitteretur, detur manifestum Officiali Arrendatoris, frustra enim tractaretur de manifesto, nisi potuisset Gabella exigere, cũ ad hunc finem fiunt istæ professiones. l. si. S. si quis professus. ff. de publica. & ipsa pœna applicanda Arrendatori præsupponit Gabellam impositã, vt recte intuenti, vult Bal. in c. 1. S. sciendum, vers. sed nunquid de feud. cogn. nam sēper quod locata est per Fiscum Gabella, istæ pœnæ sunt conductorum, vt late declarat Roman. in l. commissã in fin. ff. de publi. ergo necessario sequitur, postquam da-

tur forma denunciationis, alias quod incidatur in pœnam applicandam Arrendatori, quod Gabella erat imposita, cum alias non esset tractandum, nec de professione, nec de manifesto, nec de pœna, cum .n. offenditur Arrendator, ideo in sui commodum pœna applicatur, non enim offenderetur, si Gabella non potuisset exigere, & ita recte intuenti considerat Ang. Arret. in S. pœnales col. 4. vers. ex quo, Angel. ibi infert instit. de act. & ista videtur mihi veritas, prout late per supradictos Magnificos allegantes est probatum, cum quibus sentio.

#### A D D I T I O N E S.

**A**D num. 13. an immunitas concessa alicui à Principe extēdatur etiam ad onera futura postea imposita, quod sic, vide text. in c. & quia circa de Priuilegij, Bart. conf. 59. Guid. Pap. decis. 489. late Io. Viñc. de Ann. in repet. cap. 1. de vassall. decrep. etat. nu. 269. & in sing. 698. vbi habes decisiones Sacri Conf.

**A**D num. 19. Quod Priuilegium immunitatis iudicandum sit personale in dubio, & non reale, concordat cum dictis per meum Genitorem hic, text. in l. temper. S. immunitati. ff. de iur. immunit. & in l. forma. S. quanquam. ff. de censib. Alex. conf. 101. col. fin. vol. 2. Ia. conf. 89. col. 2. vol. 3. Menoch. conf. 70. in princip. vol. 1. & idem Menoch. latissime in conf. 276. in 2. dub. vol. 3.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Articuli quando dicantur impertinentes nu. 1. 4. 5. & 6.*
- 2 *Testis deponens extra exceptionem probat, reddendo sui dicti rationem.*
- 3 *Testis, qui sui dicti rationem non reddit, non probat.*

#### ALLEGATIO 56.

**D**E articulis impertinentibus.  
Quod



Vod omnia deducta per Vniuersitatem Mōtis Caueosi in causa reclamationis tanquam impertinentia sint reijcienda, colligitur ex lectura pos-

itorum in secunda instātia, ex eis enim apparet, quod Vniuersitas omnem eius conatum fecit ponere, & probare nouā conuentionem inītam inter Fedrianum, & Vniuersitatem ipsam, prætenditur namq; quod cum debuisset consequi Fedrianns virtute publici instrumenti tumulos 3000. frumenti, fuerit postea conuentum, quod de tali summa remaneret contentus tum. 1700. & reliquū dimitteret, voluissetq; proinde instrumentum cassari, prout † iam mandauit Notario: ista conuentio sic posita, & probata deducta fuit in prima instātia, ergo tanquam eadem censenda est impertinens, & reijcienda per vulg. regulam, quod sit ead. & articulata in dicta prima instantia apparet ex verbis sextæ exceptionis dictæ Vniuersitatis; in qua ponitur, quod Fedrianus mandauit Notario, vt cassaret instrumentum, ex quo ipsi fuerat satisfactum, super hac exceptione examinari fecit duos testes, quorum vnus, videlicet Magnific. Michael Villanoua deponit contenta in exceptione, & vt daret causam sui dicti, deponit plene, vnde processerit, quod Fedrianus prædictus mandauerit cassari instrumentum, ex quo fuerat conuētio facta inter Vniuersitatem, & ipsum Fedrianum modo prædicto, vt ex hoc de iure concludatur, quod licet conuentio, de qua deponit dictus Magnificus Villanoua, non contineatur in exceptione, quia tamen † ponitur per testem, vt reddatur ratio sui dicti, probat, quamuis sit extra exceptionem, ita tenet Imol. in c. super hoc, col. 1 4. vers. ex hac etiam lectura, extra de renunt. sequitur Felin. in c. de test. 2. colu. vers. secūdo declara, extra de testib. ex quo sit, quod specifica depositio † testis red-

3 dentis causam eius, quod generaliter continentur in exceptione, censetur in

esse illi generali exceptioni, nam de iure, testis, qui dicti sui causam non red- dit † improbat eius dictum. C. de testib. 4 l. solam quando sit exceptio, quod Fedrianus mandauit cassari instrumentum, ex quo erat sibi satisfactum ab Vniuersitate, testis si non reddebat causam sui dicti, non releuabat Vniuersitatem, quia eius dictum corruisset; ergo verū est dicere, quod talis ratio test. fundata super noua conuentione, de necessitate debebat † dari, & sic includebatur sub articulo, seu exceptione de necessitate probationis, vt ex hoc dicatur, q

5 in secunda instantia deduci nō potuerit, † ista est regula omnium, maxime Anto. de Butr. in c. fraternitatis, col. 4. num. 10. vers. hic articulus dicitur antiquus extra de testib. Et quia in dicta exceptione sexta ratio, quare Fedrianus mādauerit Notario, vt cassaret instrumentum, non ponitur, ita vt testis, qui de alia ratione quando in articulis contenta deponens vere dicatur deponuisse extra articulum, ideo sequitur, q

6 testis, qui dicit particularem causam, quæ apta est contineri sub generali articulo deponit iuxta, & non extra articulum, colligitur ex verbis dicti Anto. de Butr. in d. c. fraternitatis num. 1 2. & quod voluntas, & mens Vniuersitatis fuerit in dicta sexta exceptione sentire de noua conuentione, quam pro causa sui dicti refert test. apparet ex ipsismet testibus, qui producuntur, qui præsumuntur producti de negotio informati, ita vt factum ipsum declarat mentem articulantis, argum. ff. rem ratam haberi. l. Paulus responder, ad quæ etiam facit, quod postquam dictus Magnificus Michael Villanoua iurauit dicere veritatem in tota causa, dictum eius, quod tamen facit ad causam, cēsetur articulatam † ita vt depositio tanquam conformis, & non extra articulum plene probet, plene fundat Feli. in d. c. de test. 3. col. vers. vltimo declara, & Anto. de Butr. pulchre in d. c. fraternitatis col. 8. vers. quæro quos articulos, vers. hic credo etiā, quæ omnia adiuuari possunt

ex aperta facti demonstratione, in prima instantia producitur dictus Magnus Villanoua, in secunda producitur idem, & per omnia loquitur de dicta conuentione, prout deposuerat in prima, & vt cognoscatur animus Vniuersitatis, & testium, aduertant, rogo, Domini Iudicantes, quia dictus Magnus Villanoua in secundo examine facto per longum interuallum post primum, de eo mentionem non fecit, nec se refert contra communem cautelam omnium testium. Si igitur in secunda instantia deducta, & verificata est noua conuentio, ad vnguem eadem comprobata per eandem Vniuersitatem, in prima quia probationes non sunt vt impertinentes reijcienda.

Prædicta, iudicio meo, aperto iure procedunt, & adiuuantur ex vrgentissimis rationibus: instrumentum, de quo agitur, fuit stipulatum in anno 46. de mense Augusti, quo mense finiebat officium Syndicatus Ioannis Saluagij, qui in dicto instrumento interuenit, & ei successit Notarius Angelus de Gastis, qui vt Notarius interuenerat in confessione dicti instrumenti, ipse sciebat multa, quæ deponit contra instrumentum, quæ incalescunt vsurariæ prauitatis: sciebat etiam, quod Fedrianus mandauerat, scilicet quod instrumentum rumperetur, agebatur de re damnosa contra eius Vniuersitatem, peracta erant omnia tempore sui sindicatus, immo in eius principio, & nihilominus quando Fedrianus vult mouere litem contra Vniuersitatem super petitione istius frumenti, quod hodie in dubium reuocatur, & nihilominus de hoc nunquam fit mentio per ipsum, vt ex hoc S.C. videat, quod si de hac prætenfa conuentione tam inuerrisimili deponeret longe maior numerus testium, nulla est ratio habenda, secundum not. per Bart. in l. Lucius in ff. de infamib.

*Marcellus de Mauro.*

## ADDITIONES.

**A**D num. 1. Quod isti articuli dicantur impertinentes, & propterea reijciendi ultra allegata per meum Genitorem hic, Vide Decium conf. 84. & conf. 262. & conf. 517. Parisium in c. fraternitatis nu. 68. de testib. Afl. decif. 33. nu. 4. & decif. 13. nu. 28. Vrsill. ad decif. 7. nu. 1. & 4. & ad decif. 79. nu. 3. & 4. & vide Afl. decif. 216. nu. 1. & 4. & Capic. decif. 62. nu. 1. & Vinc. de Franch. decif. 683. n. 2. & nu. 4. & decif. 220. per totam.


*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## SUMMARIUM.

*Si testis deponat ultra articulum, an valeat depositio nu. 1. & 2.*

## ALLEGATIO 57.

**T**Ractat de eadem materia articulorum impertinentium. prout in præcedenti allegatione 56.



Onfirmando prædicta videtur mihi casus clarus, postquam illicet testes, qui fuerunt examinati in causa principali super sexto artic. sunt illi, qui nunc in cau-

sa appellationis deposuerunt, nam delato iuramento in causa principali super sexto articulo, continent ordinem datum Notario, quod cassaret instrumentum, quia erat contentus, & satisfactus † deposuerunt idem factum, prout nunc in causa appellationis, & sic militat regula prohibitiua, quando delatum est iuramentum super tota causa, vigent rationes allegatæ, & ita in specie consuluit Ang. in conf. 155. incip. in questione vertente in primo dub. quod magnificat Marf. in sing. 623. idem enim est articulus respectu ordinis cassandi, & satisfactionis, prout in causa appellationis,

nis, prout in causa appellationis, & hoc probatur per Constitut. Regni iuris peritorum, quæ est vltima in secundo libro, vbi approbatur opinio Canonistarum, & vtitur ille tex. verbo eod. art. quasi quod sufficiat, quod sit idem articulus in substantia, & sit eadem censura in pluribus casibus, & capitulis, iuxta glos. in l. cum hi §. si vni, in vers. obligatus, ibi, quia hæc dictio. ff. de transact. & hanc opinionem fortifico, nam articulus sextus in causa principali continet, quod Fedrianus ordinavit Notario, quod cassaret contractum, *perche n'era contento, & satisfatto*. Ista enim verba sunt amplissima continentia omnem modum, per quem ipse fuisset contentus, siue ex conuentione habita, siue recepisset partem frumenti, & residuum remisisset, siue alio quo vis modo remansisset contentus, ita declarat text. in l. si rem. §. omnis pecunia. ff. de pign. act. Si igitur talis articulus continet omnem modum, ergo continet id, quod in causa reclamationis, quam conuentionem, & voluntatem Fedriani de cassando, & de satisfactione, de necessitate facti, & probationis, si fuit cõcordatum pro 1700. rumulis, resultat id, quod in causa reclamationis in articulo causæ principalis, quod fuerat satisfactum, & remanserat contentus, ergo non potuit deduci in causa appellationis, vt est communis opinio in alleg. c. fraternitatis, semper enim, quod dependens ab antiquis positus in causa principali, continet idem, non potest in causa appellationis deduci, quia dependens, dicit aliud dicere, quam id, à quo dependet, ista sunt verba Andr. in d. constit. iuris peritorum in vers. & no: quod dependens, sed sic est, quod illud, quod positum est in causa reclamationis, continet idẽstantibus verbis positus in sexto articulo, & supra probaui, ergo non aliud dicitur in causa reclamationis, & sic non debet admitti, tanto magis, quia inspecta depositione illorum duorum testium, iam demonstratur, non esse ha-

bendam rationem, quia tractant quasi de eorum honore, & habent affectionem, immo ostendunt rancorem, & inimicitiam, vt facile colligi potest ex transcurso depositionum, ita quod viget ratio data per Docto. in d. c. fraternitatis, & in clem. 11. de testib. de timore subornationis, & hoc videtur mihi pura veritas.

Est etiam considerandum, quod articuli in causa reclamationis, † vt in sui præfatione dicitur, quæ præfatio declarat intentionem. l. si in princip. ff. de hæred. instit. non sunt concepti, vt voluisset Vniuersitas probare nouum caput, tanquam nouum propositum in causa reclamationis, sed vt ostenderent, quod id, quod deducebatur, erat in causa mere reclamationis, & hoc caute fecit Aduocatus Vniuersitatis, cum bene sciebat, in causa appellationis naturam eius esse non pati, vt aliquid omnino nouum discuteretur, præsertim si in causa prima fuit scienter omisum, verba sunt Bald. in l. per hanc colum. 4. vers. nam natura. C. de temp. appell. & sic facta protestatione de impertinentibus, & facta reservatione, noluit deducere, & specificè, vt tanquam nouum poneret, & incidit in laqueum, deducendo id, quod iam effectualiter erat in causa principali deductum, nam si Vniuersitas deduxisset hoc nouum caput, tanquam nouiter post sententiam quasi tum, & actor consensisset, & si prorogasset iurisdictionem, potuisset in eo procedi principaliter, non per viam appellationis, vt deducitur in decis. Afflict. 155. si non consentijt, vt est casus iste non potuit cognosci, nisi de his, quæ agitata fuerunt, & deducta in prima instantia, vt plura allegat Guid. Pap. in consil. 67. colum. penult. vers. sed quid fiendum, sed in prima instantia iam fuit deductum id, quod nunc dicitur, & si fuit omisum, ita lucidius deduci, fuit scienter omisum, & sic tanquam nouum, si vt nouum non est admittendum,



dum, vt per Bald. in d. l. per hanc, si deductum, ergo iterum deduci nō potuit, obstante regula prohibitiua, & propter timorem subornationis, & hoc apparet clarius, nam si Vniuersitas vult obtinere ex hoc capite, quod nouum vocat, aduertatur, quia licet super eo datus sit terminus, tamen non fuit ultra processum, adeo quod non posset causa noui capitis expediri; si vult dicere, q̄ hoc caput nouum est mixtum cum exceptionibus in causa reclamationis factis, erit impertinens, & Iudex appellationis non poterit super eo iudicare per prædicta.

10. Angelus Pisanellus.

### SVMMARIVM.

- 1 Si soror monialis facit amplam renunciationem propter certa alimēta promissa, si promissio non obseruetur, an renunciatio resoluatur.
- 2 Quod in feudalibus, an, extincta illa prima hypotheca per renunciationem, primaeva iura reuiuiscant.
- 3 Veniens contra propriam confessionem in scriptis factam, dicitur periurus.
- 4 Cum omnia renunciantur, illud, quod pro renunciatione datur alimentorum loco, in dubio dari dicitur.
- 5 Alimentorum appellatione quid contineatur.
- 6 Quid sit donatio.
- 7 Donatio ex ingratitudine donatarij reuocatur.
- 8 Quæ inter alias sit ingratitudinis causa.
- 9 Quæ actio detur pro donatione reuocanda.

10 *Aliud est transigere, aliud sub modo donare.*

11 *Text. in l. bis solis. C. de reuocand. donat. limitatur.*

12 *Iura, quæ non sunt extincta simpliciter, sed sub modo, si modus non adimpletur, non dicuntur reuiuiscere, sed quasi à somno excitari dicuntur.*

### ALLEGATIO 58.

**I**N causa renunciationis factæ per sororem Monialem in beneficium fratris, an possit reuocari ob alimenta non præstita, & promissa non seruata, & quid in feudalibus. Pro D. Goffredo Palagano.



Vdio, ex aduerso tria nouiter ponderari aduersus renunciationem sororis Corneliæ factam Magn. Goffredo concernentia impossibilitatem reuoca-

tionis ab ea factæ renuciæ D. Innici. Primum est fides nouiter hodie adducta, vbi dicta soror Cornelia declarat D. Innicum, dū in humanis ageret, semper ipsi dictos 12. duc. persoluisse, ex quo fit secūdum partem, quod propter non adimplementum promissorum renuciatio reuocari non potuerit.

Secundum, quod dicūt, est, quod speciale est in alimentis, † vt propter non adimplemētum reuertatur ad primam actionem, secūdū glos. & cæteros DD. in l. 1. de donat. quæ sub mod. quod hic non est, nec expressum hoc apparet, nec tacite potest intelligi, postquam habuit dotem, propter q̄ Monasterium eā alit.

Tertium est, q̄ & si ad primam actionem redire posset, tamen hoc non procedit in feudalibus, nam postquam est extincta illa prima hypotheca, in qua extinctione assensus non requirebatur,

cum

2 cum augmentum Feudi erat, † in eius postea reuiuifcentia à ratione contraria requirebatur assensus, cum in diminutione Feudi esset, quibus minime refragantibus, conclusionem alias firmatam arbitror verissimam.

Et quoad primum aduertatur, relictis alijs responsionibus, si de prætenfa cartula debet hodie, quando causa est quasi votata, haberi fides aliqua, & tanto magis, quanto q̄ eam attulerunt domino Cômiffario die Lunę de sero, quādo mane postea causa votari volebat, & hoc vt mouerent Dominos Iudicantes, nosq; de ea nullam habuiffemus notitiam, sed his reiectis, rogo, aduertatur, quod in renunciatione, quam soror Cornelia facit Magnif. Goffredo, vbi reuocat primam factam D. Innico, asserit reuocare eam propter non adimplementum promissorum, & sic iurauit, adeo quod quatenus hodie hoc inficiatur, clarum est, eam periuram, & non audiendam, cum veniat contra confessionem † in scriptis factam, hic est casus text. vulgaris in l. generaliter. C. de non num. pec. ait enim ibi text. nimis indignum esse, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioq; proprio resistere.

3 Quoad secundum aduerto primo, nos esse in causa alimentorum, licet expresse non dicatur in renunciatione; nam cum omnia renunciarentur, † & sic nihil remanebat sorori Cornelie, nulli dubium est, hoc esse pro alimentis, & ita in dubio est censendum, vt fundatum fuit in primis allegationibus, nec obstat, dotem Monasterio datam, nam alimentorum appellatione non solum vitus, † ad quod Monasterium tenetur, & habitatio, sed etiam vestitus continetur, ad text. in l. legatis. ff. de alim. & cib. lega. nec conueniens videtur, quod Illustr. Domina, vt soror Cornelia mendicaret à monasterio calciamenta, soetas, & alia minima, quæ alimentorum appellatione venire, in dubium non venit, vel si egrotaret, vt medicinā à Mo-

nasterio peteret, quæ alimentorum appellatione venit, Bart. in d. l. legatis, & sic ex his dicamus, illi 12. duc. etiam pro alimentis esse, nec in Moniali pro alia causa esse possunt, postquam eorū vita consistit tantum in diuinis rebus vacando, & sic pro rebus ad vitæ sustentationem necessarijs, nō autem pro delitijs 12. duc. promissi intelliguntur, igitur pro causa alimentorum, ex quo dicere possumus, text. in d. l. i. secundum DD. opin. habere locum in casu nostro, nec dicatur, text. illum dare rei vendicationem in subsidium, & cætera subtilia, quæ hic audio dici, cum ex lectura illius tex. omnia frangantur, triplex enim actio oritur ex illo tex. secundum glos. ibi præscriptis verbis, conditio ob causam, & utilis rei vendicatio, quarum quamlibet quis intentare potest.

Secundo dico, dato, quod effemus extra causam alimentorum, dubium non est, nos esse in donatione, cum libere absque pretio aliquo dicta renunciatio facta fuerit, & donatio nil aliud est, quam quædam mera † liberalitas, quæ, nullo iure cogente, cōceditur. l. donari. C. de donat. cum simil. quæ reuocari potest, ex ingratitudine donatarij † l. i. & per totum. C. de reuoca. donatio. & vna † ingratitudinum causa, est, † quando donatarius non adimpleuit promissa, ita vult text. in l. fin. C. de reuoca. donatio. Isto casu datur utilis rei uendicatio † est casus in l. his solis C. de reuoc. donat. ibi vendicationis habeat effectum, & ibi glos. expresse dicit in vers. actionem in fin. allegat text. vbi est casus, in l. si mortis causa. ff. de donat. caus. mort. dicit ibi text. si mortis causa donatus fundus extet, & in eum impensæ necessariæ, arque vtilis factæ sint, fundum vendicantes doli mali exceptione summoventur, nisi pretium earum restituarur &c. & ibi glos. & Docto. intelligunt, quando donans reuocauit donationem, & ratio illius text. est, quia donans tali modo donauit, si decesserit, vnde cum conualuerit, ad rem do-

Q 2 natam

nam sub illo modo, ipsi competit reuendicatio, cum dominium ab eo non fuerit separatim irrevocabiliter, & ita etiam docet Azo. in Summ. tit. de reuoca. donat. num. 4. in terminis reuocationis donati, † aliud enim est transigere super aliquo iure, aliud est donare sub modo, seu correspectiue, primo enim casu intentio contrahentium est penitus à lite recedere, & ius remittentis intentio est penitus rem illam dimittere, ac pro illa aliud habere, unde merito ad eam postea consequendam prima actio nõ datur, resistente enixa eius voluntate, & ita procedit text. in l. cū mortua, cum alijs. C. de transact. aliud vero est, quando ego remitto ius alicui correspectiue ad aliud, adeo quod intentio mea non est remittere libere, nisi adimpletum sit ex aduerso, tunc propter nõ adimplementum, merito datur prima actio, quam nunquam amittere volui, nisi sub illo modo, primo. n. casu volui penitus à lite recedere, & sic vt finis sit litium, quod non est in secundo, & merito habet locum text. in l. his solis: consideratur etiã ingratitudo aduersus liberalitatẽ factam, quæ ratio non procedit in alijs contractibus, † & licet text. ille in l. his solis, dicat, uendicationem illam non concedi ultra primas personas, tamen aduertatur, ipsum limitari in ingratitudine propter non adimplementum promissorum, secundum Bal. & ceteros ibi, & ex his patet clara responsio ad tertium motuum partis, nam præsupposito suo fundamento pro uero, clara esset consequentia sua, sed negato ipso, corrumpit consequentia, cum præsuppono, quod prima iura nunquã sint extincta, sed sint sub illo modo, & correspectiue translata, & sic reuocabiliter, ut supra est dictum, & tunc secundũ Bal. in l. 1. post nu. 28. uers. item possunt. C. quan. non pet. par. dicta iura non reuiuiscunt, quia nunquam fuerunt mortuæ, sed dormierunt, & excitant se quasi à somno: hæc sunt formalia illius uerba, unde quantumq; cesserit soror Cornelia p Aquilianam stipulationem, omnia hæc intel-

liguntur reuocabiliter correspectiue, & sub modo, adeo quod ex his faciamus conclusionem, quod aut hæc cessio sine assensu nõ ualuit, & tunc nõs habemus intetum, aut ualuit, & tunc intelligitur sub modo præmisso, cum ultra contrahentium intentionem contractus operari nõ possunt, & sic resolutio ipsius postea non inducit quid noui, sed prima iura à somno excitantur, & ex his (nĩ fallor) est satisfactum humoribus partis aduersæ.

*Io. Franciscus Lan. De Ponte.*

### SUMMARIVM.

- 1 *Quietatio, siue renunciatio per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem, comprehendit omnem causam, etiã de futuro contingentem.*
- 2 *Quomodo cessio, uel donatio fiat respectiue ad aliquid promissum, si promissio non seruetur, actio prima remanebit illæsa.*
- 3 *Effectus Aquilianæ stipulationis, & acceptilationis.*
- 4 *Generalis quietatio non extenditur ad incogitata.*
- 5 *Actus legitimus quando conditio nem recipiat.*

### ALLEGATIO 59.

**T**Ractat de eadẽ materia renũciationis in beneficium fratris, prout in præcedenti alleg. 58. In ead. causa Palagani.



**V**T uideatur, quod iura concessa D. Innico per sororem Corneliam nõquam potuerunt dici extincta, & proinde hodie non sit loquendum de illorum reuiuiscencia, cõsidero duos casus

casus, aliquando potest quis pretendere iura super bonis alienis, & ista iura respiciunt tam causam presentem, quam futuram, quæ possit verisimiliter accideret, & tunc † si enunciatis per verba expressa, nedum facit pactum de non petendo, sed per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem subsequutâ promissit non petere, & comprehendit omnem causam, quamvis de iure omnis dispositio sit intelligenda, rebus in eod. statu permanentibus, si mutatio aliqua accidit, quia de illa saltem in genere potuit cogitari acceptilatio, perimit omnia: est casus in l. pen. ff. de solut. & ita intelligo text. in l. qui res. S. areâ, eodem tit. per quæ sic dicit Roman. cons. 22. & passim istud practicamus, quando filia dotata renunciat in ampla forma, & per acceptilationem quietat; ratio est, quia postquam saltem in genere quis potuit cogitare, quod sibi competunt ex aliqua causa diversa iura, vel in futurum competere possent. ff. de militari testam. l. qui iure, omnia ista fingit lex, quod iste cedens deduxerit in Aquilianam stipulationem, & postea sequens acceptilatio abstulerit, merito si de nouo emergit aliquod, puta quia cessat causa renunciationis per mortem fratris forte, vel alio casu, quia de eo fuit saltem in genere cogitatum, & illud sic in genere cogitatum fuit peremptum acceptilatione, non potest reuiuiscere, aliquando quis cedit iura omnia sibi competentia, non tamen simpliciter, sed habens respectum ad aliud, quod sibi versa vice permittitur, & sic eius cessio respectiua ad promissum, & tunc certum est, quod si non seruatur † sibi promissio, actio sua prima remanebit illesâ, & illius virtute agere poterit, text. est in l. cum proponas la. 2. C. de pact. & dicitur facta cessio respectiua, quando in eodem contractu fiunt omnia, non in diuersis, vt declarat in specie Iacob. in d. l. cum proponas. 3. fall. post. Abb. in cap. 3. vers. fin. extra de iure iura. & poterit adiuuari talis distinctio, loquendo

etiam in terminis Aquilianæ stipulationis, † nam talis stipulatio intrat, vt vulpis, & proditorio modo, quia prima fronte videtur inducta ad obligandum, & tamen obligatio, quæ per stipulationem contrahitur, incontinenti perimitur per acceptilationem, & per hoc talem acceptilationem tam generalem vt captiosam interpretatio Prudentum fregit, vt non extendatur ad incogitata: † verba sunt Ang. in l. Aquiliana. ff. de transact. quis dicit, quod soror Cornelia cogitauit cedere iura sua in casu, quo promissa non seruarentur? certe nemo, & proinde non prodest acceptilatio, quæ isto casu videtur quodammodo sub conditione apposita in contractu, si promissa seruantur, nec dicatur, quod acceptilatio tanquam actus legitimus † conditionem non recipit, quia hoc est verum in expressa conditione, non in tacita, vt in casu nostro: ita dicit text. in l. actus legitimi, de regul. iur. prout etiam ibi eum Docto. sic declarant. Ex his fiet, quod postquam iura cessa non fuerunt simpliciter extincta, nunquam fuerunt irreuocabiliter translata; lex quæ semper loquitur, facit vt modo non dicantur re transferri in sororem Corneliam, sed vt ab ea non abscesserint, non ergo requirebatur assensus, quia nihil re transfert, quod nihil acquisiuit.

*Marcellus de Mauro.*

#### ADDITIONES.

**I**N principio, & in fine, quod in reuocatione donationis factæ per istam sororem Corneliam ob alimenta non præstita, vel promissa non seruata, non requirebatur assensus, quia nunquam dominium abscessit ab ea, ex quo sub conditione resolutiua fuit translatum, concordat cum dictis per meum Genitorem hic quod scripsit Bald. in l. qui ea lege C. de pactis inter

Q 1 empt.

empt. & vendit. vbi dixit, quod quando dominium transfertur, suspensue transfertur; & ideo, resoluto contractu, res redit ad sua principia attractiua. Et idem Bald. in l. vnica col. 10. vers. attende hic. C. quando non pet. partes, dixit, quod resoluto contractu ob promissa non seruata, dominium primi resuscitat se tanquam à somno, non tanquam à morte. Plura ad hoc cumulat Vincent. de Franch. decis. 64. num. 11. cum sequent.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

### SVMMARIVM.

- 1 *An in augmentum Feudi possit fieri cessio sine assensu.*
- 2 *In re diuidua non potest dici, Vnius beneficium alteri prodesse.*
- 3 *Verbum (cuilibet) an intelligatur insolidum.*
- 4 *In dubio quod promittitur, alimentorum causa promissum censetur.*
- 6 *Onus probandi adimplementum spectat ad allegantem.*
- 6 *Donatio, vel renunciatio facta ob promissionem alimentorum, reuocatur ipso iure, alimentis non prestitis.*
- 7 *Ius accrescendi in contractibus locum non habet.*
- 8 *In ultimis voluntatibus plena fit interpretatio, secus in contractibus.*
- 9 *Determinatio, quæ plura respicit determinabilia, an debeat equaliter determinare.*
- 10 *Disparitas cause impedit constitutionem duorum reorum.*
- 11 *Renunciatio facta absenti ante ratificationem potest reuocari.*

### ALLEGATIO 60.

**I**N causa graduationis creditorum, & an cessio super feudalibus valeat sine assensu, & quid si cessio fiat in augmentum Feudi. Pro D. Goffredo Palagano.



Quod Magnifici D. Hipolyta de Ghevara, & Goffredus Palaganus coniuges graduari debeant, vt anteriores cæteris pro causa cessionum eis fa-

ctarum à Magnificis, & Reuerendis sorore Cornelia, sorore Ludouica, & D. Lucretia sororibus. Item, & pro causa cessionis factæ eisdem à Reuerendo Episcopo Sanctæ Agathæ, fundatur aperte ex instrumento cessionum prædictarum, quod est in processu graduationis fol. 11. & obtento Regio assensu, qui est fol. 51. & 156.

Quod istis cedentibus competisset ius, quod cesserunt, non reuocatur in dubium, cum præsertim sic fuerit iudicatum pro domino D. Francisco.

- Nec dicatur, quod respectu cessionis sororis Ludouicæ isti Domini Coniuges non possunt obtinere, iam quod eadem soror Ludouica per prius cesserat eadem iura matri, & fratribus; quia in secunda cessione adest Regius assensus, & in prima non, & quod dicatur, primam non indiguisse assensu tanquam factam possessori, & in augmentum, quia omittendo articulum † an in augmentum valeat alienatio sine assensu; per text. in l. 4. de manum. vind. in quo sub dubio transeunt Moderni in re pet. c. Imperialem fol. 4. in isto casu augmentum non posset considerari, nisi respectu portionis, quæ tangebatur possessorem Feudi, vt sic dempta ea portione, reliquum, quod cedebatur, non potest augmentum aliquod respicere, &
- 2 *cum simus in re diuidua, † non potest dici*

dici, vnius beneficiū alijs prodesse posse, in l. 1. C. si in cōmuni, ead. caus. not. in l. si communem, quemad. seru. amitt.

Nec potest prædī, quod postquam in prima cessione dicitur, cedi matri, fratribus, & cuilibet eorum, vt ex hoc 3 proprietate huius dictionis † (cuilibet) distribuatur cuiq; in solidum, per not. in l. si pluribus, de leg. 2. quia aduerto, q̄ quando repugnat natura rei, vt quilibet habeat in solidum, tūc intelligitur, quod quilibet habeat pro sua parte. Ita Bar. in specie in l. hoc articulo colu. 2. versic. distributi uorum ibi, hoc est verum, nisi. ff. de hered. instit. vbi si dixerit testator, quilibet vestrum mihi hæres esto, repugnat rei natura, vt quilibet sit in solidum; actu enim cuilibet in solidum acquiri non potest, sed per cōcursum fient partes, iuxta tradita per Bal. in l. 1. C. quando non pote. pa. col. 10. & per eund. conf. 116. in fi. in 1. vol. sequitur Soccin. in conf. 50. in 1. vol. sic in puncto, de quo agitur; non enim rem donatam integre quilibet cōsequi potest, & ideo potest libere concludi, vel omnem cessionem primam ruerē defectu assensus, vel saltem sustineri pro parte possidentis Feudum, ita vt pro reliquis non valuerit.

Quo verò ad cessionem factam à sorore Cornelia, aduertatur: est verum, q̄ dicta soror Cornelia celsit per prius D. Innico fratri, & sic consideramus, q̄ ista celsio tanquam tendens in augmentum Feudi, fuerit valida, in hoc non multum insisto, sed si inspicimus, quod soror Cornelia celsit, & in eod. instrumento cessionis fuerunt sibi promissa alimenta, & alia, quæ non fuerunt seruata, ex hoc capite celsio resoluitur, & nullius est momenti; ita vt merito poterit reuocare, & alteri cedere, prout iam fecit.

4 Quod autem illud, quod sibi promittebatur, erat causa alimentorum, instrumentum sic cantat; in dubio est ita tenendum, vt fuerit facta promissio pro alimentis, vt in specie Franc. de Aret. repet. conf. 35. col. 2. circa med.

Nec dicatur, quod nō est probatum, promissa non fuisse seruata, vt sic licuerit ex isto capite reuocare, quia onus 5 probandi adimplementū spectat ad id allegantem, & isto casu soror Cornelia fundatam habet intentionem, ita in specie Corn. conf. 101. col. 2. nu. 9. vol. 1. & conf. 45. col. pen. & in fi. vol. 4. sequitur Rip. in l. fi. q. 55. C. de reuoc. donat. & Grat. resp. 93. col. 1. in fi. cum seq. volu. 6 1. vt ex prædictis possit inferri, † quod nedum dicta prima celsio ob inobseruantiam potuit reuocari, & iam reuocata est iuris ministerio, vt est text. in l. 1. C. de donat. quæ sub modo, & in l. 2. C. de cond. ob caus. vt late firmavit Corn. d. conf. 101. asserens, hanc esse communem opinionem, sed etiam ex tali contrauentione primus cessionarius effectus est ingratus, & ob talem ingratitude potuit re donata priuari ad l. fi. C. de reuoc. donat. & facit text. in §. sed nec alia iustior, quæ sit prima caus. benef. amitt. per quæ iura sic concludit Bal. in conf. 18. vol. 1. incip. notissimum, refert, & sequitur Rip. in d. l. fi. q. 28. & cum prædicta promittebantur pro alimentis, vt fundatum est supra ob inobseruantiam promissorum, cessa, & donata ipso iure reuocata esse censentur, vt d. l. 1. C. de donat. quæ sub mod.

Accedat prædictis, nam D. Innicus promisit seruare promissa cum iuramento, & ex quo non seruauit, effectus est periurus, quo fit, vt ipso iure cecidisse dicatur à commodo donatorum, per l. si quis maior. C. de transact. & late firmat Corn. d. conf. 101. & plura in id congerit Rip. in d. l. fi. q. 32. vt sic concludi possit, cessionem primam fuisse resolutam ipso iure, & potuisse licite fieri secundam.

Eadem per omnia repeti possunt quoad cessionem D. Lucretiæ, tum quia, pro parte Domini Goffredi allegatur, primam fuisse factam fratri per metū, ac violentas persuasiones, & in hoc plures testes produxit, consistit decisio in lectura eorum, quod si probant, res erit expedita, ideo ex relatione Domini

mini Commissarij hoc poterit pendere.

Superest modo cessio facta per Reuerendum Episcopum Sanctæ Agathæ, quæ non subiacet istis amaritudinibus alterius prioris cessionis & ideo apertio iure videtur fundata intentio Magnifici Coniugum fundantium se in vltima, & sola cessione cum assensu.

Quod autem prætendatur, hunc Episcopum ex vno latere fuisse creditorē, & ex alio debitorem, vt sic locus sit cōpensationi, poterit aduerti, quod ex eodem instrumento, in quo fundatur asseritum debitum, apparet, in satisfactionem fuisse cessos quosdam introitus, qui vel debitum extenuant penitus, vel ad modicum quid redigunt.

Et vt videat liquido S. C. importantiam rei, de qua tractatur, erit aduertendum, quod in liquidatione portionis dotium maternas cuiuslibet ex filijs D. Alonsi, habuit pro vero, ratā cuiusq; esse in d. 252. 1. 13. vt in processu vitæ militiæ car. 358. & interesse talis ratæ in d. 390. car. 397. vt videri potest in liquidatione facta in fauorem D. Francisci, quo vero ad paragium habuit pro vero, & sic liquidauit esse d. 1638. pro ut iudicauit in fauorē eiusdem D. Francisci circa paragium sororis Victorix car. 406. eiusdem processus, & hoc sine interesse, & pro interesse paragij prædicti, vt in decreto lato die 30. Ianuarij 62. fuit liquidatum duc. 1093. 4. 10. adeoq; hodie iudicium erit facillimum liquidare eodem modo in fauorem Dñe Hipolytæ pro causa cessionum ipsi factarum à dictis sororibus, seu amicitis.

Quo vero ad vitam militiam, quæ cōpetebat Reuer. D. Ioanni Episcopo Sanctæ Agathæ similiter res erit clara, ex quo pro eodem D. Franc. fuit liquidata talis vita militia in d. 70. 2. 10. vt in decreto car. 406. prædicti processus; & sic quia scitur numerus annorum, pro quibus solui debebat, & quantitas debita, merito res erit similiter clara, idē dicitur quo ad portionem dotium maternas, quæ competisset D. Episcopo, quia rata capitalis erat duc. 252. &

interesse duc. 390.

Est verum, quod circa paragium, & ratam dotium maternas, quæ competissent dictæ sorori Ludouicæ, erit deducenda octaua pars, habito respectu, quod cessio prima fiebat patri, matri, & fratribus, qui erant num. 8. vt in art. in process. vitæ militiæ car. adeo, quod tollendo Patrem de medio, cui tanquā Domino, & possessori Feudi, valuit cessio cum assensu, totum quod restat, debet D. Hipolytæ consignari.

Erit etiam aduertendum, quod quatenus faciendæ esset deductio aliquæ eius, quod dictus Episcopus debebat virtute præsentis instrumētis, debent excomputari ann. duc. 200. quos in solum dedit dictus Episcopus D. Innico fratri in extenuationem summe mutuatæ, & quia vixit post hanc dationem in solum per annos quinque, faciendū sunt boni duc. mille, & hoc est, quod in facto occurrit; nā dictus Episcopus mortuus fuit die 25. Augusti 1557. & consideretur etiam in liquidatione vitæ militiæ.

Rursus loquendo de renunciatione sororis Ludouicæ facta pluribus, credo, quod ex decis. Bar. in l. hoc articulo supra allegata sit penitus exclusum argumentum, quod sumi poterat ex dictione illa (cuilibet) tex. in l. si pluribus, de leg. 2. desiderarem equidē, quod par daret mihi exemplum, quando doct. Bart. locum haberet, sed in casu isto locum non habet, ego non video, & hoc in proposito nostro optima fundatur ratio, postquā in personam D. Alonsi Patris, in cuius personam valet renunciatio sine assensu, ipsa vadit iure extinctiuo, in personam vero aliorum iure translatiuo, cum cessa fuerint iura, quæ dabatur à dicto D. Alfonso; igitur nullo modo potest dictio illa suum habere effectum, cum si in personam Domini Alonsi insolidum renunciatio valeret, vero tunc non possent fieri partes per concursum, secundum Bart. & DD. extincto iam iure, & non amplius postea reuiuiscere, ex reg. text. in l. qui res



res in §. arcam. ff. de sol. ex quo sit, & cessent etiam alia obiecta, quæ per partes fieri possent circa ius accrescendi, vel decrescendi, tum quia ius accrescendi non habet locum in contractibus. l. si mihi, & Titio. ff. de verbo oblig. vbi omnes Doctores in l. reconiuncti, de leg. 3. nisi quando interest disponentis, & ita procedit rex. in l. fundus. ff. de contrah. empr. vbi fuit fundus venditus unico pretio, adeo quod vendens non vendidisset eius dimidium, propterea accrescit alteri, vt dicunt communiter DD. locis præallegatis, sequendo distinctionem Bar. in d. locis, & huius conclusionis ratio est, quia in ultimis voluntatibus

7  
8  
9

† pléna fit interpretatio, quod non est in contractibus. l. in testamentis de reg. iur. potuit enim providere in contractibus disponens, non fecit, sibi ergo imputet. l. veteribus. ff. de pact. minus tamen testatori est imputandum, si cogitatione mortis turbatus non providit. l. hac consultissima C. de testam.

Tum etiam quia non sunt termini præexistentes, cum diuerso iure in istos coniunctos renunciatio sit facta, † adeo quod ista determinatio, quæ plura respicit determinabilia, non potest equèlitter in omnibus determinari, quando enim potest considerari ius accrescendi, vel decrescendi, vel nõ decrescendi, postquam in personã D. Alfonso ius est extinctum ipso iure, & sic nõ potest nec crescere, nec decrescere vnde remanet conclusio supra firmata, quod quoad portiones cæterorum fratrum renunciatio non valeat, vti assensu carens, & sic dicamus, præualere illam Magnifici Goffredi assensu vallatam: ego quæro, vt prædicta clarius pateant, quando in casu nostro possent practicari ius accrescendi: certe non ex regula supra firmata, si Pars dicat, quod saltem D. Alfonso Patri fuit quæsitum integrum paragium per ius non decrescendi ad terminos. l. proprium. ff. com. præd. non video quomodo potuit D. Alfonso non decrescere illud, quod si alij voluissent, non potuissent petere; si enim in totum va-

lisset cessio in fauorem D. Alfonso, ope extinctionis, vt prædictum est, fuisset inducta solutio totius, & sic consortes nihil potuissent consequi, merito cessat etiam ius nõ decrescendi ex coniectura voluntatis, postquam soror Ludouica cedens voluit omnibus donare, & pro hoc est text. not. in l. si id, quod. ff. de duo. re. vbi disparitas causæ impedit constitut. duorum reorum, ibiq; Bar. & cæteri.

Præterea in processu non apparet ratificatio istius renunciationis facta à D. Alfonso, † cum ei absentis facta fuerit, igitur reuocari poterit ante ratificationem. l. absentis. ff. de donat. cum not. ibi per DD. aliud enim est quærere, vtum valeat renunciatio absentis facta, & non est dubium, quod valet, & ita loquuntur DD. in l. postquam liti. C. de pact. aliud est quærere, vtum valeat, & sit ius acquisitum absentis irreuocabile, & tunc dico, quod non, & ad hoc opus est ratificatione, & ita loquitur. l. absentis, & Salic. in l. postquam liti circa fin. Abb. in c. veniens nu. 7. de renunciat.

Vlterius hæc renunciatio fuit facta de omnibus iuribus, quæ ei competere possent, nihil sibi reuerans, vt in ea dicitur, igitur corruit ad DD. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. 1. Addo, quod Capic. decis. 156. latissime tractauit hanc quæstionem, si valeat cessio, vel renunciatio super feudis sine assensu, & citat omnes locos Iserniz pro, & contra, sed ipse residet cum opinione mei Genitoris hic, quod requiratur assensus. Vide quæ cumulat Lipar. ad Iserniam Imperialem nu. 13. vers. videtur secus. Vide etiam Capic. in d. l. Imperialem fol. 36. vers. secunda conclusio, Fabium de Ann. conf. 45. & conf. 55. num. 20. Affl. & Vrsill. decis. 232. Vide Lanar. conf. 8. Ann. allegat. 125. nu. 13. & quod assensus requiratur in cessione actionis, seu iurium ad Feudum, tenet Vinc. de Franch. decis. 75. nu. 2. & 3. vbi refert omnes.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## SUMMARIVM.

1. *Priuilegium immunitatis pascu-  
landi facit, ut Vniuersitas de-  
beat in illius possessione manu-  
teneri, non discusso de validi-  
tate tituli.*
2. *Possessio capta præsumitur virtu-  
te precedentis tituli.*
3. *Probata possessione in vno ex mul-  
tis contentis in Priuilegio im-  
munitatis, queritur possessio in  
omnibus.*
4. *Etiamsi vnus Ciuis gausus fue-  
rit immunitate, hoc prodest to-  
ti Vniuersitati.*

## ALLEGATIO 61.

**D**E Priuilegio immunitatis  
iuris pascuandi. Pro Ma-  
gnifica Ciuitate Nolana.



**V**T Magnifica Nolana  
Ciuitas obtinere possit  
contra Illustris. Ducem  
Seminarix, vt in Terri-  
torio Auellano manu-  
teneatur in possessione  
circa ius pascuandi, in-

frascripta considerantur. Affertur pri-  
mo priuilegium talis iuris pascuandi  
in toto Comitatu concessum à Comite  
cum Regio assensu, quod priuilegium  
aut erit solemnitate vallatum, & nulla  
est dubitatio, aut de eo dubitatur, pro  
vt iam pars reuocat † illud in dubium,  
& tunc dico, quod illius vigore debet  
manuteneri Ciuitas Nolæ, ita in spe-  
cie Abb. in c. 1. vt lit. pend. in 3. notab.  
qui ad hoc ponderat tex. in c. cum per-  
sonæ de priuil. in 6. erit enim reseruan-  
da discussio validitatis tituli in iudicio  
pleniori, & ordinario. Secundo aduer-  
tatur, nam Vniuersitas, habita conces-

sione immunitatum, deputauit homines  
in Terra Auellarum, vt caperent pos-  
sessionem circa contenta in priuilegio,  
& iam fuit capta, vt testes deponunt.

2. Et hoc non potest contingere † nisi  
virtute præcedentis tituli, vt C. de ac-  
quiren. poss. l. 2. C. de rei vend. l. quædã  
mulier. Tertio non potest in dubium  
reuocari possessio Ciuitatis Nolæ circa  
omnia contenta in Priuilegio, postquam  
videmus, quod dum turbaretur circa  
immunitatem Gabellæ, & passuum, ob-  
tinuit manuteneri in possessionem, etiã  
citato, & audito Illustris. Comite Se-  
minariæ Patre moderni Ducis, quod  
hodie iam possidet; vt ex hoc infera-  
tur, quod postquam procedit priuile-  
gium cõcedens immunitatem plurium,  
possidens dicta Ciuitas immunitatem  
in vno ex concessis, dicitur possidere  
totum † iam quod hoc ex concessione  
prætendit secundum theoricam Bart.  
in l. 1. S. si quis hoc interdicto de  
itin. actu. priua. post Innoc. in cap. dile-  
ctus, de Capp. Monaco. Nec dicatur, qd  
ista concessa per Comitem sunt diuersi  
generis, vt non possit fieri extensio de  
casu ad casum, quod hoc argumentum  
procedere non potest, iam quod vide-  
mus, fuisse concessam immunitatem à  
Gabellis, quæ multæ erant in castro A-  
uellarum, videlicet passus, incisionis li-  
gnorum, pascuorum, & aliorum: certe si  
ostenditur quasi possessio immunitatis  
in vno ex concessis, conseruatur in re-  
liquo: faciunt not. in l. 3. de acquiren.  
possess. Quarto, & vltimo dubitari non  
potest de quasi possessione huius im-  
munitatis, postquam Ciuitas Nolæ per  
quatuor testes concludenter probauit,  
† animalia Magnifici Baronis Marifeu-  
li fuisse tractata, ut frãca in pascuo her-  
bagiorum, ex hoc solo Ciuitas retinet  
possessionem, ita in specie casus nostri  
retinet Bald. in l. sicuti. S. 1. in fin. quod  
cuiusq; Vniuersitatis nomine, ubi dicit,  
quod si aliqui particulares pasculaue-  
runt in nemore tanquam ex iure Vni-  
uersitatis, ipsa Vniuersitas hoc facere  
intelligitur, refert, & sequitur Afflic-  
decif.

decif. 376. & aliquid dicit Dec. conf. 221.

Nec dicatur ex aduerso, quod animalia dicti Magnifici Baronis habitauerunt vt franca alia de causa, vt p̄derabat Magnificus Aduocatus partis, quia lectura testium totum tollit, quod Illustris. Dux probauerit per plures testes contrarium, hoc non poterit tollere ius quæsitum Vniuersitati, sed si vera erit probatio, illud nocebit solis particularibus, qui priuilegio vsi non sunt, & consideret vltimus Sacrum Consilium, quæ fuisset ratio differentiarum; q̄ si Nolani non tractabantur immunes circa passum, & similiter circa alia, quod voluissēt de sola passus exactione grauari non de alio, certe non video.

ADDITIONES.

**A**D num. 1. ibi, (& hoc non potest contingere &c.) Ad do quod possessio declarat Priuilegium, optime Bal. in l. vsum aquæ. C. de aquæduct. lib. 10. & quod vsus declarat Priuilegium, est text. in c. cum dilectus, & ibi not. Anton. de Butr. extra de consuetudine, Dec. in conf. 48. Loffred. cōf. 36. col. 2. & probat text. in l. si prius. §. placuit. ff. de aqua plu. arcen. quæ concordant cum dictis per meum Genitorem hic.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

SVMMARIVM.

1. Si literæ cambij presentantur, & acceptantur, & qui acceptauit, incepit soluere, & postea decoxit, primus debitor scribens non est liberatus.
2. Mandato de soluendo non adimpletur, si promissio de soluendo non sequitur.

ALLEGATIO 62.

**I**N causa decoctionis post literas cambij presentatas, an

primi debitores censeantur liberati. Pro Magnificis Paride Lumellino, & socijs.



Ausa ista videtur mihi multum tuta pro Magnific. Paride Lumellino, & socijs. Manelli erāt debitores Magnificorum Actorum in ducat. 1500. quos hic Neap. receperāt,

faciunt literas cambij ad Ciuitatem. • Barij directas Hieronymo Lopes, vti solent, presentantur literæ, acceptantur à Hieronymo, post acceptationem incipit soluere, antequam solutionem cōpleat, decoxit, ob hoc Manelli primi debitores prætendunt se liberatos, certe i vetus est quæstio † & pro ea consueuit allegari semper decif. Bal. in l. pro debito. C. de bon. auth. iud. possid. & Bar. in l. singularia, si cert. per. & vtriusque opinionione attenda, Magnif. Actores deberēt succumbere, sed quia omnium DD. opinio verior, & communior est in contrarium, poterit veritas articuli pendere, an quando fiunt huiusmodi literæ cambij inter scribentem, & eum, pro quo scribuntur, inducta sit nouatio, vt possit proprie dici delegatio, & certe postquam Manelli nō scribunt literas cambij, vt creditores Hieronymi, nec Hieronymus apparet, quod erat ipsorum debitor, nec vt ipsorum debitor se obligat, delegatio dici non potest, tex. est in l. delegare, de noua, & ibi Paul. de Cast. & in l. quamuis. §. si mulier il 2. ad Velleia. si delegatio cēsenda non est, aliud dici non potest, quam contrahentes voluisse addere actionem actioni, & ita in terminis quæstionis nostræ, q̄ nō sit delegatio, & proinde primi debitores, qui literas scripserunt, remaneant semper obligati, tenet las. in d. l. singularia nu. 38. ibi istis tribus fundamentis, & à nu. 34. ceperat late hanc quæstionem examinare, idem tenet Alex. in l. qui vsum fructum 1. col. ibi, dic pro conclusione

de verb. oblig. idem tenet Socci. in d. l. singularia num. 18. ibi 4. conclusio, qui dicit, quod communis opinio est contra Barr. & pulchre examinat clarius hanc eandem opinionem, tenet Salic. in l. pro debito, ibi, ego autem primum capitulum. C. de bon. auth. iud. poss. qui distinguit, quando literæ cambij sunt dimissæ penes eum, qui debebat facere solutionem, & pulchre loquitur.

Secundo aduertatur, & fuit consideratio Paul. de Castr. in d. l. singularia, quando literæ diriguntur alicui, ut soluat, si non soluit, sed promittit, non videtur ¶ implere mandatum, & ideo nec ipse liberatur, nec primus scribens, allegat text. in l. si debitorem de solut. sequitur hoc Soccin. in d. l. singularia. limit. 3.

Prædicta suadentur ex depositione multorum testium, qui examinati deponunt, esse sic consuetum inter omnes Mercatores, & apud eos res est clarissima, & totus mundus corrueret, si contrarium teneretur.

Et quia prædicta vera sunt, de iure non possunt Mannelli se ipsos excusare sub eo prætextu, quod Actores, vel eorum agentes non fuerint vsi diligentia in procurando exactionem, quia postquam primi debitores, qui sunt Mannelli, liberati non sunt per confectionem dictæ apocæ, non video, quod in iure possint fundare, istos Actores ex hoc obligari, maxime quando ex actis contrarium appareat.

#### ADDITIONES.

**A**D totam, Addo, quod licet literæ missæ per Mercatorem, & acceptatæ, obligent accipientem, Bart. in l. si ff. ad Maced. Alex. conf. 78. uol. 1. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. casu 21. Ann. sing. 322. & in alleg. 89. nu. 1. ubi allegat Bal. in conf. 109. uol. 1. quem citat Rip. in l. admonendi nu. 133. ff. de iur. iur. ubi dicit, esse communem opinionem num. 138. & Deci. conf. 430. in fi. & conf. 631. nu. 16. & Paris. conf. 47. nu. 15. uol. 1. & conf. 91. nu. 3. & conf. 112. nu. 45. & cōf. 127. nu. 31. uol. 1. & conf. 5. num. 206. uol. 4. Ias. conf. 47. nu. 2. uol. 4. latissime Ant. Ga-

briel. commun. opin. lib. 1. tit. de Præsumpt. conclus. 2. tamen qui misit literas cambij, non liberatur, nisi acceptanti existenti soluendo, & nõ aliter. Ita Bald. conf. 308. uol. 1. quem citat Socc. conf. 68. col. 3. uers. subsequenter uol. 3. & Aret. conf. 5. Ann. in alleg. 89. num. 2. sed uide Aff. decis. 353. & ibi Vrsill. nu. 6. eum seq.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

#### SUMMARIVM.

- 1 *Hæc verba ( accipe, vel tolle istam pecuniam ) an inducant donationem.*
- 2 *Verba geminata magis enixam voluntatem demonstrant.*
- 3 *Iura loquentia de carnali coniunctione, habent locum in coniunctione magnæ amicitie.*
- 4 *Quæ pro seruitijs remunerandis præsumantur.*
- 5 *Nobilitas, dignitas, diuitie, & cõsanguinitas, larga donandi inducunt interpretationem.*
- 6 *Regula per exceptionem vitatur.*
- 7 *Responsa ab interrogatione interpretationem sumunt.*
- 8 *Temporis vicinitas coniecturas inducit.*
- 9 *Vrgentes præsumptiones habent vim liquide probationis.*
- 10 *Potest Prelatus de fructibus beneficiorum viuere, & de alijs ad sui libitum disponere.*

#### ALLEGATIO 6.3

**S**I dico, tolle hanc pecuniam, an præsumatur donatio. Pro Magnifico Petro Pignono.



**D**icit Magnificus Petrus Pignonus, quod Hospitale Incurabilium condemnatur ad restituendam sibi arcam, in qua repositi erant scuti mille

tanquam fuerint sibi donati à Reuer. q. Episcopo Muri, ea donatione, quam ipsemet donatarius causa mortis fuisse dicit, & quod pro donatione hac præsumpra sit iudicandum, ex facto elicitur, dum infirmaretur Episcopus quadam vice, & multo antequam mortuus fuisset, vocari fecit Magnific. Petrum, & secrete locutus cum eo donationem prædictam fecit, dixitq; Magnifico Petro, quod arcam prædictam ad eius domum afferri faceret ea sub conditione, quod si mortuus fuisset ex ea valetudine, donata censeretur pecunia, quæ in ea recondita erat, in casu autem conualescentiæ rediret ad Episcopum ipsum.

Hæc secreta allocutio clare probatur, & negari non potest, sed quia parû prodesset, post hoc Episcopus eius condidit testamentum, hæredem instituendo Hospitale Incurabilium, & dum assidue Magnificus Io. Baptista Villanus Hospitalis protector assisteret in domo Episcopi, videns eum quasi in vltimis constitutum, dixit ei, si voluisset, ut arca, in qua pecunia erat recondita, fuisset conducta ad Hospitale, cum tutius in Hospitale, quam in eius domo conseruaretur, & dum Episcopus noluisse statim iussit, & cum maxima instantia, ut vocaretur Magnificus Petrus Pignonus, & cum sæpius vocatus fuisset, illico quod in præsentia Episcopi se contulisset, & præsentem Io. Baptista Villano dixit Episcopus hæc verba, *Signor Pietro pigliate questa cascia, e portatela in vostra casa*, & ut appareat eius voluntas magis enixa ad donandum, quia hoc tempore grauabat ipsum infirmitas, ita ut vrgeretur ab astantibus, quod vellet sumere extremam Vntionem, dixit iterum hæc verba, *portasi prima la cascia in casa del Signor Pietro, & poi ven*

*ga l'estrema Vntione*, quæ verba sic prolata, & geminata probantur per septem testes vndique concordantes, ita ut de veritate probationis dubitari nõ possit.

Quod autem hæc verba inferant ad donationem, suadetur primo; ex natura verbi (accipere) quo sæpe vtisolent disponentes, † vt not. in c. 1. de testam. & Bar. declarat in l. centurio num. 16. ibi quædam sunt verba directa de vulg. & pupill. & in actu inter viuos quandoq; dominij trãslationem importat, vt not. Bart. in l. naturalis. S. ea si quidem, de præscrip. verb. & maxime quia Episcopus geminat verba eius liberalitatem denotantia, vt ex hac verborum geminatione possit inferri ad eius voluntatem magis enixam. ff. ad Trebell. l. balista; † Adiuuatur hoc ex eo, quod in specie dixit Bart. in l. cum quid colu. 2. si cert. peta. vbi si quis dixit alteri, tolle istam pecuniam, simpliciter, si dicebatur hoc amico benemerito; vel consanguineo, videtur dictum animo donandi, allegat text. in l. si vero non remunerandi. S. idem Papinianus ff. manda. quam decis. probant omnes post ipsum ibi, & sequitur Capic. decis. 180. num. 11. & Gozad. cons. 33. nu. 4. & Ioa. de Amic. cons. 41.

Et quod præcesserint talia inter Reuerendum Episcopum, & Magnificum Petrum, vt ex eis censenda sit donatio per verba suprãdicta, aduertatur, in facto esse probatum optime, quod inter istos erat intima amicitia annorum viginti, ita vt in omnibus suis peragendis Episcopus clypeo Magnifici Petri amicissimi utebatur, ista sic intima familiaritas inducit, vt iura loquentia † de carnali coniunctione vendicent locum in coniunctione magnæ amicitie, tenet Barb. in rep. c. cum Martinus de constit. & in cap. coram de offic. deleg. præsumit lex in amico sic dilecto clausulam codicillarem, glo. not. in l. in testa. de fideicom. liber. & alia multa not. quæ notat Gugl. Bened. in cap. Rainuntius in ver.

R testa-

testamentum il 3. nu. 50. de testa. quæ omnia probatissime teneri possunt in casu, qui agitur nunc, postquam etiam testes dicunt, & alias notissimum est, maximam, & intimam inter hos amicitiam viguisse.

Præcedebant insuper seruitia præstita per tot annos dicto Episcopo, qui in omnibus infirmitatibus succurrebatur ex domo Magnifici Petri, etiam sui sumptu vice qualibet, qua contingeret, Episcopum Neapol. morari, domus Magnifici Petri erat suum refugium. in cunctis, quæ tractabat negotijs, opera, ac favore domini Petri se ipsum tuebatur, quæ velut notissima concludenti testium probatione suffulta sunt, & certe quantum præsumit lex pro seruitijs remunerandis, videri possunt posita per laso. ff. de iust. & iur. in l. ex hoc iure, & hoc est, quod ponit proprie pro coniectura vrgenti Bar. in d. l. cum quid.

Nec dicatur, quod hæc seruitia facti debebant remunerata ex eo, quod Episcopus viuens contulerat beneficium ecclesiasticum in personam Magnifici Ioannis Vincentij Pignoni præstationis annuorum ducatorum centum quinquaginta in circa, quia satis aperte declarauit Episcopus, non esse contentum remuneratione hac sola, dum dixit pluries, quod volebat Episcopatum renunciare eidem Magnifico Ioa. Vincentio, quid aliud ex hoc suadetur, quam quod in his seruitijs semper exuberabat grata voluntas Episcopi? qui illa quamuis non gratuita seruitia, tamen semper reputabat, ad quod not. text. in l. Titius puerum. ff. de obsequ. ista seruitia habebant tractum successuum, & vt testes dicunt, continuata, sunt vsque ad vltimum vitæ spiritum, vt ex hoc dici possit, quod assiduitas seruitiorum expectabat successiuam remunerationem, cum præsertim donans erat diues, nobilis, & in dignitate constitutus, quæ omnia largam inducunt interpretationem donandi, & multa congerit ad hoc Lup. & pulchra in

rub. c. per vestras §. 9. extra de donat. inter vir. & vxor. quæ omnia iuuantur etiam ex ratione sanguinis, quæ aliqua erat inter istos, vt dicunt testes, & ex ea multum inferunt Docto. ad præsumendam donationem.

Confert etiam multum alia vrgens consideratio, instituit hæredem Episcopus Hospitale Incurabilem, & cum vellet Magnificus Ioannes Baptista Villanus, quod arca, de qua agitur nunc, ad Hospitale portaretur, noluit Episcopus, sed illam consignari fecit Magnifico Petro, quid aliud hoc indicat, nisi quod Episcopus noluit, hanc arcam esse hæredis? voluit à sua hæreditate minuere hanc arcam, & non debet ex hoc elici operatio augmenti, nam ex eo, quod arcam consignat Magnifico Petro, facto ipso declarat suam intentionem, quod hæres non haberet, argum. de procur. l. Pomponius. §. in fi. 2. quo argum. vtitur Paul. vol. 1. conf. 2. nu. 5. in nouis, quid aliud vult indicare hoc per institutionem hæres? omnia erant Hospitalis, ab hac vniuersali institutione testator excipit arcam, remanet firma institutio in omnibus, præterquã in exceptuatis, & nam firmatur reg. per exceptionem. ff. de reg. iur. l. 1. si non fuisset dictum Episcopo, quod arcam mitteret ad Hospitale, sed simpliciter arcam fecisset consignari Magnifico Petro, iam procederent supradicta, quanto fortius procedent modo, si arca petitur expresse ab hærede, & negatur, alteriq; conceditur?

Ista suadentur ex alio, condito iam testamento, Oeconomi Hospitalis, quorum intererat, pinguiorem esse hæreditatem, ac timentes, ne forte illa expilaretur, vt certi essent de illius viribus, etiam ex testatoris asseueratione, visitant Episcopum, petuntq; ab eo, si habet bona, introitus, pecuniam in contanti, & quæ alia, qui respōdit non habere pecuniam in contanti, & reliqua bona dixit, si tenemus, hoc dictum debere intelligi, & Episcopus habeat

habeat pecuniam, esset falsum, quia vere pecunia, de qua agitur, irrevocabili-  
ter alienata non erat, si consideramus,  
quod hæres de hoc interrogat, non  
ad alium finem, quam ut sciat vires hæ-  
reditatis, & ille, qui respondit, est testa-  
tor, dicendum est, testatorem respon-  
disse ad interrogata, ut sit sensus, se nõ  
habere pecuniam pro hærede, sed ad  
alium usum illam deputauerat, sic alias  
solemus dicere, quod responsa inter-  
7 pretationem sumunt † ab interroga-  
tione, extra de fid. instrum. c. inter dile-  
ctos. Ista pecunia, de qua agitur, fuerat  
iam deputata per testatorem, ut esset  
Magnifici Petri. Ergo bene respondit  
hæredi, quod pecuniam non habebat,  
argum. de contr. iud. tut. l. 3. §. tutelas,  
fuisse equidem responsum impertinens,  
nam ipse bene videbat, hæredem inter-  
rogare de talibus bono zelo, & præsu-  
mendum est, quod postquam Episco-  
pus instituerat hæredem locum pium,  
voluerit, seruari bona omnia intacta,  
& ideo si ad beneficium hæredis pecu-  
niam relinquebat, certe dixisset omnia  
magistris interrogantibus, ad hoc ut  
cautiores essent in seruandis bonis.

Et quia prædicta omnia faciunt fa-  
tis verisimilem prætendentiam Ma-  
gnifici Petri, confert multum deposti-  
tio vnius testis, qui deponit, de confes-  
sione Episcopi se donasse, ac etiam  
postquam Magnus Petrus allocu-  
tus est secreta Episcopum, incontinen-  
ti dixit multis interrogantibus, quod  
Episcopus donauerat exprimendo mo-  
netarum qualitates, quæ sibi innotescere  
non poterant ex alio, quam ipsius  
Episcopi dicto, ita ut ex hac temporis  
8 vicinitate † cum alijs consideratis, hic  
coniectura esset multum vrgens, faciunt  
notata per Bar. in l. si ventri. §. in bonis  
de priuil. cred.

In hoc solo vellem, mihi responderi  
ex aduerso; verba, quæ protulit Epi-  
scopus, & alia superius considerata,  
aptissima sunt, ut inducant præsum-  
ptam donationem, qui vult hoc impu-  
gnare, ostendat ad quem alium finem

potuit Episcopus dare arcam Magnifi-  
co Petro, & quæ potest capi coniectu-  
ra, ut illa sequi possit, & virari dona-  
tio. hoc est, quod omnes Docto. cla-  
mant in hac materia, ut eueretur dona-  
tionis præsumptio, quæ capi debet,  
quamuis alia coniectura, vel leuissima,  
sed quædo capi non potest, aut inueniri  
quis dicet, non esse donationem? maxi-  
me tot præcedentibus, istud certe suffi-  
ceret pro hac causa decidenda contra  
Hospitalitatem, postquam pro hærede Ma-  
9 gnifici Petri faciunt tot vrgentes † præ-  
sumptiones, quæ dicuntur liquidissimæ,  
probationes. C. de peric. tut. l. si tutor  
petitus, ubi glos. not. faciunt multa  
posita per Ias. in l. licet Imperator de  
leg. 1.

Nec dicatur, prædicta omnia proce-  
dere posse in laico, qui de bonis suis  
liberam habet disponendi facultatem,  
sed nõ in Prælato, ut videtur sentire Ias.  
in d. l. cum quid, qui allegat Bald. hoc  
tenentem, in l. etiam de fideiuss. C. nam  
aut dictum Ias. verum non est, ex quo  
Bald. hoc non dicit in d. l. etiam nec di-  
cere cogitavit, aut intelligitur in Præ-  
lato non habente aliud, quam fructus  
beneficiorum, de quibus, quia non  
posset disponere, expresse donando,  
maxime in infirmitate, secundum not.  
in c. præsentis de offic. ord. minus pos-  
set disponere præsumptiue; sed in casu  
nostro Episcopus ultra fructus benefi-  
ciorum habebat alia propria quæ sita  
ex sui ipsius licita negotiatione, ita  
ut dici possit, quod poterat de fructi-  
10 bus beneficiorum vivere, † & de reli-  
quis ad sui libitum disponere, pulchre  
consuluit Socci. cons. 91. vol. 3. & DD.  
omnes sic tenent in c. relatum lo 2. ex-  
tra de testam. quod autem Episcopus  
lucratus fuerit multa ex lectura ordi-  
naria, ex collegio, ex aduocatione, &  
in consulendo, ac ex commissionibus  
Sedis Apostolicæ, latissime deductum,  
& probatum est, ita ut non videretur  
locus scrupuli in præsentis causa.

Superest, ut tollantur quidam obie-  
ctus qui sunt ex aduerso, ut non

R 2 sit



fit dicendum, Episcopum donasse, postquam Magnus Petrus, dum sibi ab Episcopo dicebatur, ut arcam tolleret, rogabat Episcopum, ut diceret, quid de pecunia recondita in arca erat agendum, & si volebat, ut fieret elemosina, quasi ex hoc inferri prætendatur, non fuisse donatam pecuniam, postquam desiderabatur aperta declaratio, quia aut si data est intentio Magnifici Astoris ex prædictis, ut probata, & inducta sit donatio, prout aperto iure videtur, & tunc dico, quod postquam hæc ulterior declaratio desiderabatur ad finem, ut clariori probatione res procederet, & ut coram pluribus Episcopus declararet, quod secrete prius dixerat, non debet retorqueri in damnum Magnifici Petri, habebat iam fundatam intentionem ex præcedentibus, ad uberiorem cautelam desiderabat, ut in conspectu plurium declararetur apertius: hæc abundantior cautela non debet nocere.

Et certe pro parte Hospitalis potuisset hæc probatio omitti, nam si bene inspiciantur articuli Magnifici Petri inuenietur hoc articulatum, & datur ratio, quare Magnus Petrus desiderabat, clarius Episcopum loqui, quæ est præcedens, quam dixi modo, ut coram pluribus diceretur, quod secrete fuerat prius dictum.

#### ADDITIONES.

**A**D num. 1. ultra allegata per meum Genitorem hic, concordat Menoch. de arbitr. iudic. casu 88. & in tit. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 105. nu. 18. & Zasius in 2. lib. resp. cap. 13.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SVM MARIVM.

- 1 *Donatio omnium bonorum, quæ excludit liberam testandi facultatem, & sic fit nulla, quando dicatur.*
- 2 *Iura loco non circumscribuntur.*

- 3 *Dictio (con tutte, & qualsuoglia ragioni, & azioni) iura includit.*
- 4 *Bonorum appellatione an veniant iura, & actiones. nu. 7. & 8.*
- 5 *Genus per enumerationem specierum quando dicatur restrictum.*
- 6 *Vnumquodque verbum etiam minimum debet in contractu aliquid operari.*
- 7 *Feudum concessum mihi, & heredibus meis quibuscunq., transit ad extraneos heredes, ut legatarios.*
- 10 *Dicto unius testis in testamento standum.*
- 11 *Nemini licet contra propriam confessionem venire.*

#### ALLEGATIO 64.

**Q**UOD donatio omnium bonorum sit nulla, & quando sustineri possit, latissime disputatur per totam allegationem.



**A**Duerto, donationem istam uti omnium bonorum, & liberam testandi facultatem tollens, nullam, seu inuvalidam declarari debere, ad doct. Bart. communiter sequutam. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. l. si. C. de pact. Casus. n. exceptionis, quem ponit Bart. ibi, ad hanc regulam, hic non adest, scilicet reseruatio alicuius iuris, quod donantem testabilem fecisset, igitur remanet regula illæsa, donauit inquam per hæc verba. *Dona tutti & qualsuogliano beni d'esso Sig. Antonio tanto mobili, come stabili, burgenfatici, & feudali, douunque siti, & posti, & in qual suoglia loco consistano presenti, & futuri,*

con

*con tutte, & qualsuoglian loro ragioni, jurisdictioni, attioni, pertinentie, & integro loro stato &c.* Ex his demum verbis credo, satis liquere inualiditatem dominis, secundum terminos DD. supra allegatorum.

Et licet ex illis verbis, *mobili, & stabili*, videantur excludi iura, & actiones, cum sint tertia bonorum species in l. à Diuo Pio. S. in venditione, & ibi not. ff. de re iud. Bal. satis eleganter præ ceteris in his terminis in l. 1. ff. de stat. hom. videntur etiam dicta iura excludi † ex illis alijs verbis, *sati, & possi*, cum ea loco non circumscribantur in l. Caius in princ. cum concord, de leg. 2. tamen in casu isto, si bene aduertatur, arbitrator, prædicta nihil penitus ad rem præsentem facere.

Primo enim hic expressum est de iuribus ibi, dum dicit. *Con tutte, e qualsuoglian loro ragioni, † & attioni*: igitur prædicta excluduntur, ita in indiuiduo in donatione facta per hæc eadem verba consuluit Dec. in conf. 30. in vltim. colu. vers. quarto non obstat, qui rogo videatur.

Secundo aduerto, quod bonorum appellatione veniunt iura, & actiones † Bald. singulariter in l. si constante. S. si. in si. ff. solut. matr. est text. in l. bonorum appellatio, de verb. signif. Adeo quod si donatio simpliciter de bonis præsentibus, & futuris facta fuisset, nulli esset dubium, in ea includi iura, & actiones, ita consuluit Anchar. in conf. 101. in 3. colu. & hoc absque dubio præsupponunt DD. qui de ipsius validitate in locis prædictis loquuntur. Cum igitur istud genus de omnibus prædictis speciebus prædicetur, per ipsarum postea expressionem nõ restringitur, cum ex abundanti, vt patet ex illis verbis, *tanto, e quanto*, hic est casus text. in l. quæsitum. S. si quis fundum. ff. de fund. instr. & in l. legata in princip. ff. de suppell. lega. cum enim enumeratio harum specierum respiciat verbum, quod significat actum donandi, tunc genus per enumerationem † specierum non po-

rest intelligi restrictum, quia ad illud non refertur, ideo ex abundanti præsumitur adiecta, ex quo fit, quod merito genus restrictum intelligatur, quando non adsunt illa verba, *tanto, e quanto*, quia tunc non ex abundanti, sed ad determinationem posita est specierum expressio, quæ respicit tunc non actum donandi, sed ipsum genus, quod est verbum (bona) & ita procedit text. in d. l. legata in 2. resp. ita pulchre distinguit Bart. in dicto S. si quis fundum, & sic opinio Docto. quæ se habet, quod per expressionem mobilium, & immobilium excludantur iura, & actiones, vera est, prout ipsi loquuntur, præsupponunt enim, non ex abundanti, sed taxatiue dictam expressionem factam esse, cum ponat casum, quando dicitur, quod donat omnia bona mobilia, & immobilia, tunc enim verissima est eorum sententia, cum per species expressas clare appareat, genus illud bona respicere, & sic ad ipsius declarationem eas appositae esse, sed hoc longe distat à casu nostro, cum donet omnia, & quælibet bona, & postea dicit, *tanto mobili, quanto stabili*, adeo quod apparet, quod non ad modificandum genus species istæ exprimentur, nec illud respiciunt, sed ex abundanti apponuntur, quod in dubio etiam est præsumendum, secundum Dinum in reg. generi. de regul. iur. in sexto. Et ex his apparet non obstat subsequencia verba, *dononehs site, & poste*, cum respiciant illa verba (mobilia, & immobilia) nam stante conclusione supra firmata, quod genus non restringatur, sed subsequencia verba esse ex abundanti apposita, tunc cum ista verba (vbicunque sita &c.) possunt habere eorum effectum respectu bonorum mobilium, & immobilium, circa ea sunt intelligenda, vt viciniora, & incompatibilia cum genere, & sic ea ratione, quia iura non supponuntur loco, ad genus illa comprehendens non sunt talia verba referenda; aliunde suum

effectum habentia, vnde opin. DD. & iura, quæ allegantur, procedunt, quâdo vnico constructu verborum omnia hæc posita fuissent, scilicet donat omnia bona mobilia, & immobilia, vbicunque sita &c. adeo quod verba illa (vbicunque sita) redderentur inutilia, quod non est in casu nostro per supradicta, & sic retorquetur argumentum.

Tertio, vnum quodque verbum in contractu debet aliquid operari etiam  
 6 minimum, † Bal. in rubr. C. de contrah. empt. in 9. q. facit text. in l. si quando de leg. 1. igitur postquam quando est facta donatio simpliciter bonorum mobilium, † & immobilium vbicunque sitorum, non veniunt iura, & actiones, debent, inquam, venire, quando donantur omnia, & quælibet bona, vt talia verba aliquid operentur, prout est in casu nostro; attenda etiam natura dictionis (omne) omnium inclusiva. l. à procuratore. C. manda. cum vulg.

Quarto, arguendo à sufficienti partium enumeratione, aut Pars prætendit non includi iura, & actiones per verba  
 8 † illa (mobilia, & immobilia) aut vero per illa (vbicunque consistentia) si per illa prima, & hoc prætere non potest, nam cum præcedant verba illa, *susti, & qualisuo gliano beni &c.* per ista verba prægnantia, & generalia impropriatur natura istorum iurium, & veniunt appellatione mobilium, & immobilium. Hoc eleganter tradit in specie Alciat. in l. mouentiâ. ff. de verb. signif. vbi si constitutione prohibitum sit, quæcunque bona, siue mobilia, siue immobilia in extraneos transferri, de iuribus actum videtur, dicit ipse cum iura improprie inter immobilia computentur secundum eum, quod est propter dictionem (quæcunque) & hinc est, quod Feudum concessum mihi, & hæredibus  
 9 meis † quibuscunque, transit ad extraneos hæredes, & legatarios, qui improprie sunt hæredes, & alios, qui alias nõ admitterentur, Bal. in l. 1. in 34. q. ff. de rer. diuis. & in c. Imperialem in princip. col. pen. vers. sed quid si concessum, de

prohib. feud. alien. per Feder. Affalate in c. 1. S. donare. qual. oli. pot. feu. alie. Alex. in l. si patroni in 6. cola. ff. ad Trebell. cum alijs infinitis, quos congerit ad casum nostrum Tiraq. de vtro. retract. in glos. 7. S. 1. nu. 20. Quæ tanto magis decidunt casum istum, quanto quod adest etiam dicitio (omne) cum dicat, *suste, & qualisuo gliano*, per quam dictionem solam voluit Guliel. de Bened. in rep. cap. Rainuntius in ver. cætera bona nu. 8. de testam. in 1. par. vers. finem, & iura, & actiones includerentur, demonstratur enim per hanc geminationem enixa voluntas donandi d. l. Balista. ff. ad Trebell. ad cap. si cautio. de fid. instr. alias hæc verba essent inutilia, si ita nõ impropriaretur, & ita arguit Affl. in d. S. donare, & hæc absq; dubio procedunt in casu nostro, cum verba sint prolata ab homine; ad Bald. in l. 1. C. sine censu vel reliq. Alex. in d. l. si patroni; & sic si pars se fundat in dictis verbis (mobilibus, & immobilibus) clare apparet suum fundamentum corruere.

Si vero Pars se fundat in illis verbis, *dononcha siti, & postsi, & qualisuo gliano loco consisteno*, & hoc casu etiã succumbit, nam stante cõclusionẽ supra firmata, quod isto casu sub illo verbo, (immobilium) includantur iura, & actiones improprie, tamen tunc ista verba subsequencia nihil officiant.

Præterea, cum adsit hic verbum (vbicunque) cum dicat, *dononcha siti, & postsi, & qualisuo gliano loco consisteno*, tunc propter eius generalitatem includunt iura, & actiones, ita in specie tradit Guliel. de Benedic. in loc. ubi supra vers. similiter post num. 8. Nam iura, quæ dicunt, quod actiones loco non circumscribuntur, non loquuntur, quando adest illa dicitio (vbicunque.)

Vtterius aduertatur, quod hic dicuntur duo. Primo, *dononcha siti, & postsi*, & hoc casu procedere possent contraria, quando nil aliud diceretur, & ita loquuntur omnes DD. sed hic subsequitur, & dicitur, *& in qualisuo gliano loco consisteno*, quæ verba si non comprehenderent iura, & actiones, procul dubio

bio

bio inutilia, & superflua remanent.

Vnde ex his faciamus cōclusionem, donationem istam comprehendere omnia bona, & etiam iura, & actiones quocunque modo, quo Pars uelit eam intelligere, & proinde hodie eam annullandam fore.

Secundo, principaliter nescio equidem, quomodo hodie ex aduerso inficiatur inualiditas huius donationis, postquam pater donans, reuens donationem facere precibus filij inductus ad eam faciendam condescēdit, cum hoc, quod ei liceret quādocunque reuocare eam, hoc asseruit cum iuramento Magnificus Antonius in testamēto, cui dicto standum est, cum nemo t̄ diuini timoris immemor iusiurandum contemnendo arbitrari debet, ut ait Imper. in l. si. C. ad l. iul. repet. quæ uera demonstrantur per testesmet partis, qui dicunt, quod Magnificus Fabius in uita patris dicebat, patrem dominum omnium bonorum, & dixit patri, quod faceret quicquid uellet, cum de omnibus ipse contentus remansisset, hoc dicit quartus testis Partis super 11. artic. & septimus, & octauus super eod. Vnde iure legitimo potuit Magnificus Antonius donationem reuocare non solum ex primo pacto, sed ex licētia postea ei à filio attributa, & quia ueritas semper detigitur, uideatur quæso depositio Magnifici Fabij super 29. articulo nostro, ubi nos ponimus, quod Magnificus donans in testamento dixit ueritatem, ac ita credi debebat propter iuramentum, & Magnificus Fabius dicit super eodem, quod credit, ut ponitur, igitur quid alijs indigemus probationibus? nimis enim indignū esset hoc, ut contra propriam confessionem uenire uellet, argum. text. in l. generaliter C. de non num. pecun. & prædicta ex usu satis clariora apparent, ad Bart. in cons. 59. commune Spoleti, cum pars met articulet, dictum Magnificum Antonium post donationem factam disposuisse de proprietate bonorum, non solum de eius fructibus, ut in 12. artic.

& sunt etiam in process. præsentata aliquæ uenditiones factæ, confert etiam ad prædicta artic. 9. & 10. Partis, ubi ponitur, dictum Magnificum donantem auarum, superbum, maxime authoritatis officialem præminentem, & alia adeo quod uerificantur illa uerba, quæ dictus Magnificus donans asserit in testamento dixisse, scilicet quod quando Magnificus Fabius uoluit, quod ipse ratificaret capitula, & inter cætera donationem, quod ipse donans respondit, *queste son troppo cose à questo matrimonio &c.* & tunc Magnificus Fabius dixit, quod ratificaret, & postea reuocaret ad libitum, quæ omnia, & si de se plene non probarent, cuius contrarium est demonstratum, tamen in simul collecta plenam faciunt probationem, ad text. in l. instrumenta. C. de probatum concord.

Quæ & si iure nō fundarentur, aduertatur quæso ad æquitatem huius causæ, nam Pater reuocauit donationem, & de omnibus bonis quid fecit? nisi quod eundem Fabium hæredem in eis instituit, & hoc ideo fecit, ut sorores in casu, quo Fabius non faciat filios, succedant, nec Fabius in extraneos potius; ad suos bona conferat, & uideatur testamentum, quia nec etiam unum fecit legatum ad minus pro ipsius anima, sed etiā, ut articulatur ex aduerso, ipsemet Fabius fuit ualde obediens patri, & nunquam ab eius mādatis discedebat, quæ de causa pater uoluisset in articulo mortis peiorare & suam animam damnare, si uerba non fuissent asserta per eum, tanto magis, quanto quod nihil commodi ipse ex hoc consequeretur, cum ead. donata institutionis titulo ei reliquerit, & ex his t̄ ex iuris dispositione, quam etiam æquitatis, arbitror, dictam donationem annullandam fore, saluo semper saniori iudicio dominorum Iudicantium.

Io. Franciscus Lana. De Ponte.

## SUMMARIVM.

- 1 *Declarationi vnus quando sit stādum.*
- 2 *Argumentum à communiter accidentibus fortissimum est in iure.*
- 3 *Donatio facta à patre filio omnium bonorum contemplatione matrimonij quando dicatur nulla.*
- 4 *Pater, qui se priuat bonis suis in vita, donando filio, dicitur factus, quia contemnitur à filio post donationem.*
- 5 *Quando donans disponit de re donata, sciente donatario, praesumitur donatio simulata.*
- 6 *Affertioni iurati in testamento credendum.*

## ALLEGATIO 65.

**T**Ractat de eadem re donationis omnium bonorum, prout in praecedenti allegatione 64.



**X** alio capite sustineri potest, Magnificum Fabium non posse obtinere, ut praetensa donatio suum debitum sortiat effectū, iam quod pater moriēs

- in testamento iurans declarauit, donationem † non processisse animo donandi, cui declarationi iuratae standum est, ut in indiuiduo firmat Oldra. cons. 95. ibi, & cum Dominus Rex cum iuramento, & rursus ibi, quod autem eam expresse excipit, ubi allegat tex. in l. Theopompus de dote. praelega. accedat, quia ipse declarat vnum, quod erat in facto proprio, & nullum eius interesse conti-

net, ita ut praecise standum sit eius dicto, sic pulchre tenet Alex. in casu proximo cons. 97. vlt. col. ibi non obstat id quod allegatur volu. 7. & talis assertio sic iurata fulcitur praecedentibus coniecturis, quo fiet, ut sit magis ei credendum. ff. de aedil. edict. l. quæro in fi.

- Primo arguendo à communiter accidentibus † quod in iure fortissimum est ff. de probat. l. si pactum in fi. ubi fuit vnquam auditum, quod contemplatione matrimonij pater spoliauerit se omnibus eius bonis, ea in filium conferendo: siquidem consueuerunt † patres, & sepiissime, donare castrum vnum, vel plura, aut maiorem partem fortunarum filio ducenti vxorem.

- Secundo Magnificus Antonius (ve bene nouimus omnes) fuit vit auctoritatis maximæ consuetus, ut ab omnibus supramodum habeatur reuerentia, & praesertim curabat timeri, & honorari à Magnifico Fabio quamuis filio, & unico, ex hoc quiuis Iudex circumspexitus credet † quod Magnificus Antonius viuens noluisset de domino rerum suarum effici seruus, immo credibilius est, quod sibi facultatem disponendi de omnibus reliquisset, ut magis à filio curaretur, bonus tex. de verb. obligat. l. vtrum in vltimis verbis.

- Tertio idem Magnificus Fabius ponit, patrem disposuisse ut dominum de omnibus, & vltra hoc aduertatur, quod nedum de fructibus, sed de proprietate quandoque disponit, filio sciente, quo fiet, ut si donata erant omnia, & donas disponat de re, quæ in donatione † iam includebatur, praesumenda sit donatio simulata, ad not. in l. post contractum, de donat.

- Quarto, Magnificus Antonius quando donabat. Ego quæro, quid aliud suæ dispositioni remanebat, quam fructuum perceptio? isti fructus, aut commensurabantur sumptibus domesticis, ita ut nil superfuisset, & dicat mihi Magnificus Fabius, de quo volebat maritare Filias tunc nobiles, & ipsarum qualitate dignas maxima dote? aut supererat aliquid,

quid, & istud ex vi donationis includebatur tanquam de bonis futuris, quis crederet, quod Magnus Antonius, cui non videbatur Mundus sufficere ex instinctu suæ naturæ, voluerit se tam coarctare, † & ex hoc tanto credibilior sit assertio eius cum iuramento, faciunt posita per Bart. in l. cum quis decedens §. codicillis, de leg. 3. Istud, quod pater fecit in testamento, fuit Consilium satis prudens, & ideo pius filius non debet contradicere. ff. de fideicom. liber. l. in testamento. Magnus Fabius, qui desiderat, ut donatio pronuncietur valida, non querit aliud, quam posse disponere in extraneos etiam, quia filios non habeat: istud quid aliud est, quam nolle Augustinum pro Consultore? Rursus cogitat vnum, quod vetat lex, & communis, & municipalis, & demum voluntarie Paternam incurrit maledictionem.

*Marcellus de Mauro.*

ADDITIONES.

**P**ER totam. Dominus Genitor hic concludit, donationem non valuisse factam per Patrem filio omnium bonorum etiam cōtemplatione matrimonij. Tu vide quæ scripsit Vincentius de Franch. decis. 205. post Guid. Pap. deci. 145. & Fab. de Ann. in cons. 78. vol. 1. & Reg. de Pont. cons. 80.

SVM MARIVM.

1. Pater potest stipulari filijs, & eis utilis actio est quaesita.
2. Actus sequens inducit perfectam donationem.
3. Ordo intellectus pravalet, non scriptura.
4. Quando substantia disponendi in alium nō est collata, sed electio, dispositio sustinetur.
5. Incertitudo vitiat, quando est de incertis, non de certis.
6. Si Pater in testamento non eligit,

*vel nominavit filium, censentur omnes filij vocati.*

7. Persona loquentis non includitur in promissione.
8. Ut quis sit debitor, & creditor, incompatible est.
9. Inducta ad diminutionem augmentum operari non debent.
10. Mens contrahentium ex proemio scripturae colligitur.
11. Vnus testis non sufficit ad declarandum voluntatem, sed duo requiruntur.
12. Approbatio testium ex utraque parte facit, ut persona testium sit approbata, non tamen eorum dicta.

ALLEGATIO 66.

**P**ATER stipulando pro filijs quam actionem eis querat, & quid si stipulatur pro incertis ex filijs, & non eligit pater, an censeantur omnes vocati ab intestato, & an includat personam loquentis. Pro Dominis fratribus Pignatellis.



Gunt Magnifici fratres de Pignatellis, quod Magnus Cæsar condemnatur ad soluendum eis duc. 2000. quos idē Magnus Cæsar per apocam propria manu subscriptam, & iam recognitam, promisit Domino Io. Baptistæ cōmuni Patri soluere cui ex suis fratribus voluisset pater, quæ promissio concepta est per hæc verba. Postquam Dominus Cæsar prædictus expresserat causas, ob quas Patri asserbat multum teneri, subnectit, & per se *sopradette cause prometto pagare à chi*



*to detto Eccellente Signor mio padre vorrà di miei fratelli, à de mie sorelle detti duc. 2000. de carlini, quali duc. 2000. s'haueranno da pagare in doi anni dopo la morte di sua Signoria.*

Pater moritur, nulla dispositione facta, cui ex filijs voluerit solui, & ex hoc oriuntur infra scriptæ dubietates, quibus resolutis, remanebit intentio Magnificorum fratrum fundata.

Prima est difficultas, an ex dicta promissione sit actio aliqua, & quæ fratribus quæsitæ.

Secunda, dato, quod sit quæsitæ, an quia promissio sit incertæ personæ, ex quo pater in testamento aliud non disponit, an ex hoc promissio euanescat.

Tertia, an inter filios domini Io. Baptistæ connumerari debeat idem Magnus Cæsar promittens, quâdo proprie ex dicta promissione sit efficax actio quæsitæ.

Circa primam, non video, posse dubitari, quod ex promissione, quam fecit Magnus Cæsar Patri de soluendo filijs post eius mortem, sit filijs ipsis utilis actio quæsitæ test casus in l. quodcunque. S. si quis ita, de verb. oblig. tenet Paul. & post eum cæteri in l. stipulatio ista. S. alteri, ibi, secundo fallit, & in l. quod dicitur in si. ibi interdum stipulatur filio eod. tit. vbi allegat de leg. 3. l. vxorem. S. testamento. Accedat, nam licet text. in d. S. alteri ex eo non procedat, in casu nostro, quia patri sit promissio, ex alio etiam sustinetur promissio, quia patris interest, vt sortiatur suū effectum, ex quo filij potuissent per querelam inofficiosæ donationis reuocare disposita in ipsum Magnificum Cæsarem, cui fere omnia donata reperiebantur, & ex hoc, quia interest recipientis, valet promissio, vt dixit text. in d. S. alteri, & omnes ibi eum sic intelligunt.

Et certe si recte intueantur verba, integra promissionis factæ, colligetur, quod nõ tractamus, an promiserit Magnus Cæsar donare, sed teneri debet, ipsum donasse, suadet hoc ex vi præcedentium meritorū, in quibus fun-

dat se Dominus Cæsar illa enunciando quo fiet, vt sequens actus inducat perfectam donationem, † bonus text. in l. si vero non remunerandi. S. idem Papinianus, & ibi Glo. Bart. & alij. ff. mād. not. glos. in l. vtrum de donat. inter vir. & vxor. tenet Bald. in l. 1. col. 2. ibi quæro circa hoc de confes.

Idem sensus suadetur ex verbis apocæ sequētibus, dum pluries istud, quod faciebat, nominat donationem, vt sic sequentia declarent præcedentia iuribus vulgaribus, præualere debet ordo intellectus, non scripturæ, quando alię circumstantiæ hoc indicant. ff. de vulg. & pupill. l. 2. S. prius in si. & ex quo mēs filij erat velle remunerare Patrem, qui tanta fuerat ei largitus: verba impropriabuntur, vt præualeat mens, bonus text. in l. donationes in concubinam. S. species. ff. de donat. vbi si mater donando rem filiæ, dixerit ad vsum filię, præualebit quod est potentius, & videbitur donata proprietatis, non vsus simile. ff. de alime. & ciba. lega. l. 4. vt sic fieri possit illatio, quod si verba domini Cæsaris in dicta apoca contenta incalescere debet potius donationi perfectæ, quam promissioni, postquam Pater disposuit iam, vt infra fundabo, debet haberi, ac si esset donatio facta absenti, quæ post acceptationem reuocari non potest.

Quo ad secundam difficultatem, non video, quomodo possit ex aduerso fundari, quod incertitudo in casu nostro vitiat promissionem, postquam non est incertitudo de incertis, vt late prosequitur Barto. in l. quidam relegatus in sua distinct. de reb. dub. sed magis in specie fauet casui nostro, tex. in l. cum quidam, ita de leg. 2. & bonus text. in l. vtrum in S. cum quidam d. tit. de reb. dub. vbi considerat tex. ad propositum nostrum, quod non substantia disponendi, † sed electio collata est in aliū, vt ex hoc tollatur obiectus, qui fieri posset de textu in l. centesimis. S. si. ff. de verb. oblig. vbi substantia disponendi confertur in alium, & ideo dixit Socci. in d. S. cum quidam valere



valere illos contractus, in quibus quis contrahit per se, & nominando per eum, vt faciunt saepe Mercatores, facit etiam ad praedicta bonus tex. in l. si Titio, aut Seio, de leg. 2. & text. qui videatur in l. si quis Titio. S. si. eod. tit. vbi si testator grauat haereditatem, vt det vni ex libertis decem, si non elegit haeres, omnes petent, quae decisio prodest, & ad tollendam incertitudinem, & etiam aliud, quod Dominus Caesar non disposuit † quia omnes videntur vocati, nec obstat. ff. de verb. oblig. l. ita stipulatus la grande, quia Docto. ibi pariter intelligunt incertitudinem vitiate, quando est de incertis, non de certis, vt in casu nostro iam, quod Dominus Caesar promittens contentabatur soluere, eligendo inter fratres, aut sorores, quae personae certae erant.

Ex quibus etiam infertur pro iustitia Actorum, quod quamuis Magnificus Ioa. Baptista in testamento nil dixerit disponendo, lex facit, vt credat, ipsum disposuisse in filios † qui alias erant ab intestato successuri. ff. de iure codicill. l. conficiuntur, & ibi glo. in vers. creditur, quae dicit, non posse probari contrarium, & bon. tex. in l. 2. responsum de contract. & committi. stipula. & tenet Bal. nouell. in l. cum filios familias, de legat. primo.

Quod autem inter Filios Domini Ioannis Baptista, quibus facienda erat paterna dispositio, non debeat includi ipse Magnific. Caesar, facit Primo tex. in l. inquisitio C. de solutio. non † . n. ia illa promissione includitur persona loquentis. Secundo includi non potest, cum ipse remaneret debitor, & creditor, quae sunt † incompatibilia. ff. de fideiussor. l. Vrannius. Tertio ipse voluit diminuere a suo Patrimonio, † ergo eius verba non debent operari augmentum. Quarto hoc colligitur ex causa donandi, seu promittendi, quae erat, vt sicut ipse reperiebatur optimè tractatus a patre ex largitate donationum praecedentium, voluit necessitati fratrum

10 prouidere, quae mens † ex proemio

apocae colligitur, de haered. instit. l. fin. immo, vt supra fundauit, videtur, quod donauerit perfecte, & sic non sumus in terminis promissionis de donando.

Nec praedictis nocebit dispositio Magnificae Clementiae Matris, quia dum dicit, quod pater dixerat id fecisse, vt teneret Caesarem in timore, videtur praesupponere, quod non habuisset intentionem, vt soluerentur, dum postea subdit, *Che si esso non l'haueffe lassato in testamento, il Signor Cesare non l'baueria pagati*, videtur praesupponere, quod erat eius intentio, vt soluerentur, si in testamento fecisset mentionem, ergo ista eius dispositio implicat contradictionem, quo casu testi contraria deponenti non creditur: quicquid tamen sit, nos habemus voluntatem in scriptis, tam Magnifici Caesaris, quam Magnifici Ioa. Baptista, si Magnifica Clementia vult in eius depositione declarare voluntatem, non sufficit, cum duo testes ad minus requirantur glo. est ordinaria † in l. haeredes palam .S. si quid post in vers. posse, de testam. sequitur Alex. conf. 54. in fi. vol. 3.

Nec dicatur, quod dictum Magnificae Clementiae approbatum est ex productione pro vtraque parte facta, quia ex hoc fiet, vt persona tantum remaneat approbata † non dictum, vt dicunt Alber. & omnes per illum text. in l. si quis testibus. C. de testib. non enim scire poterant Actores, quid esset mater dictura, & tanto minus ei credendum est, cum in hac matre non fuerit par causa affectionis, cum sit plenissime verificatum, ardentiori amore fuisse prosequutam Magnificum Caesarem, quam alios.

Immo (si verum amamus) considerari poterit pro Dominis Actoribus, quod pater non potuit modo aliquo habere hunc intentum, prout Magnifica Clementia deponit ex infrascriptis, si vera erant deposita per ipsam, Pater tenuisset in sui posse apocam, & non consignaret Notario, cui signata testibus, & autenticata fuit pro cautela praetendentium

inte;

interesse consignata, & aliam sibi retinuit.

Secundo, Dominus Cæsar sciuisse hanc Patris intencionem, & tamen dum respondet fratribus nunciantibus futuram litem, totum contrarium demonstrat, & certe si fuisset verum quod mater deposuit, incontinenti dixisset, non teneri.

Tertio, inæqualitas bonorum, quæ inter eosdem fratres erat, nam mater donauit castrum, Pater iurisdictionem criminalem eiusdem. Item domum Neap, item palatium Martignani, & possessionem nouam Martignani, alias *delli Cromuni*, & eum hæredem instituit, & successit, ut ipsi fratres, quid ergo fratribus prædictis restabatur? ut igitur credatur, patrem æqualiter filios amasse, dici potius debet, quod satis prudenter voluit talem promissionem à filio.

#### ADDITIONES.

**A**D nu. 1. concordat cum dictis per meum Genitorem hic Io. Vinc. de Ann. in allega. 97. num. 10.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SVMMARIVM.

- 1 *Electio filiorum non facta, omnes filij censentur vocati.*
- 2 *Donatio perfecta ex quibus inducatur.*
- 3 *Donatio perfecta non reuocatur, si actus retrosmilis non interuenit.*

#### ALLEGATIO 67.

**A**D rub. ff. de opt. legat. electione non facta, an omnes censeantur vocati ab intestato. Pro Dominis Fratribus Pignatellis.



Apit Pars Aduersa. Spem omnem obtinendi in presenti causa ex dicto Magnificæ Clementiæ matris, contra quod (ultra dictum in alijs allegationibus) ad-

uerto, aut tenemus, quod ex promissione Domini Cæsaris quæsitæ sit actio fratribus, & pater aliud facere non debebat, quam eligere, vel arbitrari, cui ex filijs voluisset solui dictos duc. 2000. & quodammodo sit exequutor fraternæ voluntatis, & tunc dico, quod postquam eligendus erat incertus de certis, non facta electione, omnibus debetur, ita Bart. in l. 1. col. 3. ibi si vero arbitrium consistit de legat. 2. & proinde sicut non potuisset, volens directe, priuari filios hac fraterna liberalitate non eligendo, vel non disponendo, ita nec per obliquum dicendo, quod si non disposuisset Magnus Cæsar, non erat obligatus, & iam quod donatio facta fratribus per Dominum Cæsarem, quo ad ipsum donantem erat perfecta, sicut nec ipse donans potuisset reuocare sine causa, ad text. in l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo, multo minus debilitari potuisset ab exequutore, cuius officium solum erat eligere, & in electum disponere, si tamen velimus tenere, quod ius omne quæsitum sit ex promissione Cæsaris ipsi Patri, cui sit apoca, erit opinio securior, & amica magis literæ, & sit sensus, quod Cæsar donauerit Patri dictos duc. 2000. quos promisit soluere infra annos duos post Patris mortem, cui voluerit pater, quod sit donatio perfecta, suadet ex tribus.

Primo, ex narratione præcederium meritorum, quæ faciunt, ut actus in dubio incalescat donationi, faciunt congesta per Tiraquell. adornatum. l. si vero non remunerandi. S. idem Papinianus. ff. mandati in l. si vnquam in vers. donatione largitus nu. 45. C. de reuoc. donatio.

Secundo, quia in eadem apoca dominus

minus Cæsar vocat illud, quod facit donationem: ex hoc fiet, vt istud verbum sic clare dictum declarat aliam partem scripturæ, ad l. qui filiabus de leg. 1. sequitur Alex. conf. 197. vol. 6. nu. 7.

Tertio, dum in eadem apoca, dicit, quod Pater possit de dictis duc. 2000. disponere, prout disponit de alijs eius bonis, in hoc voluit se patri liberalem demonstrare, quod causat donationem ff. de donatio. l. 1. versus finem, voluit Cæsar augere patrimonium patris in dictis ducat. 2000. & seipsum adiecit tanquam nomen debitoris, quo fit, vt pater, qui habebat filium obligatum, videatur tenere cum effectu duc. 2000. ad tex. in l. qui actionem de reg. iur.

Vt ex his dici possit, quod postquam Magnus Cæsar donauit Patri, licet addiderit, quod disponat in vnum ex filijs, quem elegerit, hoc non faciet conditionem, est casus in l. si mulier, vbi glos. ff. de iur. dot. fuit enim potius causa impulsiva, non finalis, ad not. in l. 2. in fi. C. de donatio. & ex hoc infero vterius, quod postquam Dominus Cæsar erat debitor Patris in duc. 2000. dum Pater promisit, vt filius promitteret alijs, videtur ex hoc donasse, est casus in l. 2. in princ. & S. 1. d. tit. de donatio. quo fit, vt minus postea declarando potuerit præiudicare.

Si prædicta vera sunt, ad quid ponderat Dominus Cæsar dictum Matris? ponamus, quod decem testes hoc deponerent. Ego quæro, est ne inducta resolutio donationis iam perfectæ? certe non, † quia nullus actus retrosimilis interuenit, ad not. in l. ab emptione. ff. de pact. quando fit donatio, vterq; interuenit donans, & donatarius, quando tractandum esset de resolutione vtriusque consensus, vel saltem, vt pro altero esset aliquis recipiens, verba Domini Cæsaris fuissent potius nugatoria, & ad alium finem dicta, quam vt dispositionem inducerent, sicut dicimus in l. diuus, de milit. testam. mater non interuenit, vt nuncius, qui referret filio hæc voluntatem paternam, non vt illam

reciperet pro filio, nec tali mente Dominus Ioannes Baptista verba protulit, ex hoc fiet, vt nullum dici possit ius quæsitum, ad nota. in l. absenti, dicto titulo de donatio. sed quia veritas latere non potest, aduertat Sac. Conf. nam satis prudenter se gessit Dominus Ioannes Baptista in hoc actu, vt inter filios æqualitatem seruaret in quantum posset, postquam Cæsari donauerat infra scripta bona.

Ipsæ, & vxor, Castrum Martignani ipse iurisdictionem criminalem, quæ sua erat in eodem Castro, palatium in eodem Castro, Massariam dictam *delli Cormuni* in eod. Castro, in qua pastinæ sunt 1200. arbores oliuarum, insuper domum sitam Neap. quæ omnia erant valoris tempore donationum duc. 5150.

Remanserant in eius patrimonio infra scripta.

Mensuratura in Ciuitate Baroli valoris duc. 4000.

Super Vniuersitate Toluzæ in proprietate duc. 4000.

Alij duc. 3800. pro tot bonis materis, quæ pater vendiderat.

Ista ascendunt ad duc. 11800.

Moritur pater, & omnes æqualiter hæredes instituit, etiam D. Cæsarem, legat filiabus duc. 8000. pro dotibus.

Ego quæro, quid remanebat fratribus? apparet certe, quod nihil, hæc ergo fuit causa, vt pater sapientissime voluerit, sibi à Cæsare donari duc. 2000. in beneficium aliorum filiorum.

#### A D D I T I O N E S.

**A**D num. 1. Concordat cum dictis per meū Genitorem hic Anna in repet. cap. de Vassallo decrep. etat. num. 320.

*Abb. 10. Hieron. de Mauro.*

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Compensatio quando admittatur.*
- 2 *Qui non est Dominus, dominium non transfert.*

S AL-

## ALLEGATIO 68.

**T**Vtor quando possit agnoscere bonam fidem in soluendo. Pro Magnifico Iulio Cesare Persico.



Quæstio hæc inter Pyrrum Andream Bonagurum, & Iulium Cæsarem Persicum super petitione duc. 500. quinquaginta virtute instrumenti dotalis, nullam continebit difficultatem in fauorem ipsius Iulij, si res ipsa bene considerabitur, negari siquidem non potest, debitum dictæ pecuniæ non posse elidi, vel quia non sit verum, vel quia ademptum solutione eius, quod debetur; vnico tamen verbo Iulius ipse se defendit, hæreditas debet Pyrro Andree scutos 500. quia tantumdem, & plus debet ipse Pyrrus Andreas hæreditati; compensatio equat omnia, † quod autem debeat fundare in facto, quod mortuo Nicolao Ioanne Persico, Pyrrus Andreas fraudando, cum reuerentia, suavitati matri ipsius Iulij non tamen Tutrici, aut alias legitimæ personæ, quod ipse erat creditor hæreditatis in duc. 1000. & sic conuenerunt, quod ipse Pyrrus Andreas cederet dictæ Matri tale debitum duc. 1000. per tale, quale erant, & illa solueret sibi dictos duc. 1000, in partem quorum dedit ipsi Pyrro Andree pecudes hæreditarias valoris ducat. 300. vt ex hoc inferatur, quod postquam Pyrrus Andreas fatetur, dictas pecudes fuisse hæreditarias, & per consequens Iulij conuenti, vt in eius comparitione sol. recte dicat Iulius ipse, bona mea peruenerunt ad te, compenses, postquam vtrumque debitum est liquidatum, illud, quia vestitum instrumento, C. de proba .l. cum precibus, istud quia confessio partis liquidauit. ff. de pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit ibi veluti confessi, cum alijs vulgaribus, & quia Valentia mater non tutrix, aut cu-

ratrix nõ potuit de re pupilli disponere ex eo, quod asserebatur verbo per Pyrrum Andream, quod ipse erat creditor, de quo credito, vel coniecturæ non apparebant, non potuit per dictum instrumentum trãsferri dominium in Pyrrum Andream rerum, quæ non † erant dantis. C. de reiuendi. l. mater tua. ff. de cõtrah. empr. l. rem alienam, ita vt ex hoc fundet suam intentionem Iulius ipse, quod pecudes suæ nõ abdicatæ ab eius dominio per dictum contractum semper fuerint in eius dominio, & possint compensari hodie, aut velit considerare, quod mater Iulij pupilli sciens, Pyrrum Andream esse verum creditorem duc. 1000. agnouit bonam fidem, & tunc dico, quod factum nõ suffragatur, ex quo non tutrix, nec persona legitima, & quando fuisset, nec agnitio bonæ fidei concederetur, quando notorie cõstat, minorem habere malam causam, & sunt publica documenta, illum esse debitorem, ita intelligitur text. ff. de administr. tuto. l. quoties. §. sicut in fi. ff. manda. l. idemq; §. fideiussores; sed ista dicuntur ex abundanti, nam ex lectura instrumenti apparet, Valentiam matrem noluisse liberare pupillum, sed obligare, ex quo emit à Pyrro Andrea illud figuratũ nomen, quod ipse assererat habere, & in partem pretij dat bona pupilli, vt sic nõ possit negari, Pyrrum Andream pro hac quantitate repelli, & nõ esset durum sustinere, quod ipse, qui sciebat qualitatem matris dilapidantis bona hæreditaria, & quod bona, quæ sibi dabantur, non erant dantis, debeat fructus pecudum non lucrasse, tanquam in pessima fide constitutus, nec poterit opponi per Pyrrum Andream, quod ipse, qui habet pecudes, vigore contractus deberet audiri ad iustificandum contractum, & quando non fuerit actum hac via, non potest prætendi compensatio, quia hoc tollitur ex facto ipso supra narrato, per quod videtur, pecudes nunquam exiisse à dominio Iulij, qui conuentus, & sic valens vti de iure pluribus exceptionibus dicit

est Astori, compensas bona mea cum eo, quod petis à me, si opponit de contractu, replicatur de nullitate, secundum theor. Bald. ff. de conditio. instit. l. quæ sub conditione, & prædicta tanto magis procedunt, quando non possit prætendi, Valentiam, quando dedit pecudes Pyrro Andree, debere consequi aliquid ratione dotium, ut sic de suo, vel de eo, quod putabat sibi deberi, dedisset Pyrro Andree, ex quo bene notum est Magnifico Commissario, Valentiam Matrem statim post mortem sui viri cepisse possessionem bonorum hæreditatis maioris valoris, quam fuerint dotes, & illa tenet hodie, & pedit lis coram eodem Commissario, & quod Pars aduersa prætendat litigari de dicto contractu inter ipsum Pyrrum Andream, & Valentiam, dicitur, hoc non obstare Iulio Cæsari, postquam lis non est cum eo, cum quo etiam nec cadit lis aliqua de re sua, sed dicta Valentia prætendens non teneri ad duc. 700. quos debet virtute dicti contractus, agit cum primo Andree, ita ut de lite prædicta nihil possit cum ipso Iulio loqui, immo lis illa reflectitur contra Pyrrum Andream, quia Valentia prætendens cum veritate ad dictum contractum fuisse inductam dolo, & fraude illius, & necessitate, & debitum non fuisse verum, agit in S. C. per viam præuentionis aduersus dictum instrumentum duc. 700. in quibus se obligauit ex causa dependente ex dicta obtenta prius absolutione à iuramento, & probauit bene omnia prædicta, taliter quod debet obtinere; restat igitur eius intertio fundatissima, quod pecudes, & eius valor compensari debeant cum eo, quod petit Pyrrus Andree à Iulio prædicto.

Reliquum vero, quod deest vsque ad duc. 500. suppleant partite libri confecti manu ipsius Pyrrum Andree, & ab eo acceptati, qui plenam fidem faciunt contra ipsum Scribentem.

Apparet enim per partitas, Pyrrum Andream esse debitorem in summa, & quidem non modica, quarum cancel-

latio longe post dissolutam societatem, post Nicolai Ioannis mortem arguit, Pyrrum Andream debitorem fuisse Bal. C. de fide instrum. in vers. iuxta hoc quæro, & ex quo probatum est per tres testes, quorum vnus est testis communis. Pyrrum Andream post mortem Nicolai Ioannis cancellasse, & hoc ut tale nomen supprimeret, debet teneri ad omne interesse parti, ad cuius commodum cantabat liber ille, qui est ipse Iulius Actor, & hæres. ff. de furt. l. qui tabulas, vbi Bald. & de diuer. & tēpo. præscript. l. in omnibus S. r. nec obstat, quod Pyrrus Andree prætendat velle computare dictas partitas in partem sui lucri ex fundaco prouenti, quia hoc partitæ nõ dicunt, sed simpliciter faciunt ipsum debitorem hæreditatis, & quia probatum est, illum cancellasse in fraudem hæreditatis, & ut creditores illius opprimeret, ut testes clare dicunt, in quo casu Pyrrus Andree volens modo in lucrum compensare, non est audiendus, quia contra eius confessionem propriam, tanto magis, quia apparet ex ipso libro, multas partitas fuisse post solutam societatem, cæterum si prætenderet, quod si ipse Pyrrus Andree recepit ex fundaco, ut per dictas partitas Nicolai Ioannis similiter habuit, ut ex libro, ita ut competenter in vicem habita, dicitur hoc nõ obstante, quia omnia sint manu Pyrrum Andree scripta, quæ tertio non nocent, sibi nocent, tanto magis ipsæ fuerunt cancellatæ, ut apparet, nec Pyrrus Andree probat, nec opponit aliquid aduersus dictam cancellationem, quia re vera non habet quid opponat.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. 1. Quod hæc mater non potuit agnoscere bonam fidem in damnum pupilli, concordat cum dictis per meum Genitorem hic Octavius Cacheran. decis. Pedem. 57. num. 31. cum seqq.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## SYM MARIVM.

- 1 Feudatarius profitens introitus diminutos, vel non integrū Feudum in eo, quod omittet, mulctatur poena priuationis.
- 2 Confessio facta in iudicio quando reuocari possit.
- 3 Ex primordio tituli confirmationes in priuilegio declarantur.
- 4 In antiquis solæ coniectura cum fama sufficiunt.

## ALLEGATIO 69.

**F**eudatarius an, & quando teneatur renunciare redditus Feudi, & mortem feudatarij.



licet vera facti explicatio præsentis causæ non indigeat alio iuris adminiculo, tamen considerabam, in aliquo non posse dubitari, quod intentio Partis non sit fundata, petit enim tertiam totius Castri, & licet non probet, ut sic obtinere non possit, conuenti ex aduerso produxerunt confessionem Honofrij, à quo Pars actrix descendit, per quam in iudicio cum iuramento asserit habere octauam partem cum duobus tertijs, quæ confessio induxit notoriam, & violentam iuris præsumptionem. C. arbi. tuto. l. si. & magis proprie est casus in l. iubemus. C. de liber. cau. cum glos. fin. & Ioan. de Platea in l. si illi. 1. notab. C. de decurio. lib. 10. & si ista procedunt in re fauorabili, quam sit in iure, ut est libertas, quæto fortius in hoc casu? & non est credendum, quod dictus Honofrius fuisset tam resipinus, ut voluisset contra se ipsum in iudicio aliquid confiteri, tanto magis quia si Honofrius habuisset maiorem partem

- in Castro, & professus fuisset minorem, fuisset poena priuationis Feudi, per text. in cap. si vassallus el primo, si de feud. fuer. controu. & ita est vsu receptum hodie † in Regia Camera, ut profitens introitus diminutos, vel non integrum Feudum in eo, quod omittit, mulctetur poena priuationis, secundum relata per Dominum Friciam fol. 192. num. 45. & non est credendum, quod voluerit Honofrius illam partem eligere, per quam incidisset in poenam, nec tale delictum est præsumendum, & in specie, quod ista confessio in iudicio facta, inspecto eo tempore, debeat censi valida, ratione iuramenti reuocari † non possit, & quando posset, tempora non suffragantur, fundat per plura Paris. in reintegra in cap. moueo. quæstionem fol. mihi 104. qui allegat text. in l. qui grauatos C. de censibus lib. 11. super quo possem alia multa congerere, & ex hoc fiet, quod petitio Actorum vana est cum reuerentia, testes, qui deposuerunt de possessione tertiæ partis, redduntur suspectissimi, cum inter eos, & principalem non detur concordia secundum nota. in cap. cum tu, extra de testib. licet etiam non concludant, & quando concluderent, eorum dicta tendunt ad possessionem probandam, quamuis bene probasset Pars in possessorio, si tamen in petitorio melius probauit, conuentus debet obtinere secundum iura vulgaria, & dicti testes non debent esse in aliqua consideratione, quia si iunguntur cum instrumento emptionis factæ per Corradum in anno 96. sunt falsi, postquam Corradus pater communis Colæ, & Masij emit octauas tres, minus vna quarta, secundum quod descendētibus ex Masio competeret vna octaua minus vna dimidia, si volunt iungi cum duobus priuilegijs confirmationum, quia illæ sunt in forma communi, & nō specificāt partem aliquam
- 3 ex primordio tituli † declarabuntur confirmationes prædictæ C. de impo. lucra. descri. l. 1.

Sed

Sed aduertatur, quia licet prædicta confessio Honofrij fuerit vera, & sic cõfenda sit, illud tamen intelligendum est tempore, quo emanauit, quod fuit in anno 1473. à quo tempore, vsque ad annum 1507. cucurrerunt anni 34. & isto tempore dicti anni 1507. Hippolyta maritatur, & dat in dotem viro octauas quinque, & certam partem alterius octauæ, interueniente Honofrio pro Mundualdo, cuius præsentia, quæ non erat ex necessitate, sed voluntate, erat maior, & Hippolyta mulier, & timidior, & res alienabatur, facit præiudicium Honofrio, & habentibus causam ab eo, qui præsertim non docent in promptu de aliquo errore, & rem alias se habere, ita communiter tement omnes post Bart. in l. quæ dotis solut. matrim. & in l. si fundum per fideicommissum de leg. 1. quis enim circumspæctus Iudex censere potest, quod Honofrius fuisset passus, de re sua disponi in extraneum, & tacuisset? ultra quas octauas quinque, & certam partem alterius, quæ est tertia, conuenti fundauerunt ab illis de Turricella legitimo titulo habuisse aliam octauam, & vnũ tertium, quæ portiones complent octauas septem, vt sic remanens octaua tantum possit prætendi ab Actoribus, sequuntur postea prouisiones R. C. in anno 1540. per quas, visis priuilegijs, fit decretum, declarando, Magnif. Ioan. Cantelmo de Vgo competere ex persona matris octauas quinque, & vnum tertium, & ex persona patris vnã octauam, & duo tertia, & sic octauas septem, quæ cum sint prouisiones Supremi Tribunalis ortæ ex decreto desuper interposito, & hodie contrarium nõ probatur, faciunt ius quo ad omnes, & præstant causam præscribendi, ac vt quis manuteneatur in possessione: solet allegari text. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eatur, & tenet Capic. decis. 209.

Ista veritas adiuuatur ex mādato facto per Antonium Angelum in persona fratris ad denunciandum mortem Baptistæ alterius fratris, cui ipsi succede-

bant, & apparet, quod ipsis fratribus competeabant octauæ quinque in tertia parte, quarum ipsi volebant succedere. Ipsi succedebant dicto Baptistæ, & sub hac forma fit postea cõparitio in R. C. quæ octauæ quinque, vna cum altera, & duobus tertijs illorum de Turricella faciunt octauas sex, & duo tertia, quibus debet addi aliud tertium, pro eo, quod asseritur in dicto mandato, quod reliquæ partes tenebantur in communi cõ Masio Patruo, vt sic vna scriptura declaret aliã, & cum simus in antiquis sufficerent † solæ coniecturæ, fama, & omnia adminicula, secundum Angel. in l. at qui natura. S. cum me absente ff. de nego. gest. ex quib. apparet, aperto iure Actoribus non competere ultra octauam vnã.

Et si dicatur, quod ista stare non possunt tanquam contraria confessioni Honofrij productæ per Conuentos, ex qua apparet, Honofrium habuisse octauam, & tertia duo, debet hoc tolli ex temporum distinctione, quod solet rerum dominia mutare: in anno 73. quo fit confessio, habebat Honofrius portionem prædictam, postea in anno 7. eius interuentus in dotatione Hippolytæ inducit aliam probationem, & sic distinctio temporum hanc concordiam inducat.

Vltimo non obstat quædam obiectio facta per partem, prout audiui à Domino Commissario, quod ex lectura dicti mandati ad petendam inuestituram facti post mortem Baptistæ apparet, illos de Turricella nil habuisse super hoc Castro, & successive nil potuisse vendere, postquam quinque octauæ erant propriæ filiorum Colæ, & sic Baptistæ, Antonij Angeli, & Antonij Gentilis, reliquæ partes, dicitur ibi, quod erant communes ipsorum fratrum, & Masij patru. Ergo illi de Turricella nil habebant, quia contrarium est verius, nam postquam dicitur de quinque octauis, dicit reliquis partibus, & non octauis, per quod apparet, quod



vbi voluerunt partes sentire de octauis, dixerunt, & certum est, quod demptis octauis quinque, & vno tertio vna cum alia octaua, & duobus tertijs illorū de Turricella, restabat iam portio Masij, q̄ apparet clarius, nam per scripturas productas circa dominium illorum de Turricella, apparet, q̄ ipsi habebant eorum portiones ante dictum mandatum, & sic non poterāt excludi, sed dato, q̄ esset vera hęc lectura, adhuc conuenti habent intentū, nam si quinque octauæ erant filiorum Colæ, & reliquæ tres tenebantur in cōmuni cum Masio, & duobus nepotibus, Masio competisset sola octaua, vel durius arguendo, vna octaua cum dimidio, vt fieret diuisio æqualis.

Prædictis non obstat, quod ante confessionem Honofrij in Regia Camera præcedat procuratio filiorum Colæ, secundum quam, vna cum alijs productis, fundauit, partem non posse prætere ultra octauam vnam, quia cōparitio Honofrij fuit producta per conuentos, vt appareat, tertiam totius non competere Actoribus, si tamen p̄ legitima media constet, minus competere, non est præclusa via.

#### ADDITIONES.

**P**er totam, Addo, quod licet de iure cōmuni Feudorum, quando feudatarius non petit inuestituram infra annum, & diem perdat Feudum, c. 1. §. sancimus, in tit. quo tempore miles, nihilominus de Conuetudine huius Regni soluitur duplicatum releuium. Vincent. de Franc. decif. 425, num. 1.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro*

#### SVMMARIVM.


1. *Donatio an præsumatur causa mortis, vel inter viuos.*
2. *Dispositum in vno, censetur dispositum in alio, quando inter eos nulla adest diuersitas.*
3. *Donatio facta viro ab uxore in-*

*firma, in d' ibio censetur facta causa mortis, ad hoc vt valeat.*

4. *Actus agentium ultra intentionem agentis operari non debet.*
5. *Per donationem causa mortis remanet interim dominium penes donantem.*

#### ALLEGATIO 70.

**L**egatum factum à furioso quando sit inualidum.



**X** qualitate sermonis, & verborum, quę dicebat Portia de Carignano, certū est, per tres dies in præambula hora asserti legati p̄ viro, & in ipso actu testamenti fuisse

furiosam tentam frenesi, qua insana reddebatur, per text. in l. quidam in suo. ff. de condit. instit. l. his, qui §. 1. ff. de tuto. & curato, datis ab his cum similibus, & Dec. in cons. 86. lib. 1. Ergo quia in ipso actu legandi aduersa valetudine tenta, si verum esset, legasse, pro nihilo est. l. furiosum. C. qui testam. facere possunt, oportet enim in legando habere mentis sinceritatem. l. Senium. C. eod. tit. & morbus ille freneticus, & mentis alienatio corpus ægrum testatrix tenuit nedum in secunda dispositione, sed in prima, quę includitur in tribus diebus, vt dicunt testes, ita quod & de prima iudicari oportet, vt de secunda.

Sed si nullus furor, & mentis alienatio affuisset de legato duc. 500. & cubili parato facto viro coram Confessore, & vna pedisse qua Ancilla viri, aliqua consideratio haberi non debet, si quidem verba legati erāt post mortem suam, ne contentio oriretur cum fratribus

bus suis, & ab infirma illud fiebat, secundum Butr. in c. 2. extra de consuetudine, id quod geritur in infirmitate, præsumitur gestum causa vltimæ voluntatis condendæ, vel causa mortis, per text. in c. de his extra de sepulturis, & clem. 1. eod. tit. fiebat insuper mentio mortis, ergo quomodo adessent verba relata per testes, quæ possent inducere donationem aliquam, illam esse causam mortis, sine dubio. l. Seia. S. si. ff. de donatio. causa mortis. l. Seia cum glos. penult. ff. de dot. prælega. glo. & Docto. in l. si. C. de pact. & l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & l. quæ dotis. ff. solu. matr. cum alijs similibus, hic facta est mentio mortis, & dicunt, sic testes testatricis expressisse, erat infirma, non esset super hoc ambigendū, secundum quam conclusionem adhuc mater repetens dotem à viro quondam Filiz suæ habet intentū, esto millies esset probata illa prima dispositio facta à mente sana coram Confessore, & vno alio teste, per text. in l. fin. C. de mort. caus. donatio. vbi ad probationem donationis prædictæ quinque testes requiruntur.

Nec meo iudicio applicari, aut adaptari posset limitatio, quam tradunt DD. Alex. & cæteri ex mente Cin. in l. licet C. de pact. & in l. hac consultißima. S. per nūcupationem C. de testam. quam in l. quæ dotis in 5. colu. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obliga. vbi ad limitationem conclusionis, quam supra fundauimus, quod in dubio magis † donatio causa mortis, quam inter viuos limitant, quando in donatione causa mortis non interuenissent quinque testes, prout requiritur, sed ab inde infra; quia tunc dicitur donatio magis inter viuos, vt actus magis valeat, quam pereat argu. l. quoties. ff. de reb. dub.

Primo dixerim, illud procedere, vbi apparet, voluisse donare causa mortis, & velle actū valere meliori modo, quo potest, hic non habemus, Portiam velle donare, neque causa mortis, neque inter viuos, neque testes referunt, vt di-

xi, verba, quæ hanc donationem probant, sed loquuntur per verbum, legare, & licet in aliquibus æquiparata sit donatio causa mortis legatis, in multis tamen differunt, ita quod non est facilis transitus de vno ad aliud, vt dispositum in vno, & in alio censeatur secundum DD. in d. l. si. & in l. non omnis. ff. si cert. petat. ita quod si non valet, vt donatio causa mortis, valeat vt donatio inter viuos, non procedit hoc, quando factum est legatum, prout hic erat, & rursus limitationem ipsam credo procedere, quando illa donatio causa mortis, quæ non possit, vt donatio causa mortis valere, valet vt donatio inter viuos inter personas non prohibitas, inter quas alias donatio inter viuos valeretur, & non deberet expectari validitas aliunde, puta ex morte sequenda, vt est inter virum, & vxorem, absurdum esset dicere, quod donatio causa mortis non valeret, quando non habet testes, qui ad illius probationem requiruntur, vt hæc donatio est inter virum, & vxorem prohibita, quod vt valeat, censeatur donatio inter viuos, & in dubio valeat, quæ inter viuos certum est non valere, toto titulo. ff. & C. de donat. inter virum, & vxor. Doctores ergo, qui limitant dictam primam conclusionem loquuntur in casu, quo certum est, donationem inter viuos valere, & non aliter, ne validitas dependeat ex futuro euentu mortis, neque voluntas disponentis potest in hoc casu considerari, vt ex tacita sua voluntate actus vnus, qui non ualebat, possit alio modo ualere, argum. l. miles, qui ita destinauerat. ff. de milit. testam. & propterea credo verissimam limitationem Romani relatam per Alex. in d. l. quæ dotis in 5. column. num. 13. quod ille, qui est infirmus donando, nulla facta mentione mortis, dicatur actum gerere inter viuos per l. Seia. S. si. ff. de donat. † caus. mor. allegat text. in l. apud Celsum. S. Iulianus. ff. de doli exceptio, hoc dicit ipse, fallit in donatione inter uirum, & uxorem, quia censebitur causa mortis, ut uideatur facta

facta eo modo, quo sit debilior per tex. in d. S. Iulianus, ergo si in viro, & vxore habemus limitationem, quāto magis in causa mortis, quam inter viuos? quare dicemus, vel limitationem Doctorū loquentium in personis prohibitis: donatio, quæ fiebat causa mortis valet, vt inter viuos, quæ valere non poterat, & hoc casu procedit regula, quod

4 actus † agentium vltra ipsorum intentionem operari non debet, & sic prædicta considerando crederem, inter virum, & vxorem non posse adaptari limitationem, sed magis veram limitationem Romani, & propterea tum ex defectu probationum, quas non habet, vt donatio causa mortis non valebit, tum vt donatio inter viuos, quæ valere non poterit, neque de ea cogitauerunt, tum quia non fuit præsentia viri in prima, quæ donationem acceptasset, prout de iure requiritur per tex. in l. inter mortis causa. ff. de donatio. causa mortis in principio, ibi præsentis, & tenet Bal. in d. l. si. C. de mortis causa donatio. si præsentia viri requirebatur, vt expectasset eo modo, vt faciebat causa mortis, vt possit postea dubitari, an valeat, vt inter viuos, interim remansit

5 †dominium penes vxorem, vt est de natura donationis causa mortis, per tex. in l. sed interim. ff. de donatio. inter virum, & vxorē, ambulatoria erat eius voluntas vsque ad mortem, per tex. in l. cum hic status. S. poenitentiam. ff. eo. tit. Demonstratur quia Notarium cōuocauit, & testes post primam dispositionem, ergo à prima recessit, & poenituit, & dum rogaretur à Notario, obmutuit, succedit notabilis determinatio Pauli de Castro in l. si is, qui. ff. de testam. in princ. per tex. in l. ex ea. ff. de testam. Ergo ratione, & defectu voluntatis neque legatum, neq; asserta donatio valere potuit, neq; debet, sed pronunciarī pro matre, & filiabus contra virum, dotem integram cum omni interesturario restitui debere.

**I**N hac materia Furiosi, Addo, Furiosus quis dicatur, & quomodo probetur, quem esse Furiosum, & an Furiosus faciens actū, quem quis sanæ mentis fecisset, an propterea valeat. Vide quæ cumulat Vrsill. ad decis. Afflic. 365. num. 3. & 4. & Boer. decis. 23. & Furiosus si facit testamentum, sicut quilibet sanus faceret, an valeat: quod non, Vrsill. ad Afflic. decis. 287. num. 8. & Boer. pralleg. decis. 23.

Et ad num. 1. quod donatio an præsumatur causa mortis, vel inter viuos, Addo vltra allegata per meum Genitorem hic, quæ scripsit doctissimus Consiliarius de Georg. in sua alleg. 22. nu. 48. cum seq.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

### SVM MARIVM.

- 1 *Assensus in Regno non probat, nisi sit reductus in forma Reg. Cancellarie.*
- 2 *Conditio voluntati repugnans, quamuis utilis, quando admitenda.*
- 3 *Assensus quando dicatur condicionalis, vel modalis.*

### ALLEGATIO 71.

**I**Anuenes non impetrant assensum in Regno super venditionibus Feudalium, nisi cum clausula, quod pretium conuertatur in emptionem aliorum bonorum in Regno, & hoc ne Rex amittat vassallū, & plura ad hoc. Pro Magnif. Baptista Grimaldo.



Ompelli debent Excell. Pater, & filius, vt soluant Domino Baptiste Grimaldo pretium Ciuitatis Montis Sancti Angeli, iam quod emerunt, & promiserunt soluere, nec dicant, quod venditor non serua-

seruauit promissa, vt sic ipsi teneantur, nam aduerto, quod prima venditio fit die 26. Septembris 1558. per procur. venditoris, & promittitur expeditio assensus in forma Cancellariæ, hæc sunt verba, quæ legantur fol. 15. fit postea secundum instrumentum die 20. Augusti. 61. fol. 25. & in hoc pariter fit promissio expeditionis dicti assensus in forma Cancellariæ infra annum: fuit hoc seruatum, vt videri potest fol. 23. Rursus fuit expeditum executorialè Proregis, & intimatum suo tempore, vt in processu fol. 39.

Si modo Domini emptores dicunt, Assensum non expeditum in forma Cancellariæ, vt pote quia interiecta fuit cōditio alterans, quæ est fol. 21. à terg. Aduertant, nam assensus fuit promissus consignari in forma Cancellariæ, hoc aliud non importabat, quam præstare assensum solemnitatibus Cancellariæ roboratum, quod sit redactum in formam priuilegij in suo sigillo, suisq; subscriptionibus, de iure assensus Regis poterat probari per testes, refert Affl. sic fuisse decisum decis. 398. Rursus ad validitatem assensus sufficiebat, illum fuisse expeditum in memoriali, per verbū (fiat) idem Affl. testatur decis. 253. ista erant fragilis, & periculosa probationis † ex hoc prodierunt Regiæ Pragmaticæ volentes, assensum Regium infra certa tempora debere reduci in formam Cancellariæ, & declarant, quæ sit ista forma, vt registrentur, sigillentur, subscribantur, & alia fiant, quæ sunt de stylo, hoc est propria forma Cancellariæ, stylus iste. ff. de statu. lib. 1. Labeo, ibi more agentium interest emptoris habere hunc assensum, vt euitet sumptus, interest eius, quia venditor tenetur de suo erogare, & impetrare, hoc voluerūt dicere partes, dum de forma Cancellariæ loquuntur.

Iste assensus fuit consignatus cum omni solemnitate Cancellariæ, & infra tempus, ergo venditor impleuit.

Non obstat, quod in assensu, Rex uouerit, de pretio alia bona in Regno cō-

parari, quia istud nedum terrere non debet emptorem, uerum libentius ad emptionem imitari, cum ex hoc pinguius sibi prouideatur in casu euictionis, nec in aliquo additur grauamen, ex hoc fiet, quod si ab initio fuisset dictum inter Partes, quod Rex erat assensurus, hoc modo Domini emptores certe libentius emissent, fiet ex hoc, ut habeatur pro appposito ad glo. in l. tale. pactum in §. si. ff. de pact. nec dicant, quod quamuis profit hæc conditio, † quia tantum repugnat uoluntati, non fit admittenda ad l. fin. de usu, & habi. quia hoc procedit in claris, cū res certo modo desideratur, tūc aliter modus etiam melior non implet promissa, sed in casu nostro fuit desideratus, & promissus assensus, non datur certa lex in clausulis, discutiendum est modo, an sit talis conditio apposita, quæ diuertisset emptorē à principio; hoc ex boni uiri arbitratu decidetur.

Rursus isti Domini emptores contrahebant cum extero, cui Rex non facile consueuerat præstare assensum libere, ut haberet eum magis obligatum, potuit hoc saltem in genere cogitari de mil. test. l. qui iure imputent contra eos, qui non dixerunt legem apertius.

3 Considero ultra prædicta, quod aut uerba posita in assensu † important cōditionem, aut quod non important, facit primo quod dicit Bal. in rubr. C. de instit. & substitu. in princ. ibi modus, iam quod Rex nihil aliud facit, quam grauamen imponere. Secūdo facit text. not. in l. cum ab eo. ff. de cōtrahe. empt. qui ponit propria uerba assensus, uidelicet dummodo, & tamen non importat conditionem. Tertio facit text. not. in l. Mæuia. ff. de manumiss. testam. ibi sub hac conditione, quæ uerba uidebantur claram cōditionem importare, quia tamen illud, quod petebant à Rege, fuit iam cōcessum, & sic nihil aliud restat à Rege disponendum, & implendum, subsequitur, q̄ merito est modus, nō conditio, ut docet idem Bal. in d. rub. ibi, nam quandocunque adus. Quarto, & ultimi

mo non est dubium, quod ista emptio facienda de pecunia, quæ percipitur ex venditione Ciuitatis, nõ ob aliud à Rege desideratur, quam pro sua autoritate. habet enim vassallum, qui alias non erat, iura superioritatis cõseruat, ex hoc fiet, vt hoc onus nullo modo conditionem faciat, sed astringi poterit ad obseruantiam Magnificus Baptista Grimaldus, tex. est not. ff. de ann. leg. in l. quintus per totam legem.

Aut dicemus, quod est mera conditio, & aduertatur, quod non grauatur per eam in aliquo emptor, sed verba conditionis diriguntur ad venditorem, & quia est conditio hæc potestatiua, tunc dico, quod postquam illius implementum non potest deficere ex parte venditoris, iam quod pretium potest poni in Banco non liberandum, nisi ad effectum conuertendi in emptionem, si pretium non soluitur, tertius impedit, & haberi debet pro impleta ex not. per Bal. in l. r. C. de instit. & substit. quid aliud facere debet emptor, quam pretium deponere sic vincularum, & erit semper in tuto, postquam vëditor illud non habebit, nisi conuertendum in emptionem?

Aduerto vltterius, quod assensus à Rege præstitus iam est purus resoluendus, tamen si venditor non implet conditionem, & sic venit resoluendus sub conditione, ex hoc fiet, vt hodie assensus præstitus iam sit assensus ff. de in diem additio. l. 2. 3. & 4. & alibi videmus, quod actus conditionalis, etiam pendente conditione perfectus, ita vt ab eo recedi non possit. ff. de peri. & commod. rei vendi. l. necessario. S. si ita res, nec potest dubitare dictus emptor, vt hoc pretium non sit conuertibile in emptionem, quia videmus passim in Regno bona venalia, ita vt longe facilius sit reperire vëditores, quam emptores.

Audio ex aduerso prætendi, quod fuerit defectus in consignatione assensus infra annum, hic defectus sopiret litem, sed in facto non est verum, si dicitur, quod postquam ex clausula assen-

sus venit implendum vnum, quod impleri debet longe post annum, videtur emptio facienda ex pretio, hoc nihil facit, quia illa promissio cõsignandi assensum, respectum habuit ad illam facti consignationem, quæ iam fuit opportune, totum, quod sequetur, erit exequutio, & non vitiat. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si donatæ. S. si sponsus cum alijs.

## ADDITIONES.

**A**D num. 1. quod assensus debeat redigi in forma Regiæ Cancellariæ, alias non probat, vltra allegata per meum Genitorem hic, vide Ann. in repet. constitutionis constit. diuz memoriæ nu. 67. & 68. & num. 69. quærit quid de assensu firmato manu Regentium, & Proregis tantum, sed non erat sigillatus.

Vide etiam Consiliarium de Georgio in sua alleg. 14. nu. 13. qui scripsit ad confirmationem mei Genitoris, quod hodie assensus in Regno requirit scripturam.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## SUMMARIUM.

- 1 *Per quamlibet cõcessionem factam à Principe circa iurisdictionalia, non videtur ablata potestas Principi illam supprimendi, & moderandi ad libitum cum sequentibus numeris.*
- 2 *Omnis iurisdictionis est apud Regem tanquam apud fontem.*
- 3 *Priuilegiũ immunitatis potest per Principem tolli.*
- 4 *Ablato onere, videtur ablatum emolumentum.*
- 5 *Dato quod officium sit emptum pecunia, abuc dicitur gratia.*

## ALLEGATIO 72

**L**icet Rex cõcessit Magistris rationalibus Reg. Sicilæ iurisdictionem ponderum, & mensu-

mensurarum, non tamen prohibetur Rex illa vendere. Pro Regio Fisco contra Tribunal Siclæ.



Vod seruari debeat id, quod Sua Maiestas mandauit, debere scilicet vendi iura ponderum, & mensurarum, non obstante contradictione Tribunalis Regiæ Siclæ, apparet ex infra scriptis.

Primo, non apparet ex hoc processu concessio aliqua iurisdictionis ponderum, & mensurarum facta Tribunali Siclæ cum efficacia aliquarum clausularum, vt ex illis possit argui, Reges huius Regni abdicasse ab eis hanc iurisdictionem, quo fit, vt nil appareat in processu, quod fundet intentionem Tribunalis, nec esset opus Fisco fundare aliquid.

Sed dato, quod appareret concessio huius iurisdictionis, adhuc de iure non est ablata potestas Regi concedenti illam supprimendi, & moderandi ad eius libitum, ita in specie dixit Bald. in l. qui se patris colu. 8. vers. in concessis. C. vnde liberi, idem dixit punctualiter Frac. de Aret. in c. nouit colu. 3. vers. hoc tamen credo esse limitandum extra de iud. qui videatur: idem in indiuiduo tenuit Gemin. in c. 1. col. 5. vers. hæc puto vera de cõstit. in 6. inde dixit Bal. in c. 1. §. ad hæc de pace iuramento firm. col. 4. vers. ex præmissis, ergo quod omnis iurisdictione est apud Regem tãquam apud fontem, à quo fluunt, & refluunt, quod dictum solemus passim allegare in causarum decisionibus, ad quod etiam facit dictum Innoc. in d. c. nouit, quod vbi conceditur aliquid, quod non est quæsitibile de iure gentium, sicut est priuilegium immunitatis quod potest per Principem tolli, alleg. auct. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. Si Reges huius Regni cõcessissent Magistris Rationalibus in specie hanc iurisdictionem, quia non in Feudum, nec ex causa onerosa, sequitur quod non abstulissent ab eis eandem iurisdictionem,

nec facultatem illam alteri concedendi, videatur bonum cons. Socci. 4. in 3. vol. & quod per concessionem iurisdictionis ponderum, & mensurarum, si illa apparet facta, non videatur à se abdicasse facultatem de ea disponendi, est bonus tex. qui videatur in c. dudum in vers. nos igitur de præben. in 6. cum his, quæ ibi not. per Gemin. & Franch.

Prædicta procedunt fortius in casu, de quo agitur, postquam ista officia Magistrorum Rationalium Rex ipse instituit ex potestate sibi data à iure ciuili, quo fit, vt absq; causa aliqua idem Rex possit ea tollere, & extinguere, vt dicit not. Bald. in l. rescripta q. 4. C. de precib. Impera. offere. quod si tollere potest in totum, quid dicendum in moderatione ipsorum? postquam Tribunal Siclæ habet etiam alia emolumenta, facit etiam ad prædicta tex. in l. 1. C. de metro. berito.

Aduerto vltcrius, nam ex eodem processu apparet etiam ex lectura priuilegiorum, quæ producit Tribunal Siclæ, quod istæ commoditates concessæ fuerunt Siclæ, & illius Magistris Rationalibus respectiue ad onera, quæ sustinebant in administratione Patrimonij Regis, & erant talia ista onera, quod omnia fere negotia Regni erant in illorum manus, vt est etiam demonstratum ex libro vltimo loco producto per Fiscum, & quia postea hæc onera sublata sunt, quia translata in Cameram, vt colligitur ex priuilegio Alfonsi de ann. 1450. ex hoc fit, quod ablato onere quod videtur etiam ablatum emolumentum respectu oneris consimile, tex. est in l. filio. §. matri suæ. ff. de adim. leg. per quem sic dicit Bald. in l. 1. §. pro secundo nu. 12. C. de Caduc. toll. inde dici solet, vbi est honor, ibi & onus. ff. de excusat. tuto. l. amicissimos in princ.

Quod dicant Magistri Rationales, officia fuisse empta, hoc non tollit, quando ex lectura priuilegiorum non dicantur gratiosæ huiusmodi concessiones officiorum, dato quod pecunia interuenerit, & præualeat isto casu gratia, text.

text, est not. qui videatur. ff. de obseq. in l. Titius puerum, quem ornat, & extollit Socc. d. cons. 4. vol. 3.

Considerent vltimo Domini de Regia Camera, quia Rex mandat id, de quo tractatur, & forte mandat nō sine causæ cognitione, sed informatus, quomodo gerat se hoc Tribunal in exercitio istorum iurium. Insuper aduertant, quod Regia Curia est in possessione vendendi hæc iura ponderum, & deniq; aduerto, tutius esse, quod de omnibus consulatur Sua Maiestas.

## ADDITIONES.

**A**D num. 1. quod nunquam Rex censetur concessisse iurisdictionem priuatiue ad ipsum, sed bene cumulatiue, vltra allegata per meum Genitorem hic, concordant quæ scripsit Io. Vinc. de Ann. in alleg. 52. nu. 52. & 53. & Capic. decif. 9. nu. 16. fallit, quando in Priuilegio adesset clausula abdicatiua, seu priuatiua. Capic. decif. 122. nu. 6. & Vincen. de Franch. decif. 417. num. 2. & Gramm. decif. 30. nihilominus quando est concessa iurisdicō in certum genus personarum, intelligitur priuatiue concessa, vt per Capic. decif. 9. in 6. limit. & per Vince. de Franch. d. decif. 417. nu. 7.

Et vltra prædicta, Adde etiam Io. Andr. de Georg. in alleg. 42. qui cōsuluit, & obrinuit contra Magistros Rationales Regiæ Siciliæ propter eorum delicta in officio, & priuari fecit, quod tendit ad confirmationem eorum, quæ scripsit meus Genitor hic.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## SUMMARIVM.

- 1 Pater præteriens nepotem ex filio, facit, vt nepoti competat ius dicendi Testamentum nullum.
- 2 Per acceptationem Legati an ius dicendi Testamentum nullum, competat.
- 3 Illi acquiritur dominiū rei emptæ, cuius nomen in instrumento emptionis describitur.
- 4 Pater instituens filium in re pro-

pria ipsius filij, dicitur ipsum præterire.

- 5 Ius dicendi testamentum nullum præscribitur 30. annis: quod qualiter procedat.
- 6 Clausula Codicillaris quid operetur in Testamento nullo.
- 7 An Clausula Codicillaris habeatur pro apposta de stylo Notariorum.
- 8 Quicquid per Notarium in Testamento reperitur scriptum, illud præsumitur processisse ex partium voluntate.
- 9 L. si. C. de fideiuss. interpretatur.
- 10 Legitima Nepotis ex filio quantita sit in bonis aui.
- 11 Quæ imputentur in legitimam, an dotes legatæ filij contemplatione imputentur in legitimam.
- 12 Legitima debetur cum fructibus à die mortis.
- 13 Auius in bonis Neptis est legitimus administrator, & non tenetur rationem reddere; quod qualiter procedat.
- 14 In bonis Administratoris inducitur tacita hypotheca.

## ALLEGATIO 73.

**P**Ræterito nepoti ex filio cōpetit ius dicendi testamentum nullū, & plura de clausula codicillari. Pro Magnifico Leonardo Calamatia.



Non videtur posse dubitari per deducta pro parte Magnifici Leonardi Calamatia penitus elisam intentionem Iacobi Laulli, vt non modo per Excell. Dominos Iudicantes absolui debeat



debeat ab impetitione dicti Iacobi, verum relinquendus est locus ipsi Leonardo agendi etiam super alijs bonis, quæ fuerunt quon. Iacobi Calamatia, postquam bona, super quibus agitur, non suppleant aperta iura, quæ competunt ipsi Leonardo.

Negari siquidem non potest, primo quod Iacobus Calamatia ex Cypriana Ciaramella vxore habuerit Paulum, & Nardum filios masculos, & ex Nardo præmortuo, ipso viuento, Matthæum patrem Leonardi Iunioris, & quod moriens Iacobus ipse solum sibi vniuersalem hæredem instituerit Paulum, Matthæo eius nepote in potestate præterito, vt ex hac præteritione absq; ¶ dubio cõcludatur, Matthæo competiisse ius dicendi nullũ testamentum, quod procedit omni iuris dispositione inspecta, in auct. vt cũ de app. cogno. in §. causas. ff. de iniust. rup. & irri. l. filio præterito cum alijs, q̄ beneficium progreditur etiam vltra filios primi gradus scilicet ad nepotes in potestate per Bar. in d. l. filio præterito, vlt. col. vers. quæro; hic loquitur in filio præterito.

Et quia hæc opinio satis de iure procedit, non est quid vltius in ea insistã respõdebo tantum obiectionibus, qui sũt ex aduerso, dicit enim primo, Matthæũ sibi præiudicasse in hoc iure dicendi nullum testamentum Iacobi Aui per ¶ acceptationem legati sibi in testamento relicti, quæ acceptatio cũ induxerit approbationem. ff. de inoff. testa. l. nihil interest, non competit vltius hoc ius, quia hoc in factõ aliter procedit, negari enim non potest, domum, quæ præteritur legata per Iacobum ipsi Matthæo, fuisse propriam ipsius Matthæi tanquam emptam ab Auo, vt tutore, & dicitur in instrumento emptionis, illam emi nomine Matthæi pupilli, quo casu succedit regula, quod illi acquiritur ¶ dominium rei emptæ, cuius nomen in instrumento emptionis describitur in l. 1. & in l. cum propria. C. si quis alte. vel sibi, & illi quæritur actio, cuius nomine aliquid fit. ff. de leg. 3. l. fideicõ-

missa. S. interdum, maxime quando sumus in eo, qui se dicit tutorem, & administrat vt tutor, & iam extabant bona, quæ obuenerant ipsi Matthæo ex paterna successione Nardi, quæ omnia peruenerant in posse Iacobi, quo casu non est dubitandum, quod habebat de pecunia pupilli in eius posse, & tunc etiam, q̄ eius proprio nomine emisset, lex tamen actionẽ pupillo parat. ff. quãdo ex fact. tut. l. 2. Bald. in d. l. 1. C. si quis alte. vel sibi, quanto fortius hoc erit dicendum in isto casu, in quo Auuus, & tutor emit nomine pupilli, & vt eius tutor?

Postquam igitur res, quam Iacobus Matthæo legauit ¶ erat propria ipsius Matthæi, hoc legatum nõ tollit ius dicendi testamentum nullum, ita tenet Bal. in l. scimus in 4. quæst. C. de inoff. testam. & idem Bald. in l. suus quoque in vers. iuxta prædicta quærit. ff. de hæred. institu. in quibus locis tenet, quod Pater instituens filium in re propria ipsius filij dicitur ipsum præterire, vt sic dici possit testamentũ patris nullum, sequitur Alex. in 3. vol. cons. 20. in vers. secundo præsuppono, & Guliel. bene in c. Rainuntius in vers. in eo testamento relinquens.

Si vero Pars prætenderet ¶ dictum ius dicendi nullum non competere, tanquã tempora non suffragetur, vt pote lapsis annis 30. à morte testatoris per Bart. & DD. in d. l. filio præterito, & in l. 3. de acquir. hæredi. erit aduertendum in factõ, Iacobum fuisse mortuum in anno 1502. superstite Matthæo minore annorum quindecim, vt sic tempus incipiat currere ab anno 1505. sublatis annis tribus, & demum Matthæus ipse ¶ mouit litem contra hæredes Pauli in anno 1532. & sic intra tempus ann. 30. & omnia, quæ in dicta lite deduxit, dirigebantur contra testamentum, licet nõ dicebatur nullũ, quo casu sufficit, testamentum prædictum non transiisse silentio, & illum, cui ius annullandi competeat, non tacuisse in tempus legitimũ, quod sufficit, vt per Bart. in d. l. filio præterito nu. 28. q̄ & fortius procedit

T alia

alia ratione, nam Paulus Calamata filius, & hæres vniuersalis dicti Iacobi, moriens in tempus iam dicendi testamentum nullum, legauit dicto Matthæo bona, de quibus agitur, quæ iam per prius eidem Matthæo donauerat contemplatione matrimonij contrahendi inter ipsum Matthæum, & eius vxorem, quæ bona possedit iam Matthæus etiam in tempus dicendi nullum testamentum, quæ possessio bonorum hæreditarij dicti quon. Iacobi iustissimam causam præstitit ipsi Matthæo credendi, quod vltimus ipse nõ molestandus foret tam ab hæredibus Pauli, quam à quouis alio creditore, postquam hæc bona ipse nõ habebat vere lucratiuo titulo, sed Paulus sciens, se ipsi Matthæo debere longe maiorem quantitatem, quã erat valor dictorum bonorum, ideo dictam donationem fecit, vt sic hæc iusta causa tenens dictum Matthæum ipsum excusauerit à quolibet lapsu temporis, vt in simili dicitur de successore, qui in tempus legitimum inuestituram non petijt, quod veniat excusandus, si iustã causam ipsum detinuerit, Deci. consil. 144. nu. 6. volu. 1. Ruin. cons. 1. num. 4. volu. 1. quando autem cepit probabiliter dubitare dictus Matthæus posse molestari à creditoribus quond. Pauli, dictam successionem Iacobi petijt dicendo nullum testamentum, vt liquet hoc clare ex processu.

- 6 Nec obstabit, si dicatur ¶ quod quãuis comperat dicto Matthæo ius dicendi testamentum nullum, virtus tamen clausulæ codicillaris, quæ habenda est pro apposita in dicto testamẽto ex Notariorum consuetudine operatur, quod dictus Matthæus alias rupturus testamentum videatur rogatus restituere hæredi scripto, per dicta Bar. in l. 1. C. de iur. codici. ex quo licet posset fieri aliqua discussio, si dicta clausula esset in præsentem testamento, tamen ex quo in eo non reperitur, non est facienda vis aliqua, nec opitulabitur, quod illa habenda est pro apposita ¶ ex Notariorum consuetudine, quia de iure ho;

nõ procedit, nam licet verum sit, quod quicquid ¶ reperitur descriptum per Notarium in testamento, præsumitur, illud processisse ex partium voluntate per Bald. in l. errore. C. de testam. & in l. qui filiabus de testam. turo. per Bart. tamen hoc procedit, quando verba reperiuntur in scriptura, sed velle dicere, quod ea, quæ spectant ad substantiam dispositionis testatoris, etiam si testator non disposuerit, & sic si in testamento non reperiuntur, suppleantur ex consuetudine Notarij, hoc esset dare materiam subuertendi omnia defunctorum iudicia, vt quod ipsi non disposuerunt, censeatur pro facto, postquam clausula codicillaris ideo testamentum defendit, quia ex voluntate defuncti fideicommissum inducit, quod indutum, censi non potest, si nec verba, nec mens testatoris ex verbis collecta suffragantur, & hæc voluntas à Notario suppleri non potest, & in ijs terminis videtur sentire Bart. in d. l. 1. ff. de iur. codicill. in vers. sed pone posthumus, quod ampliatur per Tiraquell. C. de reuoc. donat. in l. si vnquam in princ. num. 167. & facit in particulari text. in l. si. §. illud quoque vers. nisi id ille complexus sit C. de codi. & in l. cohæredi §. cum filiarum, ibi nisi hoc expressum est ff. de vulg. & pupill. quæ ll. disponunt, quod testamentum nunquam habere poterit vim codicillorum, vel fideicommissum inducere, nisi hoc expresserit testator, & propterea si testator codicillarem clausulam ipse non dixerit in eius testamento, Notarius suppleri non poterit. C. de condit. ex l. in l. si nõ est in glos. in ver. accepturum, sequitur Innoc. in c. fraternitatis in vers. extra de heret. quod si secus diceretur, vt scilicet verba importantia voluntatem testantis possint poni ad libitum Notarij, & ex eius consuetudine, dato quod illa testator non protulerit, contractus operarentur vltra contrahentium voluntatem contra. l. non omnis. ff. si cert. petat. & hoc modo non obstabit text. in l. fin. in fin. C. de fideiuss. ¶ cum glo. quod

quod scilicet Notarius videtur rogatus apponere in instrumento omnes clausulas in eo apponi solitas, quia ille text. loquitur in clausulis, quæ etiam quod non sint appositæ, lex interpretatiue habens respectum ad contrahentium voluntatem, vult, quod pro appositis habeantur, vt in casu illius. l. & ex prædictis satis fundatur iure, successionem in bonis quon. Iacobi competijse dicto quon. Magnifico Matthæo, & successiue eius filio.

Et licet prædicta verissima sint de iure, vt illis attentis iudicari debeat, competijse ius succedendi in virilem dicto Matthæo, tamen denegata hac via, quod non est dicendum; competijset ipsi Matthæo ius legitimæ in hereditate dicti quond. Iacobi, & quia hoc negari non posset, attenda cuiuslibet iuris dispositione, erit videndum quanta fuisset legitima ipsius Matthæi, & postquam ipse subintrabat in locum Nardi Patris iam mortui, & cõcurrabat cum Paulo filio, legitima ipsorum erat triens, etiam si fuissent plures filij ipsius Nardi, secundum Salic. in authen. nominissima in 6. q. c. de inoff. testam. quem sequuntur Ias. ibi n. 5. 1. & ceteri omnes, sequitur Alexan. cons. 63. super 1. dub. vol. 1. & faciendo computationem facultatis, & filiorum dicti Iacobi, non videtur, posse dubitari, eius hereditatem suæ mortis tempore fuisse valoris ducatorum 12. mil. & hoc attenda etiam minori testium depositione, quorum multi erahunt illam ad duc. 20. mil. quorum bonorum duc. 4000. erunt legitima filiorum, & nepotum dicti Iacobi, vt sic computando filios Nardi pro vna persona, additis Paulo, & Angela, portio Matthæi fuisset in duc. 1333. & hæc quantitas integre ad Matthæum ipsum spectabat, licet cum onere dotandi eius sorores, quæ suis dotibus contentæ nil aliud poterat petere ab ipso Matthæo, quod absque dubio de iure procedit, & cum sorores dicti Matthæi fuissent duæ tantum, deducta portione, quæ alias de iure potuisset ab eis peti pro

iure legitimæ, seu paragij in bonis dicti Nardi eorum Patris, & sic dictis ducatis 1333. illud, quod remanebat in portionem dicti Matthæi, est in ducatis mille, & triginta sex.

11. Vt autem diminuatur legitima que competebat dicto Matthæo secundum prædicta, Pars dicit, quod in illam imputari debet, quod Iacobus reliquit fororibus Matthæi pro eius dotibus, & sic ducati octingentum viginti, quæ summa deducta, partem de legitima Matthæi superesset, quod tamen bene consideranti, nullius momenti debet videri, postquam hæc dos relicta filiabus Nardi, non potuit modo aliquo dici relicta contemplatione dicti Nardi earum Patris, & filij ipsius Iacobi, tum quia Nardus iam præmortuus fuerat, tum etiam quia voluit, quod in huiusmodi dotibus legatis, morientibus ipsis legatarijs absque filijs, succederet Paulus eius hæres, per quæ aperte demonstratur, dotes non fuisse legatas filij contemplatione, quo casu in legitimam imputari non debet, fuit opinio Bart. in l. dotem dedit, de collat. bono. sequitur Angel. & Alex. in l. in quartam in fin. ff. ad l. Falcid. & Deci. consil. 81. num. 5. volum. 1. & dicti Angel. in d. l. in quartam in fi. quod per inditia apparere poterit, dotem legatam Aui contemplatione, & non filij. Alia etiam ratione hoc suadetur, quod hoc legatum dotium in legitimam filiarum, vel Matthæi imputari non possit propter dictum onus adiectum, & substitutionem factam, quod facit, vt nullo modo legatum cum tali onere imputari debeat in legitimam, ita tenet Bald. in l. quoniam nouella in vltima quæstione de inoffic. testam. qui dicit, hoc fuisse de mente Iacob. de Are. in l. vxorem. S. pater naturalis, per illum text. de leg. 3. & est ratio, quia nõ potest in dote grauamen inferri, sicut nec in legitima, vt in d. l. quoniam nouella. Si igitur datio dotis Aui contemplatione facta, & dictum onus adiectum operatur, vt in legitima

zale legatum imputari non possit, non est, quod in hoc se fundet Pars aduersa, licet etiam prædicta procedant, quando ageretur de legitima ipsarum filiarum Nardi, quibus legatum fuit factum, sed velle dicere, quod liberalitas, quam exercere voluisset Iacobus Auus, & dotans, velit conuerti in aduersam fortunam ipsius Matthei, qui ex eius persona consequi debet suam legitimam, nullo iure fundatur.

Postquam igitur de iure ambigi non potest, dicto Mattheo competisse legitimam secundum prædictam computationem, † non poterit similiter negari istam sibi fuisse debitam cum fructibus à die mortis Iacobi, quæ fuit in anno 1507. vsque ad annum 1529. quo anno mortuus fuit Paulus Calamaria, sic dicit glo. in l. in fideicommissaria, in glo. magna, ibi & no. generale. ff. ad Trebel. fac. ff. de inoff. testam. l. Papinianus. S. unde si quis, & C. eod. in l. scimus. S. repletionem, sequitur Alex. conf. 69. in 2. dub. volu. 1. quod procedit, etiam si per hæredem fuissent bona fide consumpti, secundum Bald. in l. non est ambiguum, vers. modo quæro, C. famil. hercis. sequitur Alex. dicto conf. 69. Et si computatio legitimæ, quæ dicto Mattheo competisset, attenda probatione facultatis, secundum prædicta ascendit ad dictam summam, quid dicetur, considerata perceptione tot fructuum, quos ab hæreditate percepit Paulus ipse per annos 27? qui omnes tempore, quo Mattheus legitimam petijt, auxerunt hæreditatem ad duplicatum valorem. l. item veniunt, S. fructus. ff. de petitione hered.

Vltra quæ omnia superius adducta, remanet locus petitioni honorum, quæ fuerunt prædicti quon. Nardi Calamaria patris ipsius Matthei quæsitæ per ipsum Nardum eius opera, & industria, & quæ post mortem dicti Nardi venerunt in posse dicti Iacobi, & successiue ipsius Pauli, & illa per eos administrata fuerunt, existente Mattheo minore, & sub ipsorum protectione, vt sic

postquam persona, & bona ipsius Matthei fuerunt gubernata primo à dicto Iacobo, vt tutore, demum ab ipso Paulo, qui se pro tutore, vel curatore gessit: regula iuris faueat, quod ipse teneantur rationem reddere, vel ipsorum hæredes, quibus illam non reddentibus, summa, quæ venit in ipsorum posse, verificata in processu, vel saltem taxanda arbitrio iudicantis, debeat ipso Leonardo refici vna cum legitimis vsuris.

Et si forte Parti aduersæ durum videbitur, quod cum Auus, qui in bonis nepotis est de iure legitimus administrator † non tenetur rationem reddere de administratis per eum in l. cum oportet, S. si. & ibi omnes. C. de bon. quæ liber. & in l. 1. C. de bon. mater. & Socc. conf. 44. nu. 12. vol. 1. incipiente, prosequendo ordinem, quod in tantum procedit, vt possit rem sui filij, vel nepotis ex eo, alias cum decreto alienandam, sine eo distrahere secundum Azo. in sit. de bon. quæ liber. relatum per Afflict. decis. 393, in 1. dub. & ex hoc quærat sustinere, quod bona dicti quon. Iacobi, & Pauli non possint ex hoc pretendi obligata, dicitur, hoc non obstare modo aliquo.

Nam licet sit vera dicta regula, quod pater in bonis filij gerens se vt legitimus administrator, non teneatur rationem reddere, est tamen vera limitatio istius regulæ, quod scilicet quando pater administrat, vt tutor filij, tenetur sicut quilibet extraneus, & ligatur legibus loquentibus de quolibet alio tutore, ita dicit Bald. in l. licet per illum text. C. ad l. falcid. & idem Bald. in l. si superstite, C. de dolo, & idem Bald. in d. l. cum oportet, S. fin. versic. extra quæro, C. de bon. quæ liber. quod clarius dixit, & tenuit idem Bald. in l. is qui. ff. de tuto. & curato. in quibus locis clarissime tenet, quod quando pater, vt tutor administrat, habent locum in eo omnia, quæ in quolibet alio tutore, licet nõ sic exacte, secundum eum in d. l. is qui, quod confirmatur apertissime per text. in l. tertia C. de præd. min.

per

per quem limitatur dicta opinio Azo. in summa de bon. quæ lib. quod illa nõ habeat locum, quando pater alienat vt tutor, quia tunc seruantur iura tutelæ, nec poterit dici, dicta iura, & doctrinas loqui in filio emancipato, quia contrarium expresse sentit Bal. in d. l. is qui, ad q̄ facit similiter tex. C. de sent. pass. in l. si. s. si. & licet glo. si. ibi videatur cõtrarium sentire, illud tñ procedit, quando pater administrat iure patrio, & sic vt administrator legitimus, non aut vt tutor, nec est dissonũ à iure, q̄ pater alias legitim⁹ administrator possit esse tutor sui filij, eiusdemq; in potestate, facit pulcher text. in l. Aurelius. S. Titius, ibi, de patre tutore suo. ff. de lib. lega, idem expressius dicitur in d. l. licet, & in d. l. si superstiti, postquam igitur inducta cõtra tutores habent locum etiam in patre, qui administrat vt tutor, per prædicta non poterit negari, quod habebit et  
 14 locum dispositio † l. pro offi. C. de administr. tuto. quæ inducit hypothecam in bonis tutoris administrantis, quod autem dictus quon. Iacobus administrauerit, vt tutor, Pars non poterit negare ex lectura instrumenti emptionis factæ per dictum Iacobum nomine Matthæi pupilli, in quo se nominat eius tutorem, & est credendum, quod fuerit sibi decreta tutela, postquam sic se dicit, quod adiuuatur ex temporis antiquitate, quæ hanc solemnitatem extrinsecam præsumi facit, vt est vulgare apud omnes DD. maxime quando illa in instrumento antiquo enunciatur, quia tunc antiquitas temporis facilius operatur, prout in simili de solemnitate mandati, consuluit Dec. cons. 36. nu. 8. vol. 1. Ex quibus omnibus suadetur necessario, q̄ Iacobi bona fuerint tacite hypothecata ipsi Matthæo pro suorum bonorum administratione, quæ si Pars aduersa dicit non fuisse formiter verificata modo, poterit tamen negari, quin bona nõ remanserint, quæ de facili explicari poterint per Excell. Commiss. qui bene nouit merita proces.

De Paulo autem administrante faci-

lior erit sermo, si quidem negari non potest, ipsum administrasse, & Matthæum remansisse ann. 15. ac sub protectione ipsius Pauli, in cuius persona, si deficit expressa tutela, vel cura, sufficet tamen dici, ipsum administrasse pro Curatore, quo casu pariter erunt tunc eius bona tacite hypothecata per glof. in d. l. pro officio, sub cuius Pauli prædicti administratione comprehendente iam bona quon. Cyprianæ Ciaramellæ eiusq; doctes, de quibus moriens disposuit in dictum Matthæum per eius testamentum, & hæc omnia etiam venerunt in manus Pauli, vt simul iunctis ambabus ijs hæreditatibus tam dicti quon. Nardi Patris, quam Cyprianæ Auix (si denegatur illarum liquida probatio) debeat sumi aliqua conueniēs quantitas melius visa dicto Excell. Commiss. reliquum esset, fundari intentionem ipsius Magnifici Leonardi in summa paragij, q̄ fuit liquidatum cum interesse pro Angela filia dicti Iacobi, quia tamen sententia, & decretum dederunt illi legem tam in declarando, illud deberi, quam in taxando interesse, merito circa illud non insisto, & postquam bona, quæ tenta fuerunt per dictum Matthæum, adiuuit bona fides possidentis, non est quod Pars prætendat, interesse paragij debere compensari cum fratribus, cæterum si vellet prætendi bona male possessa, & successiue fructus nõ bene perceptos, coaceruentur summæ, quæ sunt debite ipsi Leonardo ascendentes ad ducatos fere quatuor mille, & restituantur illi cum legitimis vsuris, quia tunc de fructibus, & bonis ipsis habebitur ratio de iure habenda, habita consideratione etiam quod quando in posse Matthæi illa peruenerunt, non erant valoris ducatorũ 1500. & si hodie forte pretiosiora reperiuntur, hoc fecit labor, & expensa dicti Matthæi, & Leonardi filij, cuius intentio ex prædictis, iudicio meo, satis fundata videretur, vt absolui penitus debeat ab impetitione Iacobi Lauelli.

**A**D nu.7. quod clausula codicillaris si nõ est expressa per testatorem, non subintelligatur de consuetudine Notariorum, concordat cum dictis per meum Genitorem hic Guido. Pap. decis. 513. Deci. cons. 205. in fin. & cons. 294. Gramm. decis. 62. num. 23.

Ad n.1. in materia præteritionis, Addo, quod præteritio patris est loco exheredationis, & non facit testamentum nullum, sed dat querelam inofficiosi testamenti, vel bonorum poss. cont. tab. Textus est in l. cum filium. C. de inoff. testam. vbi Bar. Bal. Ias. & alij Doctores, & magna est differentia, esse testamentum nullum, & venire rescindendum, quia quando est nullum, omnibus est quitum ius nullitatis, sed quando aliquo remedio potest rumpi, illi soli competit actio, qui est grauatus. l. si post mortem. S. sed & ad eo. ff. de bon. poss. cont. tab. sic optime declarat Consil. de Georg. in sua allegat. 27. nu. 18. & 19.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

### SVMMARIVM.

- 1 *Interesse dotis quãdo debeatur Genero.*
- 2 *Interpellatio regulariter moram parit.*
- 3 *Fauore mulieris mora irregularis contrahitur.*
- 4 *Si fit refutatio, & sequitur immediata promissio, refutatio censetur facta spe futurae numerationis.*
- 5 *Ad euitandum cursum vsurarum ipso iure admittitur compensatio.*
- 6 *Quando litis scientia sufficit ad inducendam moram, vel culpam.*
- 7 *Procurator in rem propriam eandem patitur compensationem, quam patitur cedens.*

**I**nteresse dotis quando debeatur genero. Pro Dñis Pascali Caracciolo, & Fratibus.



Duertatur ad hanc petitionem Ducis, nam ipse innititur executioni sententiæ, quæ condemnauit Magnificos Conuentos ad duc. 1372. vna

cum interesse, capitale iam fuit consequutus, si vult interesse à tempore litis motæ vsque ad tempus solutionis, non erit contradictio, taxet S.C. habita ratione veri interesse, quod passus fuit, & erit lis finita.

- Si vult Dux interesse à tempore dissoluti matrimonij † per mortem filij habita consideratione, quod nõ potuit consequi duc. 4000. sibi competentes de dote filia ob compensationem passam cum creditoribus, consideretur, Dux maritat filiam, facit vt gener confiteatur dotem recepisse, postea ipse per instrumentum mutui promittit soluere infra certum tempus, si dos non soluitur infra tempora promissa, ego quaero, qua actione potuisset conueniri Dominus Pascalis ad interesse? ex propria persona non, quia nec Comiti, nec Duci quicquam promiserat, ergo nulla obligatio, ergo nulla actio. l. licet. S. ea obligatio. ff. de procur. ex mora certe non, † quia nulla interpellatio, quæ regulariter moram parit, vt. ff. de vsur. l. cum quidem. S. si pupillo, ibi, vsuræ. n. qui est pulcher tex. ff. de vsur. nec dicitur, quod fauore † mulieris possit considerari mora irregularis, quia hoc procedit inter virum, & vxorem, vel procedendi contra promittentem. Non nõ est æquum, vt maritus sustineat onera matrimonij, & dos sibi non soluetur, ita dicunt omnes in l. de diuisione ff. sol. matr. & in l. si mora eo. tit.

Non poterat Dominus Pascalis, vt promissor conueniri, cum non sit, & si

fuit.

fuiſſet,debebat expectari lapſus biennij poſt matrimonium contractum ad terminos.l. fin. S.præterea.C. de iur.dor. ſi vt hæres Comit̃s teſtatoris vult tene- ri hoc legatum,in quo auget dotis pri- uilegium,certe non video:mulier pote- rat petere, & conſtituiſſet debitorem in mora, ita vt licito iure,vel à tempo- re moræ litis, vel conſteſtatæ potuiſſet intereſſe prætendi, iuxta terminos.l. 2. C.de uſur.& fru.leg.

Si ergo nec Comes poterat petere, immo nec petijt à Domino Paſcali, Dux noluit, quod non appareat interpella- tio, vbi fundabitur hoc interuſurium dotis non ſolutæ? & ſi verum amamus, non improbe dici poterit, quod totum damnum non ſolutæ dotis cedere de- beat in commodum d. Ducis, qui cepit teneri Comiti Genero ex propria obli- gatione ex cauſa mutui, & licet ſoleat dici, quod cum procedit refutatio, & ſe- quitur immediate promiſſio, cenſetur  
4 dicta refutatio ꝑ facta ſpe futuræ nume- rationis, vt in caſu tenet Bal. C. ſi cert. peta. l. ſi abſentis in fin. ita vt etiam de- beantur uſuræ, tenet, & refert Capic. deciſ. 183. hoc tamen procedit in ſolo promittente, qui ſi ab initio dediſſet do- tem Genero, prout legata fuerit, cedē- do nomina debitoris, conſtituiſſet Ge- nerum in mora petendi, & Dominum Paſcalem in mora ſoluendi, hoc non fe- cit, quod potuit, illud. q̄ forte voluit, da- re ſcilicet dotem ad onera Domini Pa- ſcalis, & aliorum debitorum non fe- cit, ergo facit regula. l. multum inte- reſt. C. ſi quis alteri, vel ſibi, dicat mihi Dominus Dux, ipe promiſit Genero dotem ſimpliciter, nulla facta mentio- ne, quod ſoluenda erat ex legato teſta- toris, ponatur, quod Dominus Paſca- lis, & cæteri debitores effecti fuiſſent non ſoluendo, quando Gener dotem pe- tebat, potuiſſet ne Dux ſe iuuare ex de- rioratione prædicta certe non, ſuum enim erat onus petere à Domino Pa- ſcali, & alijs, argum. ff. de iur. dor. l. ſi extraneus. Si videbat Dominus Paſcalis non abſtringi, & hoc non obſtante, ſol-

uebat, & ſua particularis ſolutio admix- tebatur, cur debebat credere ex mora ſe obligatū uſuris? ratio ſanguinis ſua- debat, vt ad intereſſe nulla fuerit, vel cogitatio Ducis. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi ſeruus communis, ex hoc fiet, vt nullo iure videatur aſtrictus Domi- nus Paſcalis ad dictum interuſurium.

Sed ponamus, quod Comes Alifarū tanquam habens obligata omnia bo- na, ac iura ſoceri, vel ex hoc, vel quia legatum pro dote erat factum ſuæ vxori, potuiſſet petere hoc interuſurium, & illudmet potuiſſent prætereſſe credito- res ipſius Comit̃s, nõ ne Dominus Pa- ſcalis petuiſſet contra Comit̃em pe- tētem, vel ab eo cauſam habentes op-  
5 ponere compensationem alterius ſum- mæ ſibi debitæ? quis dubitat ſaltem, ad euadendum curſum uſurarum, gloſ. in l. ſi conſtat, de compenſat. ad hunc finem, tenent omnes, illam fieri ipſo iu- re, quando Dux videbat petita per eum circa ratam, mortua filia, ſi prætende- bat, ex euentu dictæ litis remanere ſibi actionem contra Dominum Paſcalem, nonne eodem contextu debebat litem, & litis merita notificare non ſufficit, q̄ prætendit probaſſe ſcientiam talis litis remaneri ſibi actionē contra Dominum  
6 Paſcalem, qui erat opus ſcire ꝑ quali- tates litis, quod ſcilicet ipſe patiebatur repugnantiam ex culpa Domini Paſcalis, allegatur gloſ. noſ. in c. con- certationi de appell. in 6. vt ex his poſ- ſit concludi, quod ex dicta ſententia, nullum præiudicium fuit Domini Pa- ſcali cauſatum.

Sed ego ulterius aduerto, quod Dux in eo, quod ſibi debetur, nullam habet actionem contra Dominum Paſcalem habet enim actionem ad petendos ſuos quatuor mille ducatos contra Comit̃em Alifarum, & ſuper eius bonis, ſed dicat quod ſaltem iure ceſſo à creditoribus, quibus facta fuit compenſatio, agere po- teſt, cum vt procurator in rem propriā ꝑ debet pati eandem compensationem  
7 ff. de procur. l. ſi quis rem, ergo hodie poteſt Dominus Paſcalis opponere  
illud



illud idem, quod potuisset Comiti, & eius creditoribus, si vult, sibi dari actionem pro eo, quod vere Dominus Pascalis tenebatur, iam egit, obtinuit, & fuit solutum, & hodie offertur interesse.

## ADDITIONES.

**V**D nu. 1. & per totam, Addo, quod quicquid dicant Canonistæ in c. salubriter extra de vsuris, etiam quando dos promissa consisteret in pecunia, & fieret mora in soluendo ipsam dotem post biennium à die contracti matrimonij currunt vsuræ, seu interesse pro oneribus matrimonij, vt est text. in l. si. §. præterea. C. de iure dotium. Quinimmo quod etiam de iure Canonico possit maritus, cui promissa est dos, & in ea persoluenda facta mora, petere vsuras, si sustinuit onera matrimonij, tenuit Bar. in l. si in insulam. §. vsuras. ff. sol. matrim. & sequitur ibi Cumanus, Paul. de Castr. & Alexander, & ita obseruat communis practica, vt per Corne. conf. vlt. vol. 2. incip. non seruato ordine, latissime Iaso. in §. fuerat à num. 20. instit. de actio. Vine. de Franch. videatur in decif. 217. & 219. decif. 33.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## SUMMARIVM.

- 1 *Portare hastam pallij an sit actus possessiuus ad Sedile nobilium.*
- 2 *Singularitas testium quādo sit obfatiua, vel adminiculatiua.*
- 3 *Testis in vno falsus in omnibus rediditur falsus, quinimmo facit, vt alijs testibus nulla fides sit danda.*
- 4 *Contraria fama plenius, & fortius probata præualet fame contrarie.*
- 5 *Qualitas cum homine non nascens, debet in specie probari.*

## ALLEGATIO 75.

**Q**uæ probationes requirantur ad probandum, quod

antecessores gauisi sint honoribus Sedilis. Pro Ill. Sedili Capuanæ.



Iscurrendo ea, quæ Magnifici Actores producant, aduerto Circumspectos Iudices, quod ex eis obtinere non possunt, testes examinati sūt qua-

tuor, quorum duo videlicet 12. & 13. dum dicunt vidisse Antonellum portasse hastam Pallij, quia deponunt de actu qui explicari poterat, & à Nobili de Sedili, & à Barone, & ab aliquo, qui fuisset Regum fauorabilis, & sic necessario non concludunt, producenti nõ profunt in aliquo, ita Angel. in l. postquam in l. si. ff. de pet. hæred. sequitur Butr. in c. in præsentia nu. 5 1. de probat. firmat Dec. vol. 1. conf. 109. vt obtinerent, debebāt testes deponere præcise de hasta Pallij portari solita à Nobilibus de Sedili. Rursus isti testes sunt singulares in tempore, vnus deponit videlicet 13. hoc fuisse, sunt anni 55. & numerando à tempore, quo deponit, sentit de anno 1506. alter deponit vidisse per annos multos ante bellum de Lautrecco, quod non potest importare vltra sex, vel decem annos ad plus, & quia bellum fuit in anno 1528. sua depositio sentit de anno 1518.

Nec dicatur, quod ista erit potius adminiculatiua singularitas, quæ proinde non obstat ex mente Bal. in rubrica de controuer. inuest. quia cum tractetur de probando vnum, quod potest esse, & non esse, vt Pars præcedit, postquam potuisset portari hasta à Nobili, & a nõ Nobili de Sedili, sequitur, quod singularitas sæper nocet, ita considerat Paul. de Castr. in 2. vol. conf. 143. incip. viso processu, & attestacion. colu. vlt. ibi non ergo debet nocere singularitas, sequitur Aim. conf. 78.

Ex alio etiam dicti testes non profunt Parti, nam dictus testis 13. qui deponit vidisse hoc per multos annos ante bellum, intelligendus est, prout ius intelligit in hac dictione (multos) quæ inter-

interpretatur lex non ultra, quorum  
 glos. not. in c. ad nostram de reb. eccles.  
 non alien. tenet Bart. in l. 1. §. & hoc re-  
 scriptū, & ibi Alex. ad Syll. & si adhuc  
 velimus tenere mediam opinionē Glos.  
 in l. fin. ff. si ager. vest. quod extendan-  
 tur ad annos decem, adhuc depositio  
 talis testis extendit se ad annum 1518.  
 quo tempore mortuus erat Antonellus,  
 ut ex hoc talis testis necessario redda-  
 tur falsus.

Et istud nedum prodest, ut hic testis in vno  
 3 falsus + sit falsus in omnibus alijs, ut  
 per Innoc. in c. fraternitatis de heret.  
 tenet Oldrad. conf. 37. & sequitur Aim.  
 conf. 99. nu. 8. sed etiam proderit, ut nul-  
 la sit fides danda alijs testibus: ita pul-  
 chre Bal. in l. 1. C. de quæst. quem sequi-  
 tur Ioa. de Anan. in d. c. fraternitatis, &  
 autem Antonellus fuerat mortuus in  
 anno 1513. producta est fides solutio-  
 nis releuij in Reg. Cam. ab eius filio.

Remanet depositio Angeli de Ver-  
 nais, qui est primus testis, & dum depo-  
 nit vidisse Antonellum gaudere omni-  
 bus honoribus Sedilis, non assignando  
 ullam rationem, dico, quod nullam fa-  
 cit probationem, postquam non depo-  
 nit factum aliquod, quod de per se rela-  
 tum simpliciter esset actum inferre ad  
 rationem dicti, sed dicit vnum, quod po-  
 tius in intellectu consistit, & ideo assi-  
 gnatio rationis necessaria est, ita Bald.  
 not. in l. solam col. 1. C. de testib. in eo  
 autem, quod hic met testis deponit vi-  
 disse Antonellum dare vocem cum alijs  
 in Camera Sedilis, quia re ipsa apparec  
 non deponere verum, immo impossibile  
 non est opus alia consideratione.

Ut ex his possit merito dici, Actores  
 non esse in probatis, quod suaderetur for-  
 tius ex qualitate facti, & testium, agi-  
 tur de probando quem fuisse nobilem  
 de Sedili Capuanæ in Ciuitate sic po-  
 pulata; hodie viuūt pene innumeri, qui  
 Antonellum cognouerunt, & quidem  
 sunt personæ omni exceptione maiores,  
 & producti ex aduerso in hoc iudicio;  
 nullus audet deponere de quasi posses-  
 sione nobilitatis, præter quosdam pau-

peres, viles, incognitos, & multis la-  
 queis repulsæ reiectos, quis Iudex, cui  
 probationum summa est commissa,  
 crederet?

Nec dicatur, quod prædicti testes de-  
 ponunt de fama, quod Antonellus fuit  
 gauisus honoribus, quia licet talis fa-  
 ma non sit formiter probata, ut docet  
 4 Bar. in l. de minore, §. tormēta de quæst.  
 tñ quia plene per Dominos de Sedili,  
 & formiter probata est contraria fa-  
 5 ma, + talis probatio præualet. l. 1. & da-  
 to, quod Antonellus Ciuitatem Nea-  
 politanam, vel ex domo, vel vxore, vel  
 alio quouis modo quæserit, non sequi-  
 tur ex hoc, ergo est de Sedili, sed illud  
 in specie debet probari, cum sit quali-  
 tas cum homine non nascens, ita in spe-  
 cie dicit Bal. in l. non ignorat in princ.  
 ibi not. tam quod quædam sunt quali-  
 tates. C. qui acc. nõ poss. & in l. in actio-  
 nibus. S. plane, ibi obscuritas est in qua-  
 litate personæ, de in lit. iur. vbi q̄ qui  
 vult dicere se magnatem, debet illud  
 probare, cum præsumatur potius popu-  
 laris, & ex hoc inferri potest, quod stan-  
 te cōsuetudine Sedilis similes aggrega-  
 tiones faciendi per priuilegium. ut ple-  
 ne ostensum est, ne dum infertur, quod  
 Magnifici Actores in hoc eorum inten-  
 tionem non probauerunt, sed capienda  
 est contraria coniectura ex consuetudi-  
 ne Sedilis. ff. de pign. act. l. vel vniuer-  
 forum, maxime quia ista consuetudo vi-  
 gebat eod. tempore Antonelli, & non  
 est credendum, quod si fuisset aggrega-  
 tus, omisisset expeditionem sui priuile-  
 gij, isti Magnifici Actores non possent  
 prætere confessoriam in his iuribus  
 in corporalibus, nisi ostendant se ipsos  
 veros Dominos, quibus proprie compe-  
 tit hæc actio. l. 2. in princ. ff. si ser. vend.  
 cum similib. ut sic ex prædictis rectissi-  
 me inferri possit, Dominos de Sedili es-  
 se absoluendos.

## A D D I T I O N E S.

A D nu. 1. & per rotam, Adde ad confirma-  
 tionem dictorum per meum Genitorem  
 hic, quod nobilitas in sedili est probanda  
 per

per veras probationes, & non adminiculationes; nam nobilis non censetur ex hoc solo, quod sit descriptus inter nobiles. Bald. & Imola in l. quotiens §. si cum ff. de hered. Instit. & ideo isti, qui reperiuntur in taxa cum nobilibus platearum, aut associatione Oeconomorum Sedilis Capuanæ, aut ad asportandam hastam Pallij, non sunt sufficientes probationes, nisi alix coniecturæ concurrant. Vide Anna sing. 258 & 359. & quæ ibi addidit Fab. de Ann. eius filij. Vide etiam quæ scripsit in hac materia Conf. de Georgio in sua alleg. 42. nu. 33.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

### SVM MARIVM.

- 1 *Vita militia debita rebelli queritur Fisco, durante vita rebellis.*
- 2 *Vita militia debetur etiam in successione transfuersalium.*
- 3 *Feudum Rebellis, quod ab alio domino tenetur, deuoluitur ad Regem, contra quem est commissa rebellio, durante vita naturali ipsius rebellis.*
- 4 *Bona alienari prohibita, durante vita rebellis confiscantur.*
- 5 *Vsusufructus perit, si fructus pereunt non sic in vita militia.*

### ALLEGATIO 76.

**V**ita militia debita rebelli queritur Fisco, durante vita rebellis. Pro Fisco contra illos de S. Felice.



Qvod vita militia debita † Antonio S. Felici Rebelli querita sit Fisco durante vita talis rebellis vsque ad mortem naturalem, fundatur ex infra scriptis.

Primo, ex quo Antonius fuit rebellis, Fiscus habet intentionem fundatam,

vt sint confiscata omnia nedum bona, per text. in l. quisquis in princ. C. ad l. lul. Maiest. sed etiam credita, vt in l. si eod. tit. vbi glos. in vers. soluere, dicit hoc esse speciale in Fisco: & quia non expressit lex, quod isto casu rebellionis mors ciuiliis æquiparetur naturali, non est similis ratio vtriusque mortis, glos. not. in c. placuit 16. q. 1. tenet Alex. qui multos cumulat in conf. 139. viso themate in 2. volu. quo fiet, vt quousque aduenerit mors naturalis ipsius Antonij, Fiscus habere debebat hanc commoditatem. ff. de iur. fisc. l. Statius Florus. S. Cornelio Felici.

Secundo, hoc videtur decisum in specie per Afflict. in constitut. Comitibus, quinta, dum per bonas rationes fundat, quod si secundogenitus est rebellis Regis, & postea obtinet restitutionem plenam, quod poterit à fratre primogenito recuperare totum, quod sibi debebatur pro vita militia tempore, quo fuit rebellis, vt ex hoc videatur, quod si recuperat sibi debitum pro præterito, ergo non fuit queritum fratri primogenito, quia restitutio non potuisset operari in præiudicium iuris alteri queriti maxime ex l. dispositione, vt omnes not. in l. Gallus. S. & quid si tantum ff. de lib. & posthu.

Tertio, ista vita militia aut consideratur, vt legitima secundogeniti super Feudo, aut vt portio, seu loco portionis quæ sibi in Feudo competiisset, vt And. dicit in dicta const. Comitibus, & Affl. decis. 252. aut loco alimentorum, quæ secundogenito debentur, vt firmat Fricia in 2. lib. differ. 19. inter feud. hæred. & ex pacto, & prouidentia, quod verius credo iam, quod hæc vita militia debetur etiam in successione transfuersalium, inter quos non datur legitimarius, prout sic fuit decisum in vita militia transfuersalium in causa Principis Hostiliani, vt refert Capic. decis. vlt. totum hoc erit commoditas secundogeniti, quæ postquam non extinguitur, veniet ad Fiscum. ff. de peric. & commod. rei venditæ. l. necessario. S. si. durante tamen

tamen vita naturali ipsius rebellis confiscati.

Quarto, si tenemus, quod hæc vita militia secundogeniti sit in eius persona tanquam Feudum de per se, vt pulchre fundat Camerarius in c. Imperialem car. 102. lit. N. per rationes, quas ipse considerat, tamen succedit decisio particularis Spec. in tit. de feud. §. quoniam super homagijis vers. quadraginta queritur, vbi fundat optime, quod feudum rebellis † quod ab alio Domino tenetur, immediate deuoluitur ad Regem, contra quem est commissa rebellio, durante vita naturali ipsius rebellis, & ibi satis notabi. respondet ijs, quæ in contrarium allegabantur, idem tenet Baldus in cap. nulla in fia. per quos fiet inuest.

Quinto, suadetur hæc opinio ex eo, quod videmus, quod prohibitus alienare † bona sibi in testamento relicta, ita vt post eius mortem deueniant ad Titium, si interim delinquit, ob quod eius bona confiscantur, quod erunt pariter confiscata hæc bona alienari prohibita, durante tamen eius vita naturali, vt verius tenuit Oldrad. conf. 17. & Rom. in l. si constante. §. fin. ff. solut. matrim. Quicquid dixerit Alex. conf. 23. vol. 1. & pulchre fundat Alciat. conf. 783. cur non sit idem dicendum in casu nostro, in quo secundogenitus habet fortius ius, quam heres prohibitus alienare? & postquam hæc vita militia non potest computari vsufructui, non obstabit, quod dixit Loffred. in conf. 5. q. 3. ad tex. in l. Staius florus, capit. n. vsufructuarius manu propria, secundogenitus non, si fructus omnes pereunt † peribit pariter, & vsufructus, non sic in vita militia, quam præstabit primogenitus, dato quod fructus non percipiat, vsufructus tanquam Feudum de per se non poterit alienari sine assensu etiam in ipsum primogenitum, vel dominum Feudi, sed vita militia remitteretur absq; assensu, vt ex hoc dicatur, quod si vsufructus, quem tenet rebellis, consolidabitur cum proprietate, secus est vita

militia, l. 3. multi in l. si finita. §. si de vctigalibus tenuerint et vsufructu confiscari, durante vita naturali ipsius vsufructuarij, & demum videantur ad prædicta ea, quæ ponit Hieronym. Gigas in tract. læsæ Maiest. lib. 2. q. 3. & 5. & rogo, vt hic punctus bene consideretur sit namq; lex per talem determinationem in casu satis præiudiciali.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. 1. vltra allegata hic per meum Genitorem, vide Loffr. in c. 1. §. quid ergo col. 2. vers. dubitatur de inuestitura de re aliena facta. Et ad propriam materiam allegationis vide, quæ copiosius scripsit Vrsill. ad Aff. decis. 127. nu. 3. vsq. ad fi. *Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Quod Regia Pragmatica, per quæ prohibetur Officialibus munera capere, non includat Fisci Patronum.*
- 2 *Testes singulares nullam faciunt fidem.*
- 3 *Tantum probant mille testes singulares, quantum vnus.*
- 4 *Pragmatica, seu quodlibet Statutum, quod est poenale, non potest intelligi, nisi in his, in quibus expresse loquitur, nec per subauditum intellectum ad aliud extendi potest.*
- 5 *Statutum, quod poenalitatem, & correctionem continet, non extenditur etiam ex ratione expressa.*
- 6 *Ex præfationibus demonstratur statuentis intentio.*
- 7 *Aduocatus Fisci non est Iudex.*
- 8 *Aduocatus Fisci vocatur clarissimus.*

Ap-

- 9 *Appellatione Officialium in propria, & stricta significatione non continetur Fiscus Aduocatus.*  
 10 *Aduocatus Fiscus potest patrocinari pro priuatis personis.*  
 11 *Cessante causa legis, cessat legis dispositio.*  
 12 *Legis, vel statuti ratio, est mens legis.*  
 13 *Officialis nomen non cadit in eo, qui iurisdictionem non habet.*

## ALLEGATIO 77.

**Q**uod Regia Pragmatica, per quam prohibetur officialibus munera capere, non includat Fiscus patronum. Pro eodem D. Marcello auctore meo Genitore.

**D**ispositionem Reg. Pragmaticæ editæ in anno 1540. per quam prohibetur Officialibus, quod munera recipere possint, non includere Fiscus patronum, audacter affirmo, siue verba Pragmaticæ spectemus, siue ipsius mentem consideremus, pro cuius præpositionis fundamento, plures in iure verissimas conclusiones suppono, quarum prima illa est, quod Pragmatica hæc pœnalis est, vt ex sui inspectione videri potest, & in probatione contrauentionis contra dispositionem iuris communis est inducitur, cum admittat etiam testes singulares, qui alias de iure nullam facerent probationem, & ad text. in l. ob carmen. S. si. & in l. qui falsa. ff. de testib. in c. bonæ de elect. in c. cū dilectus. c. licet causam de proba. Spec. in tit. de teste. S. 1. ver. item, quod testes sunt varij, etiam si essent mille testes singulares, quia tantum probant mille singulares, & quantum vnus, secundum

Bald. in l. ius iurandi. C. de testib. Deci. in cons. 310. incip. visis ex hoc, quia est pœnalis, & iuris communis correctoria non potest, nec debet intelligi, nisi & tantum in his, in quibus expresse loquitur, nec per subauditum intellectum ad aliud extendi potest, iuxta tradita communiter per omnes Scribentes in l. si constante in princ. ff. solut. matrim. per Imol. in l. si vero. S. de viro. ff. solut. matrim. per Bart. & alios in authentica quas actiones n. 17. & 20. C. de Sacros. Eccles. & quia, & correctionem, & pœnalitatem simul continet, licet alias si esset tantum pœnalis, posset extendi ex identitate rationis, vt tradit Bald. in l. data opera col. 4. vers. & quod vbi est. C. de accusat. & in l. vltima. C. de in dicta viduitate tollen. idem Bald. in c. 1. S. porro per illum text. quæ fuit prima caus. benef. amitt. & idem si esset correctoria, & exorbitans tantum, vt tradit glos. in clem. 1. in vers. eligatur de electione, Bal. & post ipsum Ias. in authentica, quas actiones. C. de Sacros. Eccles. verum, vt dixi, stante quod pœnalitatem, & correctionem continet, tunc non datur, nec permittitur extensio, etiam ex ratione expressa, ita voluit Anton. de Butr. in repet. cap. vltimi colu. 27. vers. hæc vera in quantum de consuetudine, Rom. in l. si quis id, quod col. 2. vers. nota etiam rationem. ff. de iuris. omn. iud. & in cons. 129. incip. licet magna apud me vers. secunda ratio, Alex. in l. si constante in princ. col. 4. vers. hoc tamen intelligi debet. ff. solut. matrim. pro quo ponderatur glo. quam asserunt singularem in clem. vt hi, quæ est secunda, in verbo in eisdem de ætate, & qualitate ordinandorum, cui addo aliam in c. fidei in princ. de heret. lib. 6.

Secundum erit principale assumptum, quod ex præfationibus demonstratur & intentio statuentis ad tex. in l. si. ff. de hæred. institue. tradit Curt. in cons. 49. col. 17. Loffred. cons. 34. in princ. traditur etiam per Affl. decis. 319. num. 5. Siluanus cons. 1. volu. 1. num. 4. principium, & proœmium dictæ Pragmaticæ

loquitur

loquitur de iudicibus, & sequentia verba de Officialibus, qui iudicant.

Tertium, quod propono assumptum, est, quod Fiscus Aduocatus non est Iudex, 7 † quinimmo illud officium iudicandi habere non potest, ad text. in l. quisquis. C. de postulando, fateor tamen, quod prerogatiuas quasdam, & dignitates obtinet, quas ceteri Aduocati non habent, toto titulo. C. de Aduocatis diuersorum iudiciorum, & toto titulo. C. de Aduocatis Fisci, & vocatur clarissimus, lo. de Platea in l. si. C. de decurion. lib. 10. Cassan. in tit. de Consuetudi. Burgu. tit. dest droit. §. 19. nu. 9. & facit text. in d. l. laudabile. C. de Aduo. diuer. iudi. pluri etiam dico, quod nec appellatione Officialium in propria, & stricta significatione continetur † Aduocatus Fisci, 8 ita tradit Carau. in Rit. 11. incip. Quod nullus Officialis, hinc est, quod tam atenta dispositione iuris communis, quam etiam Rit. Mag. Cur. potest Aduocatis Fiscalibus patrocinari propriuatis, dum tamen non sint causae contra Fiscum, ut traditur in l. 1. & 2. C. de Auoc. Fisci, & in Rit. Mag. Cur. incip. item quod Aduocatus Fisci, † ex istis ergo tribus assumptis, quia Pragmatica poenalis, & correctoria, quia loquitur in iudicibus, quia Aduocatus Fisci, non tantum non est Iudex, sed nec Officialis proprium illum includere, nec ex vi extensiuam, nec ex vi comprehensiuam potest, cum verba Pragmaticae clarissime hoc demonstrant.

Vltius dico, non solum ex verbis haec colligi non posse, sed nec etiam ex mente contrarium apparere, nam si verum est, quod cessante ratione, & causa legis, cessat legis dispositio, † ut probatur in pluribus iuribus in l. adigere §. quamuis. ff. de iure patron. in l. quod dictum. ff. de pact. in l. ira autem. ff. de administ. ruto. in l. illud. ff. ad l. Aquil. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte, 11 idque iure merito statutum fuit, † nam legis, vel statuti ratio est mens legis, voluit Din. in c. vlt. ad si. de reg. iur. lib. 6. Cin. in l. non dubium colu. vlt. vers.

primo quaero, vbi clarius Bart. ibique Bald. C. de legib. omnes Scribentes in l. cum mulier per illum text. ff. sol. matr. & ad hoc etiam facit text. in l. scire oportet. §. illud vero vers. sed & maxime. ff. de excusationibus, cum igitur vnicam tantum expressa fuerit in Pragmatica causa, & ratio, ut a recto iudicandi tenore non amoueantur, quae militare nullo pacto potest per supradicta in Aduocato Fiscali, qui non iudicat, nec iudicare potest, merito si Pragmatica in eo locum habere non debet, & ita iuris esse censeo.

Expressa est ratio, & finalis, ut praesumitur, prohibendi munera ab Officialibus accipi, ut in Pragmatica, quae quidem ratio cessat in Aduocato Fiscali, ideo cessat prohibitio, & poena.

Lex communis prohibet, praesidem, vel qui in aliquo officio sit, munera capere, hoc idem prohibuit Pragmatica non concedi Officialibus, licet vltius procedens dicat, & † Officialibus cuiusvis conditionis: hoc nomen (Officialis) licet sit generaliter, proprie tamen non cadit in eo, qui iurisdictionem non habet, nec iudicandi facultatem, licet Aduocatus Fisci dicatur habere dignitatem, & clarissimus dicatur, non tamen dicitur Officialis cum nec iudicet, nec iurisdictionem habeat, & sicut priuatus priuatorum defendit causas, ita & ipse Fiscalis, & Regis.

Vbi voluit, abunde expressit, ut in alijs Pragmaticis est videre, sicut ibi, ita, & in illa, sed quia noluit, & non expressit.

## A D D I T I O N E S.

PRO confirmatione dictorum per meum Genitorem hic in causa propria, Addo quae idem meus Genitor allegauit pro Secretario Soto in alleg. 22. & quae allegauit Reg. de Ponte conf. 49. & Reg. Lana. conf. 43. & conf. 93.

Abb. 10. Hieron. de Mauro.

V

SVM.

## SUMMARIVM.

1. *Appellatio ob non præsentationem processus infra 50. dies efficitur deserta, quinimmo habetur, ac si appellatum non esset.*
2. *Appellatio etiam deserta quamuis ex æquitate S. C. ex eisdem actis possit reuideri, non tamen habet locum, dum esset præuentum super desertione ante præsentationem processus.*
3. *Aerarius Baronis, si fuit negligens in exigendo nomina debitorum tempore sui aerariatus, & isti debitores postea sint effecti nõ soluendo, tenebitur de proprio.*

## ALLEGATIO 78.

**D**E Aerario negligente in exigendo, quod teneatur Baroni de proprio. Pro D. Barone Latronici.



Item appellatio per procuratorem Iacobi Bartolotti interposita sententiæ per M. C. V. in fauorem Magnif. Baronis Latronici late omni iure sit deserta ob non

- præsentationem processus infra 50. dies
1. † quinimmo haberi debet, prout non non sit appellatum, secundum est dispositum per Constitutionem Regni appellationum tempora, quæ constitutio est confirmata per Regem Ferdinandum Primum, vt etiam locum habeat in S. C. attamen, si ex ipsius æquitate esset ex eisdem actis reuidentia, quod minime fieri deberet, stante præuentione super desertione facta per Baronem ante processus præsentationem, etiam dicta sententia veniret confirmanda.
  - 2.

ex ijs, quæ in facto adducuntur. Constat enim liquido, huc Iacobum Aerarium Terræ Trichinæ fuisse spatio annorum nouem, eiusq; negligentia nonnullos debitores Barones decoxisse, qui tempore officij erant soluendo, à quibus si ea, quæ debuisset diligentia, quod debebant exegisset, hoc detrimentum Baroni non euenisset, † quo casu ipse tenetur. l. Magistratus. ff. de adminit. rerum ad Ciuit. pertinen. l. quemadmodum in S. Magistratus. ff. ad l. Aquil. accedat in argum. text. in l. si quando in vers. ipsum autem Iudicem. C. de testib. Nam in dolo fuit, seu saltem lata culpa, & sic de suo tenetur. l. si pupilli in S. videamus, & l. 3. in S. inter dum. ff. de nego. gest. & late Bar. in l. quod Nerua. ff. de pos. & Afflic. in constitutione Officialis colu. 2. quæ negligentia in exactione prædicta licet satis optime fuerit probata per quamplures testes, attamen præsumitur, & probatur eo ipso, quod mādaturum habet quis de implendo, & non impleuit, vt dixit Luc. de Penn. in l. quicumque. C. de diuer. offic. lib. 12. per l. de vnoquoq; ff. de re iud. præterea dicitur culpa, Aerarij debitores decoxisse, si tēpore officij erant soluendo, & postea effecti nõ soluendo, secundum Affl. in præallegat. constit. officiales.

Nec prædictis refragatur, q̄ ex aduerso de diligentia adhibita prætereretur, nam testes hoc nõ concludunt, & quando fortasse aliqui ex eis deponerēt, magis standū est testibus Baronis, pollentibus & qualitate, & numero, nec assertæ cartulæ de requisitione prætenfa facta Capitaneo dictæ Terræ obstant, tum quia fidem non faciunt, cum collega desit, attentata forma Pragmaticæ, & iuris communis, tum quia ex eis non demonstratur, Capitaneum denegasse velle debitores carcerare, nam potuit esse illos carcerasse, exegissetq; ab illis q̄ debebant, & tamen alij sunt hi, à quibus sua negligentia nõ exigit, præterea quando pacto, vel iure fundari potest vnicam protestationem, sicq;



sicq; defectiuam semel in duobus, vel tribus annis factam posse dictum Aerialium iuuare.

Ex his igitur sic ex tempore dictis, satis Baronis intentio est fundata, ut merito sententia in ipsius fauorem lata confirmari debeat.

## A D D I T I O N E S.

**S**uper hoc eodem puncto scripsit Lanarius Consil. 99. quem videto.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Donatio dotium facta per uxorem viro, quando dicatur facta in fraudem consuetudinis.*
- 2 *Consuetudo, quæ prohibet mulieri non posse de dote disponere, non habet locum inter viuos.*
- 3 *Qui fraudem allegat, ipse probare debet.*
- 4 *Quod ob causam donatur, nõ dicitur donatio.*
- 5 *Mulier de antefato lucrato libere disponit.*
- 6 *Pater adoptiuus in vita disponendo, non dicitur in fraudem filij adoptiui disponere.*

## A L L E G A T I O 79.

**D**E donatione dotium facta per vxorem viro. Pro D. Barone Latronici.



Acc, quæ vertitur, quæstio inter Magnif. Baronem Latronici, & Magnif. Bar nabam Caracciolum super restitutione dotium Magnif. q. Laurę Caracciolę vxoris d. Baronis, quin pro Barone decidatur, nulla superest difficultas.

- Cardo namq; omnis controuersia
- 1 super validitate donationis † cui Baro innititur, vertitur, & procul dubio illam valere arbitror. Respectu enim primæ medietatis laborare non expedit, cum in hoc consuetudo incipiens, & si testator, clara sit, respectu vero alterius medietatis, in qua fuit Baroni vsusfructus (eius tamen vita durante) constitutus, cum id inter viuos factum sit, similiter tenet, nam lex municipalis nostra † imponit frænum disponendi in vltima voluntate, & non inter viuos, ut ex rubr. consue. patet, dixit Napod. in præalleg. consue. & si testator in vers. disponere, & Afflic. decis. 370. Adeo quod inter viuos libera manet potestas alienandi, ut in præalleg. loco, & per eundem Napo. in Consue. Si qua moriens in versic. relinquere in princip. & in vers. item. quid si mulier tempore dationis dotium, nec vsusfructus constitutio in fraudem facta dici potest, quia id minime probatum est, † qui enim fraudem allegat, ipse probare cogitur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. Nec obstaret, quod tẽpore donationis factæ nulla aderat spes liberos procreandi, & sic quod ex hoc fraus debeat præsumi, nam hæc solum non sufficit ad fundandam fraudem, secundum Napod. in præalleg. Consuetudine, & si testator, in vers. disponere, quinimmo Sac. Conf. alias communi voto pro donatione votauit; in qua tria hæc aderant, scilicet spes liberos non procreandi, donatio omnium dotium, & facta coniunctæ personæ, ut refert Capic. in decis. 85. & tamen Baroni non fuerunt integre dotes donatæ, cum saluum sit successoris ius proprietatis post illius obitum: præterea quæ nam fraus in vsufructu cõsiderari poterit concessio homini sexagenario, ac valetudinario? immo ut testes donatarij deponunt tempore factæ donationis apparebat (stante illius infirmitate) prius moriturum Baronem, quam vxorem donantem.

V 2 Acc-

Accedat prædictis, & donatio non fuit simplex, sed remuneratoria ob excessivas impensas factas per donatariū uxori tempore suæ longeuæ, ac mortalis infirmitatis, nõ solum, vt testatur donans in donatione, sed testes Baronis id deponunt, ¶ vt est dispositum in l. Aquilius Regulus, & l. hoc iure. S. Labeo. ff. de donat. scilicet quod ob causam datur, non est donatio, & in proprijs terminis loquitur Napod. in consue. & si mulier, in vers. iustam, & necessariam causam prope fin. in vers. sed quid in donatione facta benemerito.

Vltimo non omittam dicere, medietatem, quæ post Baronis obitum deberetur Actori, arbitrandam fore solum respectu primarū dotium olim per Magnificam Lauram consignatarum primo viro Magnif. Hieronymo Gargano, quæ fuerunt solū duc. 2600. non autem habita consideratione ad dotes datas Baroni, cum in eis sit inclusum antefatum per eam lucratum per mortem primi viri, de quo absque metu potuit libere disponere, ¶ vt est decisum p. Consue. Si qua moriens, sub rubr. de mul. habente filios qual. suam dotem dispo.

Præterea non ne si pater adoptiuus, ¶ de cuius bonis post illius obitum detur quarta filio, in vita omnia alienat, dummodo non in fraudem, tenet alienatio est casus in l. si. ff. si quid in fraud. patr. modo cum in casu, de quo agitur, non est fraus, nec aliter de ea constat, quo nam ergo pacto non debet valere donatio?

#### ADDITIONES.

**A**D totam hanc allegationem, quod donatio valuerit, & non dicatur facta in fraudem consuetudinis, vltra allegata hic per meum Genitorem, & Capic. decis. 85. & Afflic. & Vrsill. decis. 370. Vide solemnem decisionem Domini de Franchis 435. & Fabium de Anna conf. 79.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

- 1 *Valet pactum, quod venditor non teneatur de euictione, nec ad pretij restitutionem.*
- 2 *An conductor teneatur ad pensionem, si re conducta uti non potuit.*
- 3 *Qui cedit iura, ad aliud non tenetur, nisi facere debitum suum verum tantum.*
- 4 *Aequitas non attenditur contra ius scriptum.*
- 5 *Clausula de Notariorum stylo quando dicantur.*
- 6 *Notarius censetur rogatus, ut apponat in contractu omnia pacta, & clausulas solitas.*
- 7 *Notarius omittendo opponi solitas clausulas pro expressis habentur.*
- 8 *Creditor, cui soluitur à tertio, non tenetur cedere, nisi iura sua tantum, non aut tenetur de euictione ab habentibus causam non ab ipso, sed ab alijs, quod qualiter procedat, late differitur.*
- 9 *Quod est in scriptura, ad quam fit relatio, attenditur, non quod est in referente.*
- 10 *Clausula (nec aliter, nec alio modo) quid operetur.*
- 11 *Reservatio iurium, & protestatio, quid operetur.*

#### ALLEGATIO 80.

**A**N valeat pactum, quod venditor non teneatur de euictione, nec ad pretij restitutionem. Pro D. Barone Latronici.  
Absti-



**A**bstinuissem libenter à scribendo in præsentia causa territus auctoritate tantorum virorum, qui iudicium in eâ dederunt, sed cliētis pietas, & causæ defensio, quæ iustissima mihi visa est, vires restituerunt, quibus addita religio Dominorum Iudicum, scrupulum omnem ademit.

Vt resoluantur difficultates præsentis causæ, & securius possit imponi perpetuum silentium Magnif. Baroni Villæ Mainæ, erit primo aduertendum in facto in anno 1526. emit Baro Latronici annuos scutos 500. à Magnif. Io. Camillo Saraceno pro scutis 5000. promisitq; illos retrouendere infra sex annos, moritur venditor infra tempus redimendi, Baroni Latronici non soluebantur tertiæ. Adeo quod post multa, virtute potestatis in instrumento venditionis sibi concessæ, capi facit possessionem Terræ Roccæ S. Felicis, super qua fuerat sibi facta venditio, & post hoc petit in S. C. illam debere sibi confirmari, super hoc fit processus, auditis partibus, & tandem die 29. Nouembris 1533. fertur sententia, referente Magnif. Nicolao Maiorana, per quam prouidetur, possessionem captam per Baronem debere sibi confirmari, super hoc Terram Roccæ debere sibi adjudicari pro suo debito, & tertijs, nec non quod Terra appretietur, & si pretium non sufficit, præstari assistentiam, super alijs bonis Ioannis Camilli debitoris.

Baro Latronici instat post hanc sententiam, Terram prædictam debere appretuari, & proinde committitur Hieronymo Granatæ Tabulario, quod appretiet, & auditis partibus die 5. Iunii 1534. fit appretium in duc. 6105.

Procurator Fisci, habita notitia de tali appretio, die primo Decembris 1534. comparet, & instando, quod causa remitteretur ad Regiam Camera, tandem grauat se de dicto appretio, & petit, dictam Terram debere

subhastari in locis solitis, ex quo reperietur maius pretium supradicto, prouidetur iam, quod fiat subhastatio, & expeditur licentia, fiunt banna, offerunt multi, & tandem extinguitur candela oblationi factæ per Magnif. Annibalem Caracciolum.

Baro Latronici, habita de hoc notitia, allegat primo talem liberationem nullam, ex quo incantator non habebat potestatem nisi subhastandi, non autem liberandi, & quatenus voluisset procedi ad liberationem, debebat hoc fieri, audito ipso Barone possessore, & cui fuerat Terra adjudicata, & in omnem euentum petit, dictam Terram sibi liberari debere, offerendo idem pretium, quod obtulerat idem Magnificus Annibal.

His non obstantibus, Sac. Conf. die 7. Ianuarij 1535. prouidit, dictam Terram debere liberari Magnifico Annibaldi prædicto, qui soluat pretium Baroni Latronici, & alijs, & quod cedantur sibi iura, & promittatur euictio ab habentibus causam ab illis tantum, & non aliter, nec alio modo, ista sunt verba decreti.

Et sic auctoritate talis decreti, Baro Latronici pecuniam suam recepit, cedit iura, & promittit euictionem, ab habentibus causam ab ipso tantum, ita quod si ab alijs euictio procederet non sit locus euictioni, aut restitutioni pretij, nec teneatur ad aliquid aliud.

Vt ex prædictis inferri possit, quod postquam fuit sic inter partes conuentum, quod Baro Latronici non teneatur de euictione ꝛ nec ad pretij restitutionem, non potuit ad aliquid Baro ipse condemnari per text. in l. emptorem §. ultimo, ibi nisi forte, & ibi glos. in versic. si quis. ff. de act. empti. facit similis text. ff. de euictio. l. cum ea conditione in princip. tenet Bald. in l. r. colu. ult. ibi tertio non operatur. C. de pericul. & commod. rei vendi. idem tenet Alber. in l. non dubitatur. C. de euictio. qui dicit, quod quamuis aliqui teneant, non valere pactum, quod ven-

ditior non teneatur ad pretij restitutionem, tamen contraria opinio est verior, & illam vidi seruari in practica, cui in praxi deferendum est, idem tenet glos. in l. si familiae in glos. magna, ibi, sed hoc casu, C. fam. hercisc.

Et postquam iura ratum habent hoc pactum, vt pote procedendi partium conuentione, Dominus Annibal, q. emit sub hac aduersione, de se ipso queri debet. l. argentarius. S. cum autem. ff. de eden. de iur. fisc. l. Imperatores inductū erat de iure in fauorem emptoris, cui actionis remediū huic fauori potuit emptor renunciare, C. de pac. l. fin. habetur pro lege conuentio partium. ff. de pos. l. 1. S. si conueniat, vt ex hoc videamus multa tolerari contra naturam actus, quia partes sic volunt, † erat absurdum de iure conductorem teneri ad pensionem, si re locata frui non potuit vi tempestatis, aut aliquo inopinato casu. ff. loca. l. si fundus, & C. eod. l. si ex fundo, quod damnum eque fuisset passurus locator, si rem penes ipsum retinisset; hoc tamen lex suffert, si contrahentes sic volunt, C. loca. l. licet cum simil. facit text. in l. qui officij. S. fin. ff. de contrah. empt.

Isto casu quid fecit Baro Latronici, quādo recepit pecuniam à Magnif. Annibale? cedit iura sua omnia, in hoc nil aliud fecit, quam vendere nomen, quod ipse habebat super bonis loa. Camilli, postquam ad hanc cessionem astringebatur de iure † casus est in l. cum his ibi, sed quodammodo. ff. de fideiuss. & Bart. tenet. ff. solutio. l. Modestinus, vt ex hoc dici possit, quod Baro, qui cedendo iura videtur nomen vēdidisse, ad aliud non teneatur, quā facere debitū verum. ff. de hered. vel act. vēdi. l. si nomen.

Nec dicatur, quod saltem de equitate S. C. admittere debet petitionem Baronis Villæ Mainę, postquam si Terra remansisset penes Baronem Latronici, adhuc Guardati euicissent, & sic Baro ipse sustinisset hoc idem onus, quia talis æquitas nullius debet esse momē-

4 ti, postquam pōderatur † contra ius scriptum, cum illa scripta non sit. C. de iud. l. placuit, ita considerant Petr. Belluga in spec. Princip. rubr. 11. fol. 28. S. compendiose.

Sed quæ erit ista æquitas? Baro Latronici pauper, & senex tractat de dāno vitando, cum contrahit cum Magn. Annibale Caracciolo, at ipse D. Annibal sciebat vires clausularum in instrumēto appositarum, & non habet de quo conqueratur, aut nesciebat, & quia erat. ll. Doctor, audiri non debet.

Nec procedit, quod verbo, dicebat Magn. Aduocatus Partis, videri iniquū, vt si res erat peritura eo modo apud Baronem Latronici, nō debet videri durum, quod ipse reficiat emptori illud, q. ipse passurus fuisset, quia hoc nullius est considerationis, non ne Baro Latronici potuisset vendere hos introitus, & cum emptore pacisci, quod nō teneretur ad euictionem, nec ad pretij restitutionem, & sic fuisset in tuto? Casus est not. in l. cum res. S. si. in vltimis verbis. ff. de leg. 1. & facit ff. sol. matr. l. si filio. S. si post, nonne potuisset cōuenire cum Guatdati? qui prę timore litium cessissent eorū iura modico accepto, & ab eis obtenta cessione iurium contra alios suum cōsequi; istis, & alijs modis potuisset euadere has amaritudines, ita vt non bene cōcludatur in hoc per Partem aduersam.

5 Nec obstat † multis verbis audio ef fundi tale pactum, vt pote scriptum de Notariorum stylo nil posse operari in fauorem Baronis; quia hoc pactum, q. habet multorum verborum coniunctionem, & est tam substantiale, necessario præsumatur scriptum de mandato, & consensu Partium, ita Bald. in l. 1. in si. ibi, nam quicquid, C. de priuil. dot. & tenet Bar. in l. si quis filiabus. ff. de testam. tute. & dicit Bal. in l. mater tua. C. de reiuēd. quod verba, quæ profert Tabellio in personā contrahentis, ipse cōtrahens videtur proferre, & confiteri, vera esse, sequitur Dec. in cōf. 450. vol. 4. & in cōf. 653. n. 6. vol. 5. q. suadetur aperta ratione, hoc non veniebat de natura

con-

contractus, vt sic quamuis Partes non expressissent, suppleretur, immo nisi expresse Partes de hoc conueniant, Notarius supplendo falsum committeret, per not. in l. errore. C. de testam. & quia pro Notario præsumitur, & est persona ab vtraque parte probatissima, non est vel cogitandum, quod Notarius talia tentasset sine Partis mandato.

Præterea, aut volumus dicere, quod istud pactum censeatur appositum de expressa volûte Partium, vt fundauit, & res erit in tuto, aut est celandum, appositum ex Notariorum consuetudine, & tunc similiter Baro habet intentum, quia quando isti Baronès cōtrahunt, & pro contractu scribendo rogant Notarium, intelligerentur mandasse, vt ponat omnia pacta, & clausulas solitas. C. de fideius. l. si. & si hoc de consuetudine etiam quando Notarius omisisset, esset habendum pro expressim posito, bonus tex. in l. si prius. §. placuit ibi, illa enim ff. de aqua plu. arc. scribit late Iaso. in l. certi conditio. §. si nūmos. ff. si cert. pet. & Doct. in c. cū m. Ferrariensis, vbi Felix præ ceteris more solito de constit. quocunque igitur se vertat Dominus Baro Villæ Mainæ non, poterit euadere laqueos paternæ conuentionis.

Tenebat Baro Latronici Terrā Roccæ, vt à se empram, vt rei empræ cepit possessionem illarum, confirmat S. C. & adiudicat Terram ipsam pro rata, scilicet 500. annuorum, hæc omnia fecerunt, vt Baro fieret Dominus, titulus præcedens. C. de acquir. poss. l. 2. & sententia consequuta traditione. ff. de condit. indeb. l. Iulianus verum debitorē insti. de offic. iud. §. si. ad quid igitur fit discussio, si Baro Latronici erat creditor, & si vendidit, vt creditor? postquam facti series totum cōtrarium suadet, & sub ista consideratione claudentur omnes obietus Partis nimium se fundantis, quod Baro Latronici habuit scientiā aliorum creditorum anteriorum, quia glos. in l. vnica credit. euictio. pigno. non debet excedere suos terminos, vt procedat, quando creditor vendit, hic Baro non

creditor, sed Dominus nō vendit, immo cōtradicit, rursus ille vult soluere quantum ab alio offerebatur, & his non obstantibus succubuit.

Sed rogo Dominos Iudices, vt circa hanc prætensam scientiam ad vnum aduertant, quando fuit vendita Terra Roccæ, non ne Mundus totus erat plenus, super bonis Io. Camilli irruisse mille creditores? non ne vendebatur hæc Terra, instante Fisco? non ne apparebāt graduationes multorū super dictis bonis? de hoc erat plenus mundus, quomodo potuisset celari à Barone?

Prædicta suadent, quod Baro Latronici ex lege contractus inquietari non possit, sed consideretur vltèrius, ponamus, quod instrumentū non fuisset confectū, & hodie tractaretur de illud conficiendo, videamus ad quid teneretur Baro Latronici. Dato quod vellet reputari, vt creditor, non vt Dominus, & certe quando creditori soluitur pecunia debita, plures sunt casus considerandi, nam aliquādo extraneus vult soluere, & liberare debitorem, quod potest, vt in l. soluendo de nego. gesto. & tunc si velit à creditore obtinere cessionem iurium contra debitorem, nō potest ad illam cogere, casus est in l. nulla C. de solut. aliquando conuenit creditorem & soluentem ex aliqua causa, puta emptionis, & venditionis, quia vendit creditor alicui nomen, & tunc tenetur facere debitum verum, & intrat soluens in locum creditoris, & procedat ita tex. in l. si nomen. ff. de hered. vel actio. v. d. & idem est, quando creditor recipit pecuniam sibi debitam ab vno ex fideiusforibus, quia videtur uendere fideiussori illam actionem, quam habet contra principalem debitorem, teneturque cedere actiones. ff. de fideiuss. l. cum his: aliquādo soluitur creditori non ab extraneo non obligato, sed ab alio, qui uelit rem à se possessam, & à creditore petitā liberare, iuxta terminos l. si mulier. ff. qui pot. in pign. hab. & ff. quib. mod. pign. uel hypot. sol. l. Paulus, & tunc à tali creditore sola cessio iurium desideranda

rāda est, postquam pecuniam debitam non recipit sua voluntate, sed possessor, vt rem suam liberet extraneus, vt debitorem liberet, sic dicimus in secūdo creditore, qui vt pignus suum confirmet, vel vt rem obligatam auocet à primo creditore, vel alio habente causam ab eo, offert, quia tunc primum creditorem coget ad cedendum sibi iura tantum, iuxta terminos l. 1. C. si antiq. cred. hāc distinctionē probat Bar. in l. Aristo. 2. q. ff. quæ res pign. oblig. poss. & Bal. in d. l. nulla. C. de solut. & bene hoc probat tex. in d. l. mulier.

Aliquando creditor, quia sibi debitū non soluitur, vult illud consequi, & vtitur remedio à iure sibi tradito, petendo rem debitoris sui vendi, & hoc virtute pacti, aut potestate legis, vt considerat Paul. de Castr. per illū tex. in l. si cōuenit la. 1. ff. de actio. pigno. & tūc nulli dubiū est, quod tenetur soluenti pecuniam, facere creditum suum verum, & antierius, & ad illa, quæ ponit glo. in l. vnica C. credit. euictio. pigno. & prædictorum ea potest esse ratio, nam in primis casibus grauatur creditor, qui dum rei prosecutioni innitebatur, cogitur pecuniam accipere, vt sic si grauetur in vno, releuetur in alio, quod non teneatur, nisi cedere, & imputet sibi possessor, qui voluntariam emit litem. in primis casibus cogitur creditor suam pecuniā accipere inuitus, & quando volebat rei incumbere ab offerente pecuniam debitam, excluditur, in vltimo casu voluntarie pecuniā debitam quærit, quo fiet, vt magis succurret lex obligato ex necessitate. ff. de procur. l. procurator, qui pro euictione. ff. qui satisfd. cog. l. si fideiussor. S. si necessaria.

Vt ex prædictis recte concludatur, quod si hodie Terra Rocce remansisset Magnif. Annibali, & tractaretur de faciendō ei cautelas, Baro Latronici nō potuisset cogi, nisi vt iura sua cedat, postquam Baro volebat pro se Terram Rocce, non instet ipse vendi, immo cōtradixit vltimæ licitationi Magnif. Annibalis prædicti, & petebat, ipsum vt cre-

ditorem, & possidētē debere præferri, quod debebat fieri, casus est in l. 1. ff. de priuil. cred. & his non obstantibus, fuit victus, & pecuniam sibi debitā coactus recepit, quid igitur erit dicēdum, si Baro voluit sibi in omnem euentum cauere, vt non teneatur ad euictionem, nec ad pretij restitutionē, aut aliquid aliud cum, & si iura creditoris vendidisset Baro, & de iure fuisset obligatus facere se creditorem anteriorem, & nihilominus in specie sibi cauisset, quod non teneatur de euictione, nec ad restitutionem pretij, nō potuisset de iure molestari, ita in specie in proprio casu cōsuluit Alex. omnino vidēdus vol. 6. conf. 135. incip. post redditum col. 1. ibi sed ad hoc respondetur.

Nec obstabit, quod forte ex lectura instrumenti videtur colligi, quod Baro Latronici insteterit, Terram vēdi, & sic præcedens distinctio noceret, quia assertio instrumenti est relatiua ad acta, text quibus apparet torum cōtrarium, & sic illud attendatur, non quod in instrumēto continetur, secundum Bal. in l. 2. C. de error. aduoc.

Nec prodesse potest ponderatio, quā audīo fieri in verbis decreti S. C. quod similiter pretium liberetur Magnif. Io. Antonio Palmerio, & alijs creditoribus anterioribus, quasi velit ex hoc colligi mens S. C. quod creditores essent anteriores, quia vere talis consideratio tollitur, si bene legantur dicti decreti verba, voluit S. C. quod inter creditores, qui cōcurrerant super pretio Rocce, satisfieret anterioribus, & dicit iam decretum, quod sint anteriores, quia nominat, videlicet Magn. Io. Antonio Capicio, & Io. Baptistæ Castaldo, qui erāt vere anteriores Barone Latronici, & hoc sit verum, legenda sūt verba frequentia, quod si Baroni Latronici non potuisset integre satisfieri de toto eo, & consequi debebat, sint salua sibi iura tam virtute sententiæ, quam quomodocumq; sibi competentia, & sic illud verbum (anterioribus) positum fuerat, vt qualificaret solum creditores, qui com-

par-

paruerant, & erant vere potiores Barone Latronici, facit dictum Bart. in l. ff. de reb. dub. reliqua omnia, quæ ex aduerso allegantur, tanquam generalia, non indigent responso, vt pote procedentia in casibus suis, non autem quando inter contrahentes lex est dicta specificè, quo casu receditur à regulis, quid enim aliud agebat Prætor, quam voluntates Partium concordēs sequi ff. de oper. no. nunc. l. 1. §. inde quæritur, nonne debet cōsiderare Baro Villæ Mainæ, quod si Terra Roccæ fuisset in posse Baronis Latronici, quando Guardati mouerunt litem, augmentum, quod à tempore processerat, cessisset ipsi? nam Terra Roccæ, quæ in anno 1534. fuit valoris duc. 9000. in anno 1552. quādo sequuta fuit euictio à Guardatis, & sic per annos 18. & post erat valoris duc. 20. mil. & tunc hoc augmentum cessisset commodo Baronis, ita vt si ex vno latere sentiebatur dānum euictionis duc. 3000. ex altero habebat commoditatē augmenti, quod totum fuit ipsius Magnifici Annibalis, qui proinde non debet allegare, quod Baro fuisset æque passurus tale damnum.

Vltimo obiectui, qui fit, quod Baro Latronici asseruit falsum in instrumento, dum dicit se cedere iura contra Io. Camillum, & Io. Fabricium in solidum obligatos, patet responsio ex lectura instrumenti, ex qua tollitur omne dubiū, nam in principio asserit Baro emisse à Io. Camillo, rursus in eodem instrumento vendit introitus, si, & prout melius, & plenius ipsos emit à dicto Io. Camillo, & non aliter, nec alio modo, quæ verba arguunt mētem præcisam Baronis, vt non intelligatur vendere, nisi pro vt habebat à Io. Camillo, quem solum nominauerat: suadetur hoc ex proprietate dictorum verborum (nō aliter, nec alio modo) glos. est notab. secundum Bal. ibi, in l. si quidem C. de except. sequitur Alex. conf. 3. col. 2. ibi, confirmo vol. 1. postquam verba sequitur cessio, quæ fit contra Io. Camillum, & Io. Fabricium, si volumus dicere, quod Baro

Latronici senserit, nedum Io. Camillum, sed Io. Fabricium vendidisse, induceretur contrarietas sui ipsius incontinenti, quod non est præsumendum, maxime quia talia verba possunt recte habere hunc sensum, vt cesserit Baro Latronici ius cōtra Io. Fabricium, si quod cōpetebat. ff. de contrah. empr. l. qui tabernas † sicut dicimus in reservationibus, & protestationibus, vt intelligantur reseruata, & protestata iura, si qua cōpetunt. l. si debitor. §. si in venditione ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu. Decis. conf. 516. nu. 19. volu. 4. plura congerit Aimo. conf. 29. nu. 8. sufficet Baroni Latronici ostendere, quod habet aliqua iura contra Io. Fabricium, postquam nō asseruit, quod Io. Fabricius, & Io. Camillus vendiderunt, immo contrarium dixit, quod scilicet emerat à Io. Camillo, & talia iura apparent ex sententiā prædicta contra Io. Fabriciū, late omnia iura, quæ obligant venditionem in casu nostro, loquuntur, quod venditor asserit aliquid, dum vult contrahere cum emptore, & ex sua assertionē inducitur emptor, ita probat text. in l. Iulianus. §. q̄ autē ibi asseuerauerit. ff. de actio. empr. & ff. de dol. l. si quis affirmauerit, isto casu nihil asserit Baro de Io. Fabricio obligato. Adeo quod non potuit esse causa inductiua, vt Magnific. Annibal venderet, nec quod faceret pactum de pretio, non constituendo, quia illud de iure procedebat per prædicta.

Nec puto omittendum vltra prædicta, quod Baro Latronici emit in anno 1526. & facit pactum de retrouendendo per annos sex, qui complebantur in anno 1532. Io. Camillus venditor fuit mortuus per annos duos post dictā venditionem, & sic infra tempus redimendi. Ponamus, quod hodie teneret d. Baro Terram Roccæ, & esset iam lapsum tempus reemendi, non ne possent, vel hæredes Io. Camilli, vel creditores ex clausula generali cogere ipsum, vt retrouendat certe nulli dubium est isto casu, ad quid teneretur Baro, nisi ad ceddendum iura, & promittendum à se ipso



ipso tantum, & non aliter, & hoc ex forma pacti de retrouendendo, Si igitur ad aliud non posset astringi de iure, cur debet videri durum tale pactū Baroni Villæ Mainæ?

## ADDITIONES.

**A**D confirmationem eorum, quæ allegauit meus Genitor hic nu. 1. valere pactum, quod venditor non teneatur de euictione, nec ad pretij restitutionem, vltra allegata per ipsum, & vltra glos. in l. emptorē. §. qui autem. ff. de contrah. emp. & ibi Paul. de Castr. & Alex. in additionibus ad Bart. vide quos congerit Tiraq. in tractatu de retractu lignagier. §. 12. nu. 10. vers. & hæc quidem, & Crot. in repet. §. Ca. ro in 2. lectura in colu. 11. vers. sed magnū dubium nu. 43. ff. de verb. oblig. vbi dicit, sic consuluisse, & obtinuisse, idem tenet Vinc. de Franch. decis. 239: vbi ampliat num. 5. vsque ad si. decisionis idem esse, si pretium non sit solutum, sed soluendum, habita si. de de pretio.

Et ad nu. 4. in materia cessionis iurium, vide quæ scripsit Io. Andr. de Georg. in sua allegat. 39. per totam.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## SUMMARIVM.

- 1 *Adoha solutio spectat ad emptorem cum pacto de retrouendendo cum assensu.*
- 2 *Si Rex remittit adoham Baroni, non ex hoc subfeudatarij sunt exempti.*
- 3 *Adoha succedit in locum collectarum in Burgensaticis.*
- 4 *Prouentus an debeant cedere in prouisionem Capitanei, vel debeant poni in fructibus.*
- 5 *Prouentus fructus iurisdictionis dicuntur.*
- 6 *Conductores Gabellarum lucrantur poenas fraudantium, quia sunt in fructu.*
- 7 *Ex quantitate reddituū locorum*

*vicinorum probatur lesio loci vicini.*

## ALLEGATIO 81.

**A**Dohæ solutio an spectet ad dominum, vel ad emptorem cum pacto de retrouendendo cum assensu, & an subfeudatarij teneantur ad solutionē adohæ. Pro Ill. Comite Sanctæ Seuerinæ contra Ill. Marchionem Lauri.



**B**euiter ex his arbitror omnino pro nobis iudicandum fore, tam in pūcto adohæ, quam etiam prouētuum, non obstante Partis aduersæ præ-

tensione, & incipiendo ab adoha. Illu. Marchio Lauri emit ab Excell. Comite Sanctæ Seuerinæ annuos duc. 2600. super Terra Policastri, & Feudo Riuioti, & in defectū super Terra Roccæ Bernardæ, & omnibus alijs bonis Comitum, Regio assensu desuper impetrato, nos prætendimus, Ill. Marchionem soluere debuisse adoham pro dictis bonis, vti feudalibus ab ipso emptis, iuxt. tradita p. Andr. in c. 1. §. si. quis dicatur Dux, vel Mar. Affl. in c. 1. §. similiter de Cap. qui cur. vend. de natura. n. feudi est in c. 1. de natur. feud. in 2. notab. lateq; in c. 1. nu. 249. ex quib. caus. feud. amitt. rationeq; rei dicitur ipsam præstari, Andr. in c. 1. §. sed nec est alia iustior, quæ sit prima caus. benef. amitt. ibiq; Affl. & idem in c. 1. §. si quis de manso de contro. inuest.

Duo aduersus hæc obijcit Ill. Marchio. Primum est, quod cum Comes exegerit à subfeudatarijs tempore, quo adoha imponebatur, ad eius releuamentam quātitatem, quæ absorbet adoham, merito cum nihil interfuerit Comitum dictam adoham soluuisse, dicendū est, Marchionem ad nihilum teneri.

*Secun-*

Secundum, quod dicit, est, quod specialiter Comes promisit soluere adohā, ad quæ omnia facilis est responsio.

Quoad primum dico, illud procedere posse, quando ratione vassallagij tantum Comes exegisset à subfeudatarijs, vt sic diceremus, illam fuisse subuentionem, atq; adiutorium, iuxta terminos Constitutionis, quam plurimum, sed quæ ex concessione mea hoc mihi debetur, eo quia concessi Feudum planum, & de tabula, & ex vi pacti apppositi in concessione, debetur mihi tale seruitium, tunc non dicitur præstari ratione adohæ, quam ego soluo, sed ratione rerum concessarum, quæ absunt à Feudo, quæ si existerent, iam ex eis perciperentur fructus, sicut ex Feudo nouo empto debetur Pars pretij secundogenitis, quia abscessit ab hæreditate, Andr. in c. 1. S. præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Feder. vnde, & si ego nihil pro adoha soluerem, vel Rex mihi remitteret adhuc subfeudatarij tenentur Andr. in c. 1. S. sed nec alia iustior, quæ sit prima caus. benef. amitt. Affl. in d. constit. quamplurimum, succedit enim seruitiū istud loco introituum ipsis concessorū, & sic potest dici seruitium introitus de iure Baronum, cum in eorum locū subrogetur, notatur in c. Ecclesiæ, vt lit. pend. & in l. qui id quod. ff. de donat. nec vnquam poterit tractari, quod hæc solutio subfeudatariorum vadat in releuamen, & adiutorium, postquam secundum prætensionem Marchionis subfeudatarij soluunt longe plus Comiti, quam ipse Comes ratione adohæ, igitur non est ratione adiutorij, sed ex vi pacti apppositi in inuestitura, sed vltimo loco, quādo hoc proprie esset, quod de iure nō credo in æternum fundari posse, aduerto, hoc tantum procedere posse respectu Terræ Policastræ, quæ secundum Marchionem valet duc. 700. ann. tum in ea adsint subfeudatarij, sed respectu certorum introituum, qui faciūt summam duc. 1900. in circa, in quibus non adest controuersia subfeudatariorum, cessat iam motuum partis.

Quoad secundum dubium de pacto appposito in instrumēto affictus, vbi Comes promisit ipse soluere adoham, & proinde obligauit se, & omnia sua bona, aduerto, quod in dicto instrumento non adest assensus, adeo quod cum ex primo contractu emptoris sit obligatus ad solutionem adohæ Ill. Marchio, vt supra fundatum fuit, sequitur, quod quatenus hodie vult contra tertios prestatores exequi ad rationem decem pro centenario sine solutione adohæ, quod caret actione, cum ex primo contractu non possit, & ex secundo nequaquam, quia caret assensu, & hic desiderarem Partis responsum, & si diceretur, quod hoc faciet Marchio in vim retentionis, non autem exceptionis, prout audiui ex aduerso, tamen hoc nihil est, cum in idem reincident respectu creditorum cū assensu, & aliorum possessorum respectu exceptionis contra illorum actionem, vel è conuerso, quæ & si non sustinerent, rogo, Dominos Iudicantes aduertere, quis nam contractus est iste? quæ emptio? & demum quis modus contrahendi? vt res feudales vendantur ad rationem decem pro centenario exemptæ ab adoha, & quæ succedit in locum collectarum in burgenfaticis, vt tradit Andr. in cap. 1. S. plaustrorum quæ sine reg. estq; hoc intrinsecum onus feudi, vt supra fundatum fuit, si hoc est contra bullam, relinquo arbitrio Dominorum Iudicantium.

Quoad secundum caput prouentuum, nos prætendimus, Ill. Marchionem, deducta prouisione Capitanei, superfluum sibi excomputari debere, non obstantem pacto in instrumento appposito, quod prouentus cedant pro prouisione Capitanei, postquam tale pactum est contra bullam, si quidem † Ill. Marchio non solum decem, verum tredecim pro centenario haberet, quod etiam esset contra sententiam, quæ condemnat Marchionem ad excomputandum prouentus, dum dicit, excomputatis in his omnibus quantitatibus, & fructibus perceptis. Quis igitur dubitabit prouentus fru-

fructus esse iurisdictionis? Bart.in l. fin. sol. matrim. Bal.in l. diuortio. S. si vir in fi. eo. tit. & Bar. Angel. & Alex. † ideoq; conductores Gabellarum lucrantur p̄nas fraudatium, quia sunt in fructu, late Dec. in cons. 4.

Prouentus enim in primo anno cōstitunt in duc. 383. vt est in facto probatum, in secundo non habemus probationem, postquam Marchio noluit libros exhibere, verū verificata est qualitas hominum Policastri, quod sunt diuites, de facili rixantur, & quod Terra consistit in focularijs 800. in tertio anno nos habemus probationem ex instrumento affictus, dum quando fecit affictū Comiti dictæ Terræ, voluit pro litibus pendentibus, & non decisis criminalibus duc. 100. pro contumacijs carolenos quindecim, & pro diebus viginti, in quibus retinere debebat dictā Terram, d. 20. Adeoquod cū in primo anno claram habemus probationem, in tertio eodem modo, ita etiam iudicari debet secundus annus, stante maxime dicta qualitate hominum, sicut n. ex quantitate reddituum, & venditione locorum vicinorum probatur, & reprobatur læsio loci vicini, & intermedij. l. si quos, & omnes DD. in l. 2. C. de rescinden. vendit. ita pariformiter ex primo, & tertio anno considerantur prouentus secundi, & cum in primo anno Marchio tot fecerit prouentus, quo tempore omnes Barones solent gratificare vassallos, multo fortius dicendum est in sequentibus, & ex hoc apparet non procedere quod dicit Ill. Marchio, scilicet quod cum isti prouentus vadāt pro prouisione Capitanei, potest esse, quod aliquo anno non fierent, & sic cederet ei damno, quia cum iam simus inclaris, quod in his tribus annis maximi prouentus facti fuerunt, non remanet aliquid dubij, ideoq; deducta prouisione Capitanei, Ill. Marchio debet dictos prouentus excomputare, tum ratione bullæ, tum etiam ratione sententiæ, & ita iuris esse sentio, quæ & si aperto iure non demonstrarentur, profecto æqui-

tas omnino hæc suadere debet, postquam principium, & finis tot debitorum fuit Ill. Marchio, vnde Domini Iudicantes, qui semper præ oculis iustitiam æquitate fulcitam maximopere habent, ita iudicare debent.

*Io. Vinc. Cangianus.*

#### ADDITIONES.

**A**D num. 2. quod licet Rex remittat adham Baroni, adhuc subfeudatarij tenentur Baroni ad seruitium, vltra Andr. in c. 1. §. sed nec alia iustior in tit. quæ sit pri. cau. benef. amit. hic allegatum per auctorem: Adde Vinc. de Franch. decis. 76. nu. 8. qui allegat eundem Andr. in loco præcitato, & eundem Vincent. de Franch. decis. 73. versus finem.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SUMMARIVM.

- 1 *Quicquid sorti accedit, dicitur vsura.*
- 2 *Quicquid omittitur in aliqua dispositione, seu statuto, remanet in dispositione iuris communis.*
- 3 *Onera realia possessorem sequuntur.*

#### ALLEGATIO 82.

**T**Ractat de eadem re, prout in præcedenti allegat. 81. Pro eodem Comite Sanctæ Seuerinæ.



**V**Ltra alias considerata ad demonstrandum, omni iure adhas solui debere per Illu. Marchionem Lauri, considero, quod inspecto iure cōmuni contractus emptionis cum pacto de retrouendendo arguitur suspectus in fraudem vsurarium, cum quicquid † sorti accedit, dicitur vsura, c. pleriq; 14. q. 3. & in terminis

minis iuris est text. in c. ad nostram de empr. & vend. vbi de materia per Hostie. & Ioa. Andr. sed in Regno sustinetur per Bullam Papæ Nicolai, qui permisit, & cum pacto de retrouendendo possit fieri emptio, constituto censu super re stabili, dummodo non excedat decimam partem pretij.

Bulla indefinite loquitur, nec aperit onus reale respectu census, per quem sit ferendum, ergo remitti debet dispositioni iuris communis. l. qui contra de reg. iur. vt tanto minus dicatur lex correctoria. l. si vero. S. de viro. ff. solut. matrim. dicit text. in c. odia de reg. iur. in sexto.

De iure communi onus pertinet ad dominum emptorem, siue simus in re burgenatica onus soluendi collectas tot. tit. C. ne sine cens. vel relig. & in l. Imperatores. ff. de publi.

Sine simus in feudo, cum clarum sit, dominum feudi teneri ad seruiendum Domino, & hoc indubitatum est, in c. r. de forma fidelitatis c. Imperialem. S. firmiter de prohib. feud. alien. per Feder.

Marchio emit, & est Dominus, Comes vendidit, & abdicauit à se dominium, ergo non est amplius feudatarius, & sic Marchio tenetur ad solutionem seruitij, facit text. in l. alienatio. ff. de contrah. empt. cum vulg.

Bulla permittit exactionem decimæ partis pretij, tñ præsuppositis terminis habilibus, videlicet & dominium transferatur in emptorē, vt patet per discursum totius Bullæ, alias esset vsura, non aperit, vt emptor sit immunis, ergo concludendū est, & intelligi debeat, & prout ius intelligit respectu onerum realium, quæ cum rem sequatur, sequuntur possessorem rei, etiā si per mille manus res ambulet. l. actionum genera, vbi glo. ff. de actio. & oblig.

Ergo dominus, & possessor debet soluere seruitium debitum contingens occasione rei, quia ista emptio cum pacto de retrouendendo, licet faciat emptorem dominum reuocabilem, interim dominus esse dicitur, & habet omnia

commoda dominij, ergo debet habere incommoda, vulg. text. l. secundum naturam. ff. de reg. iur.

Si obijcitur de pacto apposito in instrumento affectus, satis clarū est, non subsistere, quoniam absurdissimum est, venditorem non dominum teneri ad seruitium, vt supra fundauimus.

Item non sustinetur per bullā, quoniam non eximit emptorem ab oneribus realibus debitis superiori ratione rei emptæ cum pacto de retrouendendo.

Dispositio iuris communis refragatur, quoniam onera & realia sequuntur possessorem, vt supra fundatum est ex l. si. C. sine censu, vel reliquis, non valet emptio, prout similiter fundauimus, quo casu conuentio non valet.

Non habet assensum hoc pactū, ergo Marchio non potest habere recursum contra tertios possessores bonorum feudaliū, sententia lata vult, & nil percipiat Marchio, nisi tertias, & intelligi debet cum suo onere, quia aliter perciperit vltra tertias, vt euitetur absurdū, & peccatum, clem. 2. de Magist. c. in genesi de electione, & est tex. in c. cum contingat in fi. & cap. quemadmodum de iur. iur.

Vlterius sententia non aperit, ad quæ rationem sunt persoluendæ tertiar, ergo nunc S. C. debet providere, vt diligēs, & bonus Pater familias, quia si attendimus iuris dispositionē, onus respicit Marchionem, si attendimus generalem consuetudinem huius Regni, nunquam reperitur contractus, in quo introitus feudales immunes à iuribus seruitij vendantur ad rationem decem pro centenario, sed licet fiat emptio ad dictā rationē, tamen sit remissio vnus pro centenario, & sic remanet ad nouem, ergo iste contractus quomodocunq; rescissus non debet plus vtilitatis afferre Marchioni, quam alij contractus, qui cōmuniter in regno pertractantur, & in hoc versatur arbitrium S. C. postquam non apparet facta liquidatio tertiarum, ad quam rationem sint soluendæ tertiar, vt nunc declaretur ad eam rationem, qua

X

cōiter

cōiter vtuntur omnes contrahentes, & secundum naturam rei, super qua celebratur contractus, nam si celebratur contractus super re feudali, licet non teneat contractus, tamen interesse pecuniae solutae subrogatur in locum tertiarum, & consequenter si ratione introituum veditorum, qui sunt feudales, debetur adoha, debetur etiam ratione interesse, quod subrogatur in locum ipsorum, cum de iure subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur, & proinde debet S. C. inclinare eius arbitrium pro nobis, qui de damno euigando tractamus.

*Marcellus de Mauro.*

#### ADDITIONES.

**Q**uod onus adoha spectet ad emptorem feudi cum pacto de retrouendendo, nō obstante pacto, concordat cum dictis per meum Genitorem hic Vincen. de Franch. decil. 76. num. 7. & per totam.

*Abh. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SUMMARIVM.

- 1 Socius quando posset interrogari de socijs delicti in crimine assassinijs.
- 2 Testibus contrarijs, vel vacillantibus nulla fides adhibenda praesertim in criminibus.
- 3 Recognitio quando corruat.
- 4 An prime, vel ultime depositioni sit standum.
- 5 Exculpacio facta à socio criminis tempore, quo ibat ad patibulum, an profit.

#### ALLEGATIO 83.

**D**E torto, & confesso, legitimis indicijs non praecedentibus, & an exculpacio socij criminis in patibulo furcarum iuuet. Pro Ioa. Antonio de Luca.



**I**nquiritur Ioa. Antonius de Luca, quod particeps fuerit homicidij Magnif. Comes Peres, contra quem Reg. Fiscus nititur confessione ipsius in tortura, & ratificatione, eumq; torturam legitime praecessisse praecedentibus depositionibus Sigismundi de Beneuento, Berardini Veciae, Ambrosij de Fucio sociorum criminis, & Perrellae praetensi participis eiusdem criminis.

Et quia pro parte dicti Io. Antonij satis clare, & diffuse ostensum est in memoriali, eorumq; consistunt in facto, & in considerationibus factis in vnaquaqueq; depositione, tam illorum, quam dicti Io. Antonij, praedictos Sigismundum, & Ambrosium in principio, & medio depositionum narrasse concorditer rem euenisse casu, & praecedente impulsu Caesaris Farinae illum occidisse, cum manerent ad disrobandum, & alia exclusiua delicti ab ipsius Io. Antonio, & Petrella, & cum postea fuissent directa tela contra dictum Io. Antonium, illos fuisse varios, contrarios, perplexos, medaces, & falsos in omnibus fere substantialibus cum maximis, & verisimilitudinibus, ita vt non potuit Iudex pedem figere in aliqua illarum parte: ea propter illa recensere non opus est, sed illis praesuppositis, dicitur, dictum Io. Antonium de iure torqueri non potuisse, nam si fuit tortus ex eo qd contra ipsum fuerit id, quod praetenditur detractum cum Barone, in hoc Fiscus habet solum dictum Perrellae in tortura tam varia, tam perplesse deponentis, & tam contraria sibi ipsi, & alijs, & cum tanta inuerisimilitudine, propter quod ex hoc capite tortura non sustinetur, aut contra ipsum fuit processum virtute depositionum Sigismundi, Berardini, & Ambrosij, & tunc stantibus varietatibus, & contrarietatibus, in substantialibus, & falsitatibus non potuerunt ministrare sufficiens indicium, aut inspexit Iudex torquens Io. Anto. compleuisse delictum, scribendo, aut mittendo nunciu

ad

ad occisum, vt veniret Auerfam, & in hoc nō est necessario iurium allegatio, quando inter eos nulla potest dari cōcordia, vt videatur quid præstiterit inditium Iudici, vt ex eo possit torqueri Io. Anto. vir singularis innocentia.

Si igitur inditia nō præcedebāt, quæ sufficerent, confessio, & ratificatio ruūt.

Quod autem prima depositio toties geminata, & conformis latronum cōuenientium delictum accidisse inopinate debuerit attendi, & nullam rationem haberi, eorumq; postea dixerunt de Io. Antonio, vltra prædicta adducūt hęc quæ tanquam notoria debuerūt aduertī, vt ex his prima depositio verisimilior, & vniformis attendi debuerit.

Io. Antonius Clericus benefic iatus homo singularis vitæ, & famæ incomparabilis.

Item Amicissimus mortui, amicitia nō leui, sed fere incōparabili, vt ex hoc nō possit verisimile esse, nulla subsistēte causa, nulla sibi data occasione per occisū, nec spe alicuius cōmodi, nec vt cōplaceret alicui cōsanguineo, aut amico, tale commississe delictū, vt ex hoc solo debuerit Iudex, nedum ipsa varia, & falsa latronum dicta, sed testes maiori numero, & concordia respuere.

Io. Antonius homo simplicissimus, simplicitate notoria, ob q̄ non erat credendum, Baronem illi commissurū rem tam arduā, & ei longe imparem, præsertim, vt ille inuenisset malefactores, siquidem Baro erat vir magnæ prudentiæ, ingenij præditus, tot amicis familiaribus, & propinquis, quibus aptius potuisset committere tale facinus.

Accedit, q̄ inter Io. Anto. & Baronē nedū amicitia non intercesserat, sed capitale odium inter illū, & nepotē dicti Baronis, & satis inuerisimile, quod assassinium in hominem talem fuisset creditū Io. Anto. Parrellæ, Cæsari, & alijs, & sex latronibus, & commissum, non soluta, vel depositata pecunia.

Item quod potuisset necare veneno.

Itē q̄ fleuerit amare de illius morte.

Item q̄ audita captura malefactorū

nō discessit Auerfa, sed gratulatus fuit, & vltro se obtulit Barricello.

Itē quod Berardinus, & Ambrosius post deliberationem ipsius Io. Antonij (fuit .n. alias carceratus, & liberatus) cognouerit illū in venatione in nemore Casalis Principis.

Itē inimicitia capitalis magistri militum cū latronibus apparens ex eorum depositionibus, & illorum cōfessio, q̄ ex particulari odio occiderunt, exculpādo Io. Ant. tā ante capturā, q̄ ante carcerē.

Item quamplurima alia, quæ notata sunt in memoriali, & cōsiderationibus prædictis, quas rogo religionem Dominorum Iudicantium velint pensitare.

Si modo consideretur, quæ res Iudicem impulit, vt inquisitus Io. Anto. torqueretur, aduertant Circumspecti Iudicantes, quod omnia, quæ talem torturā præcesserunt, ad id non sufficiebant, si .n. contra Io. Anto. capta fuit suspitio, q̄ consenserit petitioni Baronis, & cum eo tractauerit, quod Comes Peres occidatur, consideretur, quod hoc solus Perrella cōfitebatur, qui in eius depositione asserens se delicti participē Io. Antonio ad probationem, vel iudicium, non sufficiebat per regulam † DD. vbi Cin. & alij de accusat. in l. fi. & per DD. in c. r. de confess. & quando hic casus fuisset de exceptis, in quibus contentatur lex de socio interrogari, quem posse, prout non est dictum socij, absq; alijs adminiculis, & coniecturis, & absq; numero, & qualitate deponētium, nisi cōcurrerent etiā mala fama, & qualitas, nominati, & verisimilitudo, quod nominatus interuenerit, nil faciet tale delictum, sic tenet Franc. de Aret. extra de accus. c. cum p. Mangonella colu. 7. qui dicit de hoc esse casum in c. in fidei. S. fi. de heret. in 6. Quid ergo dicetur, in casu, de quo agitur? non concurrente priuilegio delicti adminiculis testium verisimilitudines, & qualitates nominati, quæ omnia contradicebant torturæ.

Si tamen attendit Iudex depositiones homicidarum, q̄ in serie eorum dicti narrant, Io. Anton. collegisse eos, &

X 2 cum

cum eis in nemore tractasse, primo mit-  
tendo pecuniam, & rogando, vt occide-  
retur dictus Comes Peres: obitabāt fal-  
sitates, & varia, ac cōtraria dicta latro-  
num, variabant .n. in tempore, in pro-  
missione pecuniæ, in modo tractatus, in  
homine, qui homicidiū procurabat, mo-  
do sentiendo de vno, & modo de alio  
2 in verbis præteriti tractatus, ita vt inter  
eos concordia dari non poterat cū mul-  
tis inuerisimilitudinibus, quo fit, vt his  
testibus inuicē contradicentibus, & va-  
riantibus nulla sit adhibēda fides .ff. de  
testib. l. qui falsa, vel varia. l. interest. ibi  
qui aduersam fidem attestationis vacil-  
lant, audiendi non sunt, de testib. tenet  
Io. Andr. & alij in c. in nostra extra de  
testib. & Alex. qui sequitur, & sic consu-  
luit vol. 7. conf. 2. nu. 2. in hoc maxime  
quando contrarietas est in substantia,  
vt factum demonstrauit, quo casu nul-  
la fides datur, Feli. extra de testib. in  
c. cum tu num. 16. vers. sed pulchre,  
qui fortius conatur sustinere, quod  
quamuis verba testiū possent pati con-  
cordiam, nullam tamen faciunt fidem  
in criminalibus, & tāto fortius prædicta  
varietas, & vacillatio est considerabi-  
lis, pro quāto est facta in tormētis acer-  
rimis, vt in facto, & actu torturæ appa-  
ret, & voluntate dicendi impatientia  
tormentorū, & quia extra casuale ho-  
miciidum nesciebant quid dicere, ideo  
vacillabant, & sic nullius consideratio-  
nis p̄ tex. in l. 1. S. quæstioni ibi alij sunt  
tanta impatientia, vt in quouis potius  
mentiri, quam tormenta pati, & ita fit  
vt vario modo loquātur, & non tamen  
se, verum alios criminantur, per quem  
text. Alberic. Rosat. dixit, quod va-  
cillans in tormētis in totum repellitur,  
& cum inter eos detur maxima discor-  
dia extra casuale homicidiū in substan-  
tialibus, & post tot tormenta, & con-  
trarios confusos sermones deponant de  
Io. Antonio, maxima cum reuerentia,  
erit suspitio subductionis, vt Aim. conf.  
6. nu. 26. & 27. considerauit, quem ro-  
go videatis: hoc est variatum in perso-  
nam Io. Antonij, quia inter ipsos, &

cum alijs habent repugnantiam.

Considerandum insuper erat; quod  
postquam Io. Antonius vincebat dictū  
Ambrosium de Fugio, & Berardinū Vo-  
ciā, qui recognouerunt postea cum alijs  
non recognoscentia, vt de eis nō potue-  
rit ratio aliqua haberi, Berardinus .n.  
dicit, q̄ die homicidij Io. Anto. fuit cum  
eis in nemore nunciaturus aduētum, &  
Ambrosius ipse iā vincebatur falsus ex  
ipsa informatione, dum dixit Io. Anto.  
esse illū, qui die homicidij de mane iuit  
ad latrones, ea tūc primum tractaturus  
& nunciaturus eo sero, ac agrum mili-  
tum venturū, de quo habuerat respon-  
sum, q̄ fuit impossibile, etiam attentis  
eorū depositionibus, & in recognitione  
postea cū hac qualitate recognoscit, q̄  
Pars aduersa, & Fiscus dicunt fuisse  
falsum, ita vt conuincatur iure substan-  
tiali falsum dixisse, q̄ facit, vt eius dictū  
sit in totū falsum, quia deponentes cō-  
tra socium iurauerunt, hæc est commu-  
nis opinio scribentium de transact. in  
l. si ex falsis, & tenet Bal. ff. si cert. peti.  
l. certi conditio. S. quoniā vers. decimus  
est vbicūque, vbi in specie hoc tenet ra-  
tione iuramenti indiuidui, Soggi. conf.  
155. nu. 10. Aim. conf. 99. vt ex hoc fal-  
sa dicta testium non potuerint suadere  
torturam, & non solum prædicta proce-  
dunt ratione falsitatis prædictæ, sed et  
quia periuri, & vt periuri nullam proba-  
tionem faciunt. c. sicut nobis de test.  
Abb. in c. cum inter eo. tit. tanto fortius  
stantibus tot contradictionibus, & sic  
tot periurijs, cum toties committatur  
periurium, quoties contradicitur primo  
iuramento. c. ad aposti. de reg. iur. in 6.  
& ibi Andr. q̄ procedit non solum quo  
ad probationem, sed etiam quoad iudi-  
cium Aim. conf. 6. nu. 16. & 46.

3 Item consideretur recognitio †Per-  
rellæ facta Io. Antonio nō posito inter  
alios, sed adductus fuit Io. Anto. coram  
Perrella ligato, & interrogatus fuit Io.  
Anto. si nosset illum, quo negāte, inter-  
rogatus fuit Perrella, si quæsto è quello  
di Gio. Antonio, ibi præsentē, & sic reco-  
gnitio minus legitima, & sic cum dicti  
latro-



latrones, & socij criminis non nomināt Io. Anto. per nomina, & cognomina, & tantū illum recognoscat Berardinus, Ambrosius, & Perrella, & recognitio corruat, nihil vrgebat cōtra illum ante torturam, & præsertim stantibus, & varietatibus, contradictionibus, falsitatibus, & inuerisimilitudinibus, ac multis in depositionibus illorum, quæ excludebant mādaturam, & crimen ipsum ab ipso Io. Antonio, & Perrella, vt plene notatum est in memoriali in factō in cōsiderationibus ibi positis.

Tanto fortius, quia capitulum illud Regni, & disponit, vt socij criminis faciant fidem, vel inditium, vt in eo capitulo intelligi oporteat in casu nostro. s. in disrobationibus, cū ergo in casu, de quo agitur, prætendatur tractatus, & mandatum de occidendo, & nō de disrobando, merito capitulū illud non potuit habere locū in casu nostro, & latrones illi nec fidem, nec inditiū facere potuerunt contra Io. Anto. & Perrellam, & capitulum illud cum sit exorbitans à iure cōi, stricte oportet interpretari, ita vt non habeat locum, nec extendi possit etiam à maiori parte rationis.

Videbatur et in homicidijs multiplicata depositio, & quælibet varia, ita vt singulis diuersis vicibus cōtraria semper deposuerint, vt est notatum, & oēs has depositiones ratificatas, ita vt hoc debuisset sufficere, postquā non poterāt simul stare, & animus iudicantis in hac dubietate benigniorem partē sequi videbat, vt nominatus bonæ famæ, & cōditionis, non debuerit à talibus dictis offendi, vel inter depositionum varietates, viso, quod in prima, in qua delictū dicitur ab omnibus casuale, & præcedēte suam, & impulsu Cæsaris Farinæ cū particulari odio ipsorum homicidarum vrgebat causa, & in hac prima depositione latrones p̄dicti deposuerunt conformiter de seipsis, & alijs, prima hæc depositio erat opinio attendenda, cū ex hoc, vt per Bal. in l. 1. S. quæstioni per illum, & tex. de quæstion. tum etiam quia verisimilior vltimis, quo casu verisimi-

litudo facti, vt de alijs ratio aliqua nō habeatur, Socc. conf. 253. in causa Dñi col. 1. vers. 2. & etiam clare ibi, vel etiā vt clarius vol. 2. vers. allegādo tex. in c. literas de præsumpt. infert secundum Bal. & Abb. ibi, q̄ luet dictum testis cū iuramento, præualeat illi sine iuramento, non erit verum, data verisimilitudine in dicto absque iuramento, quam conclusionem firmat Dec. in conf. 189. col. 6. Aim. conf. 79. nu. 32. si modo dictum latronum est verisimilius, tū quia omnes concurrunt in primo examine, quod casuale, & animo disrobandi, vt alios disrobauerunt, & ligauerunt, & suasu, & impulsu Cæsaris Farinæ, impellente odio, vt supra, tum etiam quia factum, vt supra consideratō, mino demonstrat innocentiam inquisiti: considerent Circumspecti Iudicantes.

Tanto magis si conuenientia aliqua pōt dari in dictis ipsorum latronum Io. Anto. illa est, postquam Sigismūsus de Beneuento deductus post annū suæ carcerationis, & prima depositione, fuit ex M. C. ad Castrum Auersæ, & positus simul cum Berardino, & Ambrosio, q̄ non caret magna suspitione, & post cōdemnationem, quando lex habet illos pro mortuis, taliter q̄ illorū dicta sunt nulla, argu. tex. in l. Auus. S. 1. & in l. si quis post de testamento, & tex. in l. Diuus in fi. de quæst. Tanto magis quia in ipsis vltimis depositionibus post cōdemnationem sunt multæ varietates, contradictiones, & inuerisimilia, vt supra dictum est.

Tanto etiam magis, quia post cōdemnationem cū melius cogitarent de salute animarum, eas Deo daturi, eūtes ad mortem, & ad Dei Tribunal, & iudicium, tā constanter perseuerauerunt in reuocatione, & exculpatione dicti Io. Anto. ostendentes magnū timorē offensionis Dei, & interitus animarū, ita vt eis, quæ dicebant, credi oporteat.

Quæ omnia si attendebātur, vt bene considerari debebāt contra iuuenē innocentem, & optime qualitatis, quis dubitat ad torturā perueniri nō potuisse,

tanquam nil sufficiens præcessisset, quo fit, vt omnia inde sequuta ruât iuribus vulgaribus, nec opitulabitur torturæ auctoritas Magnifici Domini Iudicantis, quia illa debebat intelligi, si inditia præcedebant, quando alias Rex nõ posset torqueri facere aliquem, legitimis inditijs non præcedentibus, *Affl. in const. item dura, & dira in fi.*

Præterea si qualitas affassinij in persona Io. Antonij non potest considerari, cum omnia iura loquantur in dante pecuniã, & Docto. in recipiente, vt per Capic in decis. 155. quo iure clerico beneficiato, & simplici, & optimæ famæ viro, & qui nec dabat, nec recipiebat pecuniam, & contra quem ex tam falsis, & varijs malefactorum depositionibus nil iure colligebatur, fuit illata tortura, & nõ iustius, ac sanctius fuerunt datæ defensiones, ex quibus manifeste deprehendi poterat, prout nunc potest eius innocentia: iura autem vulgarata loquentia contra affassinos, videât quæso optimi Iudices, nam recte intuendo non afficiunt Io. Antonium, in cuius persona delictum per pecuniam nullo pacto considerari potest.

Nec erit considerationis modicæ, & homicidæ, qui Io. Antonium nominauerant, licet falso, & accedentes postmodum ad mortem illi suspensi, Auerſæ, tam perseueranter, & constanter, & Franciscus de Traghune Neap. dixerunt innocentiam ipsius Ioa. Antonij, postquam exculpationes huiusmodi solent respici, quando Fiscus fundaret suam intentionem cum alijs adminiculis præter dicta modo exculpatium, practicando dictum Bald. C. comm. de leg. l. 1. nu. 32. ibi, item si testator, sed quando exculpans est idem, qui totum fecit cõtra inquisitum, & cuius dictum omni verisimilitudine carebat, non video, cur nõ debeat praticari deci. And. in constit. si damna clandestina col. 4. vers. item quid si confessus in terminis? cuius dictum licet Circumspectis Iudicibus sit bene notum, rogo tamen, vt in casu, de quo modo agi-

tur, reuideatur, instruit enim Iudices quid sequi debeant in huiusmodi reuocationibus.

## ADDITIONES.

**A**D num. 1. quod dicto socij criminis nõ sit standum ad inferendam alteri torturam, nisi alia quoque legitima concurrãt inditia, vltra allegata per meum Genitorum hic, vide Gramm. decis. 28. num. 14. & nu. 16. & 17.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## SUMMARIVM.

1 *Quando Fiscus alicui ex delicto succedit, iudicandus est vti hæres extraneus, & tenetur creditoribus.*

## ALLEGATIO 84.

**F**iscus quando succedat vt hæres, & sit adstrictus creditoribus.



**D**Ars, vt audio, præsupponit in casu, de quo agitur, confusionem locum non habere, ex eo, quia Fiscus non successit personis Io. Bernardini, & Petri Stendardi, sed eorum bonis, & proinde ipsorum personas non representare, & Fiscu hoc casu esse adstrictum creditoribus, tanquam bona tenens ¶ ex adductis per Guliel. de Benedictis in cap. Rainuntius in vers. & vxorem nomine Adelasiam nu. mihi 836. 839. & 850. cum ergo Fiscus ipsorum personas non representet, cessat ratio confusionis, quæ est, quia actio, & passio in eadem persona non possunt currere: ad hoc rogo, aduertatur, nam Fiscus alicui ex delicto succedens vti hæres extraneus omnino iudicandus est, glos. est not. in l. non intelligitur. S. cum ex causa in verbo pertinet. ff. de iur. Fisci, & iura omnia actiua, & passiua in eum,

tan-

tanquam in extraneum hæredem transeunt. l. cum & Fisco. ff. ad Sylleia. Ita in specie consuluit Roman. qui optima iura allegat conf. 73. si omnia iura transeunt, ergo militat ratio, quod actio, & passio in eadem persona non potest consistere, & per consequens dispositio text. in l. Vranus: circa alia, quia copiose fuit scriptum, non insisto.

## A D D I T I O N E S.

**A**ddo, quod licet Fiscus succedens alieni ex delicto non sit hæres delinquentis; est tñ successor l. si constante §. fin. ff. sol. matrim. Paul. de Castr. in l. liberti C. de libertis, & eorum liberis Loffred. conf. 1. num. 17. Io. Vincent. de Ann. in repet. constit. constitutionem diuz mer. nume. 237. & quod Fiscus quando capit bona delinquentis, non sit hæres, conueniunt notata per Anchar. conf. 317. ex prædictis col. fin. qui per text. in l. 1. §. an bona ff. de Iure Fisci decidit quod quando Fiscus apprehendit bona alicuius delinquentis, non censetur hæres, sed possessor bonorum, & per consequens etiam si non confecit inventarium, non obligatur ultra vires hæreditarias, cuius sententiæ est Bal. in conf. 359. qui ait, Fiscum hæredem anomalum, & quod possit conueniri antequam fiat discussio contra tertios possessores, nam, est semper soluendo, Idem tenet Corneus consil. 190. ad euentiam col. 3. in lit. R. primo vol. ea ratione, quia quasi hæres, & semper soluendo sit: igitur primo debet conueniri, concordat Calchan. conf. 66. & dicit Alex. in l. si marito. ff. sol. matr. col. 1. vxorem repertam in possessione bonorum mariti impedire Fiscum facientem incorporationem bonorum mariti, quæ nota pro confirmatione eorum, quæ dixit meus Genitor in hac alleg. Affl. decis. 385. nu. 2. *Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Quod feuda quaternata Rex possit concedere Baroni, ut sub eo teneantur immediate, & in capite.*
- 2 *Qui declarat; nil dicitur de nouo facere.*

- 3 *Verba aperta, & clara declaratione non indigent.*
- 4 *Verba debent aliquid operari.*

## A L L E G A T I O 85.

**I**N causa feudi quaternati. Pro Illustrissimo Principe Sulmonis.



Emo dubitat, feuda quaternata, quæ in quaternationibus Regiæ Camere scripta, & annotata, sunt, per Dominum nostrum Regem posse Ba-

*Vide alleg. 44. q. 2. tract. de eadem materia feudi quaternati.*

**I**roni ꝑ concedi, vt ab eo, & sub eo teneantur immediate, & in capite, quod vulgare est in hoc Neapolitano Regno per l. post mortem, & ex not. per Andr. in c. 1. de contr. feudi. ap. Pares. term. omnia quaternata feuda spectant ad collationem Regis, potest ipse concedere, vt ab alio conferantur, quia de feudis ipse disponit, prout vult c. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi, vertit ipsam naturam feudi pro suo libitu voluntatis, & de eo facit alio diu, & ex vno constituit duo, argum. l. si ead. de offic. assesso. & in l. 1. C. de metropoli. herito. lib. 10. creat regalem dignitatem c. 1. quis dicatur Dux, & in c. 1. de feudo Marchiæ. omnia feuda donat, & concedit pro suo arbitrio, cum sit in hoc Regno Monarcha, vt sæpe testatur Andr. & in prælud. feudorum, & Consti. Regni præsertim quando dat in feudum, & iura coronæ non diminuuntur, de quo per Andr. & alios in c. Imperialem. S. præterea de prohibet. feud. alien. per Feder. cum Imperator Carolus III. Carolo Delanoî modicam donationem contulerit, modicum appello pro amplitudine meritorum: & cum Principatu Sulmonis, & aliarum Terrarum, omnia quaternata feuda existentia in Territorio Ciuitatis eiusdem, debent ea omnia, quæ ibidem consistant, eiusdem Ill. Domini hæredibus assi-

assignari, vt feudatarij ab eo teneant, seruitia præstent, & releuia præluant, & à libro Cameræ deduci, & extrahi, quoniam sic præcipit Dominus: nec est qui dicat, cur ita facis? auctore Iob lib. 3. disputare non oportet, an Dominus voluerit, & potuerit, cum certum sit, & voluisse, & potuisse, debet possessio tradi, veluti pars corporis, cum habeat facultatem tradendi, ad id præcise cogitur c. 1. S. si facta, si de feudo fuer. contro. & in c. 1. qd sit inuestitura. Curia Domini Regis debet exequi, quod promissit: nec obstat, quod eadem Ciuitas ante expeditionem Priuilegij 1526. & tunc, & post baiulationem possederit in alodium, & negauerit illam habere in feudum: nam nec illi, nec Fisco hæc allegatio prodest, si re vera, vt feudum possederit, eo ipso Dominus Rex utile, vel subalternum directum dominium in Illu. Principem transtulit, c. 1. de feudo Marchiæ, & potest vtili vendicatione, aut condicere, aut repetere, vt Andr. notat c. 1. S. sed nec est alia iustior, quæ sit prima caus. benef. amitt. vel vt Dominus de nouo à Rege creatus petit reintegrare illud, vt sub feudum Curie suæ, iuxta not. in l. Regni Consuetudinem, ex qua peritiores Regni sumunt libellum pro reintegrationibus feudorum; eo ipso, quod compertum est, feudum fuisse, & indebite occultatum, & vt burgenfaticum occultatum Principi debetur, & priuari posset per cap. vassallus el 2. si de feudo fuer. contro, vel vti negans feudum, & contēdens alodium esse. Hæc qualitas tempore concessionis iam inerat, nunc aufertur velamen, & feudum esse detegitur, non dicitur nouum feudum, sed vetus, & idē numero, quod prius erat, argu. l. adeo S. 1. de acquir. rer. domi. quam Bal. not. in prælud. feudorum in eo, qui spicas frumēti excutit, & idem in illo, qui aliquid ꝑ declarat, non dicitur quicquam de nouo facere. l. hæredes palam. S. sed si notam de testa. sufficit tunc, & ante fuisse feudum, aut subfeudum, vt ex cōcessionē Regis cogatur nouo domino

seruire veluti delegato Regis arg. eorū quæ habentur in c. 1. S. ex ead. de leg. Corradi, potest hoc fieri, etiam vassallo inuito, vel ibi, nec in hoc fit sua conditio deterior, de quo alias liberum, plenum, & absolutum voluit transferre dominium diuus Carolus in Carolum Principem, & eius hæredes, & successores totius Principatus, & territorij, nec alius Baro, vel ipse etiam Rex, iurisdictionem feudalem in eo habeat, ideo expressit feudatarios, qui à Rege, vel Curia Regis tenebant, vt ex nunc subfeudatarij sint Principis, cum habeant in feudo dominium, expressit etiam subfeudatarios, qui ab alio tenerent, vt ex nunc non illius, sed Principis sint subditi, verba aperta, & clara sūt, interpretatione non egent, ꝑ l. continuus. S. cum ita de verb. oblig. illa etiam verba postquam nulla sūt ibidem feuda, aut subfeuda, nullam haberent vim, frustra essent posita contra tex. in c. si Romanorum 19. distin. debent aliquid operari, l. si ꝑ quando de leg. 1. sed credo verius esse haberi, ac si nominatim Rex expressisset cum nullo alio casu possunt comprobari, argum. l. fundus, qui locatus. ff. de fund. instru. l. 1. 2. & 3. de libe. & posthu. & ex tenore priuilegij in fauorem Principis sic iudicandum est.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. 1. quod Rex possit Feudum quaternatum subijcere alicui Baroni, vltra allegata per meum Genitorem hic, qui allegat notata in Constitutione Regni post mortem, Addo, quod idem tenet Afflict. in decis. 282. nu. 6. ibi secundo modo respōdetur, & paulo ante num. 9. ibi, (& tanto magis) Cætera vide, vt in alleg. 44. & quæ ibi addidi.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *An, & quando ex possessione præsumatur diuisio inter fratres.*
- 2 *Quanto tempore præscribatur iuri diui-*

*diuisionis inter fratres.*

- 3 *Quid si partes sunt inæquales.*
- 4 *In enormissima lesione inest dolus re ipsa.*
- 5 *Maior præsumptio tollit aliam.*
- 6 *Lex abhorret, ut dolus præsumatur, quia quilibet præsumitur bonus.*
- 7 *Qui dicit dolum, illum probare debet.*
- 8 *Nemo præsumitur iactare suum.*
- 9 *Lesio tertiæ partis est idem, quod lesio in sexta.*
- 10 *Si in diuisione facta inter fratres adest lesio, an rescindatur, & quanta debeat esse lesio.*
- 11 *Paries intermedius constructus arguit diuisionem.*
- 12 *Diuisio facta ex falsa causa, licet sit alia causa vera, non sustinetur ex vera.*

## ALLEGATIO 86.

**I**N materia diuisionis inter fratres. Pro Magnifico Francisco Arcella.



**U**N causa Magnifici Francisci Arcelle, cõtra egregium Cæsarem de Raho super petita diuisione domorũ in processu deductarum, quia nõ est du-

bium, illas fuisse communes Magnificorum quond. Nobilium de Mansella, à quibus tam Magnificus Actor, quam Reus causam habent per medias personas suorum authorum, solum vertitur dubium, si stante possessione ann. 10. & ultra, per quos pars domorum in prima rubrica articulorum prædicti Cæsaris de Raho descriptarum fuit possessa per prædictum Cæsarem, & suos autores, & altera pars descripta in secunda

rubrica fuit possessa per Franciscum Arcellam, præsumatur diuisio.

Et videtur dicendum, quod ex prædicta possessione præsumatur ÷ diuisio, ut est glos. not. & sing. in l. si maior. C. cõmuni diuidendo in princ. quam ibi sequuntur Bar. Bal. Albe. de Ro. & Paul. de Castr. sequitur Iaso. in l. si certis annis in 3. col. ff. de pact. vers. sexto facit, Dec. in cons. 79. vers. in 3. dub. Ant. Rubbe. in cons. 154. in 3. colu.

Quinimmo etiam si partes essent inæquales, videtur procedere opinio prædictæ glo. ita tenet Salic. in d. l. si maior in 2. colu. vers. quidam perusini, subdit rationem, quia diuisio potuit esse disproportionata ex partium consensu, & donatio æque præsumeretur, si illa allegaretur, & probaretur possessio donatoris, cum patientia tanti tẽporis, & ad hoc ponderat Sali. autoritatẽ glo. & Docto. ibidem, qui simpliciter tenet ex prædicto tempore præsumi diuisionem, non facta distinctione, si partes sunt proportionatæ, vel non, & hoc videtur sequi Anto. de Butr. in c. peruenit in col. 20. ext. de cõsib. Ang. Arc. in S. si in si. instir. de societate, & Alex. in cõs. 92. in 2. col. in vers. præterea dixit Sali.

Quod tanto magis videtur procedere in causa, de qua agitur, ex quo non solum probatum est, fuisse per decem annos possessas prædictas partes pro diuiso, sed ab anno 1507. & sic ultra 40. annos, ad quod adducitur illud, quod habetur in l. si filius. ff. de petit. hæred. in l. qui in aliena. ff. de acquir. hæred. cõ similibus, ex quibus videtur etiam inferri, quod sit præscriptum iuri petendi diuisionem, quando diuisio facta non esset, nam spatio 30. ann. præscribitur omni iure, ÷ l. sicut, & l. omnes. C. de præscript. trig. ann. & de hoc videtur tex. clarus in l. 1. §. ad hæc in vers. diuidendo. C. de anna. excep. per quem tex. communiter tenent Docto. quod si per 30. ann. quis possedit fundum, vel domum iure proprio, licet sit communis cum altero, non potest peti post 30. annos diuisio, ita notat Iacob. Butr. Cin. Bal.

Bal. & Ang. in d. l. 1. S. ad hæc ver. com-  
muni diuidendo. C. de annali except.  
vnde sicut si totam domum possedisset  
per 30. ann. prædictus Cæsar de Raho  
non posset peti diuisio, idem erit, quia  
possedit partem maiorē, quam sibi de  
iure competeat, quia quod ius est de  
toto quoad totū, idem ius est de parte  
quoad partem. l. quæ de tota. ff. de rei  
vend. immo si aliquod ius Magnif. Fran-  
ciscus habebat, videtur remissū, ex quo  
passus est, q̄ dictus Cæsar edificasset in  
re communi. l. Sabinus. ff. cōmuni diui.

- Quibus non obstantibus, contrarium  
de iure verius videtur, quod prædictus  
Cæsar de Raho teneatur diuidere præ-  
dictas domos; nam verum est in facto,  
prout ex euidencia rerum apparet, satis  
3 minorem partem † possidere, ac posse-  
disse prædictum Cæsarem, quam prædi-  
ctum Dominum Franciscum, immo vi-  
detur Pars, quæ possidetur per Magnif.  
Franciscum, esse minor, quam dimi-  
dia eius partis, quā possidet prædictus  
Cæsar, quo casu stante tam magna in-  
qualitate dictarum partium, nulla po-  
test præsumi diuisio, quia alias præsu-  
meretur, quod Magnificus Franciscus  
fuisset dolo inductus, & circumuentus  
4 ad sic diuidendum, † nam in enormis-  
sima læsione inest dolo re ipsa. l. si quis  
cum aliter. ff. de verb. oblig. & l. si quis  
arbitratu eo. tit. DD. notant in l. 2. C.  
de rescind. vend. & cum ex cursu tem-  
poris præsumatur diuisio, maior est præ-  
sumptio, vt hoc casu non præsumatur  
quia præsumendo diuisionem, præsume-  
retur dolo, & sic vna præsumptio maior  
5 tollit alteram. l. cum de indebito. S. si  
autem. ff. de probatio. l. diuus. ff. de in-  
integr. rest. abhorret enim lex, vt dolo  
6 præsumatur, † quia quilibet præsumitur  
bonus. l. merito. ff. pro socio. c. si. extra.  
de præsumptio. & propterea qui dicit  
7 dolum, illum probare debet. † l. quoties  
S. qui dolo. ff. de probat. & requiruntur  
probationes claræ. l. dolum. C. de dolo  
malo, concurrat hic etiam alia præsum-  
ptio, videlicet quia nemo præsumitur  
iactare suum, vt infra subiiciam, & sic

duæ præsumptiones contra vnam.

- Quin etiam stante inæqualitate præ-  
dicta respectu tertie partis, adhuc non  
præsumeretur diuisio, quia nemo præ-  
sumitur iactare suum. † l. cum de indebi-  
8 to. ff. de probat. quod procedit, maxime  
data læsione in tertia parte, vel sexta,  
respectu totius. l. si societatem. S. arbi-  
trorum, & l. vnde si Nerua cum l. seq. ff.  
pro socio, & declarat Bal. colu. 9. vers.  
quinto quæro, quæ dicitur parua læsio,  
9 † quod læsio tertie partis est idem, q̄  
læsio in sexta parte, exemplum quod si  
res communis valet duodecim, & vni  
est assignata, pars quæ valet octo, alteri  
est assignata, pars quæ valet quatuor,  
& debebat sibi assignari pars, quæ va-  
lebat sex, dicitur esse læsus in sexta par-  
te, & sic in duobus, & altera pars, quæ  
habet octo, dicitur habere tertiam par-  
tem respectu totius plusquam alter, qui  
tex. habent locum in læsione perueniē-  
te ex facto cuiuscunque tertij, vt decla-  
rat ibi Bar. notabiliter, vnde etiā si præ-  
supponatur diuisio facta, quæ commu-  
niter per tabularios Neapolitanos, &  
expertos fit, stante læsione tertie par-  
tis, seu sextæ, daretur actio, vt iterum  
diuideretur, & propterea hæc præsum-  
ptio, vt non videatur quis sic inæqua-  
lem passum fuisse diuisionem, tollit aliā  
præsumptionem inductam ex tempo-  
re, maxime cum fuerint tam Magnif. q̄  
Matthæus, quam Magnif. Franciscus vi-  
ri sollertes, & cauti, qui non præsumun-  
tur, vt se decipi passi sint, & quando ve-  
ra probaretur diuisio, iam competeret  
actio, stante læsione prædicta, vt iterum  
diuideretur, vel diuisio ad æqualitatem  
reduceretur, ita non est dubium compe-  
tere actionem, multo magis in prædi-  
cta præsumpta diuisione, & hoc est no-  
tabiliter, quod dixit Socci. in cons. 25.  
vol. 4. col. 1. & 2. q̄ si per errorem maior  
Pars veniat, ad fratrem in diuisione re-  
ducitur diuisio ad æqualitatem, & er-  
ror potius præsumitur, quam donatio,  
quia donare est perdere. l. filius fami-  
lias. ff. de donat. l. si cū aurum. ff. de solu-  
tione. Et quod quando læsio esset ultra di-  
mi-

midiam, & ultra sextam partem, quod non præsumatur diuisio, voluit Bald. in d. l. si maior col. 1. C. communi diuidundo, licet ibi nõ ita clare specificet, quãta requiratur ¶ læsio, sequitur Paul. de Castr. Felin. in c. sicut extra de re iud. col. 14. ver. hanc fal. vbi alios DD. refert; sequitur cõsulendo Alex. conf. 25. volu. 5. col. 5. hoc tenuit Petr. de Vbal. in tract. de societate in 11. par. q. 17. vbi sequitur distinctionem Bal. hoc firmat Io. Franc. Balb. qui quæstionem ad partes disputat, & respondet his, quæ in contrarium adducuntur in tractatu de præscript. car. 39. in impressione magnæ formæ nu. 44. cum seq. vbi dicit, opinionem Bald. tanquam veram, & magis communem esse tenendam in cõsulendo, & iudicando, hoc nouissime sequitur Nicolaus Boer. in sua decis. 58. in 1. par. in ult. col. vbi declarat deceptionem ultra dimidiam, vel saltẽ ultra tertiam sufficere, & voluit Alex. in conf. 92. col. 2. vol. 2.

Et consequẽter non obstant ea, quæ primo loco adducebantur de opinione Sal. nam illa opinio, & sequacium communiter damnatur, & quia satis respondetur ex superscriptis rationibus circa ea, quæ per ipsum allegantur, non curio aliter insistere.

Et tãto magis hæc opinio procedit, quia probata est in articulo absentia Magnif. q. Dñi Matthæi Arcellæ à Ciuitate Neap. & Magnif. Dñi Francisci actoris eius filij, qui etiam hæres, & iustam causam habuit ignorantia, idcirco nõ debet præsumi diuisio facta, quia ignorauerunt, & passi non fuerunt scientes sic possideri, & cum ex coniectura longi temporis præsumatur diuisio, si tamen alia coniectura est in contrariũ, illa præsumenda non est, per ea, quæ supra allegata sunt, quia vna coniectura tollit aliam, & in specie tradit Alex. in d. conf. 25. vol. 5. col. 5. ver. & hoc colligitur, & not. Balbus in loco præallegato.

Accedit prædictis, quia si fuisset facta diuisio, fuisset paries intermedius

¶ constructus, vt dicit text. in l. si quis duas. §. si quis partem, ver. quod & in cõdibus. ff. com. præd. & sic habetur communis obseruantia in hac Ciuitate.

Nec obstat, quod per 40. ann. fuerunt partes diuisim possessæ, nam prædicti temporis spatium non facit diuisionem præsumi, stante enormissima læsione maxime concurrente Magnificorum Mazzei, & Francisci absentia, ac alijs cõiecturis supra enumeratis, & hoc clare patet ex supra allegatis, & voluit Alex. recte intuenti in conf. 92. volu. 2. colu. 2. vers. pro hoc, vt alias dicimus, dum narratur factum, quod ibi possiderunt partes pro diuisio p 50. ann. & cõcludit, qd si læsio esset ultra dimidiam, vel ultra tertiam, nõ præsumeretur diuisio, sed quia læsio erat ibi in octaua parte, & non in sexta, ideo ibi præsumebatur diuisio ex possessione prædicti temporis.

Nec obstat allegata præscriptio, nõ apparet, quod Magnif. Penelope sciebat, domum esse communem, vt in actis constat, quæ & vixit lógissimo tempore, ita quod mala fide non potuit præscribere, vt c. malefidei possessor de reg. iur. & post mortem ipsius non cucurrit tempus 30. ann. immo nec 20. nec 15. vt potuisset præscribi actioni communi diuidundo, cui præscribitur spatio 30. ann. vt supra allegaui.

Vltimo non obstat text. in l. Sabinus ff. communi diuidundo, nam ex eodẽmet text. patet responsio, & propterea ex his omnibus concludẽdum est, quod prædictus Magn. Dominus Franciscus obtinere debeat, qd condemnetur prædictus Cæsar de Raho ad diuidendum dictam domum.

Aduertatur, quia dato suo initio, vt vere in facto probatum est, quod erant domus pro communi, & indiuiso, aut præsupponimus diuisionem vere factã, & sic quod sit assignata tota illa portio, quæ per Cælarem possidetur, quasi quod tota illa fuerit portio competẽs, & tunc quia fuit error in facto. s. quod non tãta portio competebat, sed minor

ha-



habita consideratione ad partem, quæ reperitur penes Dominum Frãiscum, non poterit Cęsar se tueri de diuisione facta, etiam quod fuisset promissum nõ venire contra, ita se consuluisse dicit Paul. de Cast. l. in fi. S. idem quæsiuit. ff. de condi. indeb. debet. n. Iudicis officium providere nedũ minoribus, sed maioribus, vt 9 inęqualiter factum esse constitit, in melius reformetur: verba sunt rex. qui de diuisione loquitur in l. maioribus. C. communia vtriusq; iudi. per quem text. & alia ita in diuisione consuluit Bal. in conf. 386. incip. proponitur, quod frater vol. 1. in moderna impressione, & in tantum est hoc verum, 12 quod si † diuisio sit facta ex falsa causa, licet sit alia causa vera, non sustinetur ex vera, & poterit contraveniri, adeo quod impeditur translatio dominij, ita in specie consuluit Ancha. in conf. 291. incip. super pluribus articulis colu. 2. ibi ex istis inferitur, aut præsupponimus, ex tali detentione velle præsumi diuisionem, & nequaquã, stante inęqualitate, potest adaptari, quia esset præsupponere delictum. s. occupatio ultra id, quod ad eum spectabat. l. si. & l. si quis in tantam. C. vnde vi, oportet ergo dicere, vt excludatur delictum, quod licet tenuerit maiorem partem, postquam in quolibet cespite habebat partem pro indiuiso, & poterat totam inhabitare, quod non dicatur animo priuandi consortium habitasse, & possidere, & sic quod remaneat intacta portio Domini Frat. ita considerat, & arguit Veronens. in conf. 4. colum. 3. ibi videtur quilibet in consilijs criminalibus, & sic non potest obijci de præscriptione, etiam si per 100. ann. ita teneatur, postquam licitum erat, vnum sortium inhabitare totam, & maiorem partem, & alium minorem. Ita colligo ex doctrina Bar. reprobantis glo. in l. 1. C. de annali excep. & per Ial. in l. si nõ sortem. S. si centum in 2. notab. ff. de condit. indeb.

**A**D num. 1. concludit meus Genitor hic quod ex possessione longi temporis præsumitur facta diuisio inter fratres, si separatis portionibus possederunt secundum glo. in l. si maior. C. commun. diuid. Adde Alex. conf. 92. viso 2. volu. & ibi recensiores, qui alios cumulat, sequitur etiam Casan. in conf. 11. nu. 39. licet contrarium teneat Boer. in decis. 58. vbi partes essent inęquales, & sic etiam vult meus Genitor hic nu. 3. & sic fuit iudicatum in quadam causa quorundam de Afragola, teste Vrillo ad decis. Affl. 368. nu. 3.

*Abb. Io Hieron. de Mauro.*

### SVMMARIVM.

- 1 *Attentatorum remedium quando locum non habeat.*
- 2 *Sententia quæ fecit transitum in rem iudicatam pro veritate habetur.*
- 3 *Baro licet sit Iudex ordinarius inter vassallum, & vassallum, non tamen est Iudex inter ipsũ, & vassallum, quia in causa propria.*
- 4 *Nec alijs potest committere.*
- 5 *Dominus quando potest allegari suspectus, an pariter eius vicarius suspectus allegari possit.*
- 6 *Quando quis est suspectus, tota eius iurisdictio potest recusari.*

### ALLEGATIO 87.

**I**N materia attentatorum, lite pendente. Pro Magnif. Vniuersitate Terræ Ebuli.

**L**icet regulariter, appellatione pendente, omnia attentata debent retractari, hoc tamen non habet locum in casu, vbi non licet appellari, prout est de iure ciuili in sententia.

tia fecit transitum in rem iudicatam,  
 † aut quando due sint sententiæ latae,  
 quæ sic se habent, quod secunda sit  
 executio primæ, quia facta execu-  
 tione in prædictis casibus, tali appel-  
 latione pendente, non retractabitur  
 talis executio per viam attentati, vt  
 tenet Gem. & communiter DD. in c.  
 non solum de appellatione in 6. & ha-  
 betur in decis. Cappell. Thol. 500. & in  
 addit. ibi positus, nisi per Iudicem ad  
 quem fuerit inhibitum c. Romana. S. sin  
 autem eo. tit. vnde infertur, quod cum  
 fuerit sententia lata super possessione  
 asportationis armorum pro Magnif. Vni-  
 uersitate Ebuli, à qua, vt dixi, nõ pote-  
 rat appellari, vt concludunt Affl. in  
 decis. 269. & Capi. in decis. 34. per tex.  
 in l. 1. C. si de mom. possess. † quæ senten-  
 tia fecit transitum in rem iudicatam,  
 quod operatur similiter, vt non possit  
 appellari, cum pro veritate habetur,  
 vt notatur per Dec. & DD. in regula-  
 res iudicata de reg. iur. attentata per  
 M. C. appellatione pendente ad Sacr.  
 Reg. Conf. ante eius inhibitionem non  
 debent retractari, & quod ex tali sen-  
 tentia cū sit lata in contradictorio iu-  
 dicio pro dicta Vniuersitate contra Ill.  
 Dominum Principem Ebuli, poterat iri  
 ad M. C. pro obseruari faciendo illā ab  
 Officialibus dicti Ill. Principis obserua-  
 re denegantibus, probatur ex eo, quia  
 Barones sunt ordinarij inter vassallum,  
 & vassallum, non autem inter ipsum, &  
 vassallum, † extra de foro cōpet. c. ve-  
 rum, & in lib. feud. de prohib. feud. alie.  
 per Feder. in c. Imperialem. S. præterea  
 si inter duos, non debent enim cogno-  
 scere in causis eorum, quia esset ini-  
 quum. ff. de iud. l. Iulianus, & iniquum,  
 & perniciosum esset, vt sententia, quod  
 quisque voluerit faciat. C. de probat. l.  
 exemplo de conuen. Fisci debito. l. fin.  
 lib. 10. & C. ne quis in sua cau. l. 1.

Nec potest alijs causam iudicandam  
 4 committere, † cum sit finita per dictam  
 sententiam, quæ fecit transitum in rem  
 iudicatam, & non remanet, quod pos-  
 sit committere alijs ad indicandū, licet

Philipp. Franc. istam quæstionem, an  
 esto, quod Dominus, quando possit al-  
 legari suspectus, † possit etiam allegari  
 5 eius Vicarius, determinauit, quod sic in  
 c. dilectus col. 10. de appell. concordat  
 Bal. in l. 1. C. si quacunque præditus po-  
 testa. per text. in c. insinuante de offic.  
 de leg. & idem Philipp. in c. postremo  
 col. 7. de appell. in 12. causa, allegando  
 Imo. in d. c. insinuante, quod eo ipso,  
 quod ipse Dominus est suspectus, cen-  
 setur consequenter suspectus eius Offi-  
 cialis, idem tenet Bar. in l. si quis pro-  
 uocatione. C. de appella. vbi notabili-  
 ter determinat, quod quando quis est  
 6 suspectus, † tota eius iurisdictio potest  
 recusari, facit quod dicit Bal. in l. 1. C.  
 si Rector Prouinciæ, quod quando est  
 caput suspectum, totum collegium recu-  
 satur, nam iudicia debent procedere  
 omni suspitione remota, & maxime  
 hoc suadetur in casu nostro, attenda-  
 qualitate Domini, ad cuius dicta, de  
 facili omnes eius Officiales possunt mo-  
 ueri, & cum dicta Vniuersitas de facili  
 possit in dicto Sacr. Reg. Consil. in-  
 promptu probare, quod dicti Officia-  
 les ex ordinatione dicti Domini non  
 permittunt dictam asportationem ar-  
 morum, quod dictum fuit ad aures  
 Magnificorum Iudicum M. C. & fuit  
 potissima causa obtinendi, & probatio  
 dictæ ordinationis factæ iudicio meo  
 tollit omnem dubietatem, & ex his  
 absque dubio, & intrepide teneo, di-  
 ctam causam Officialibus dicti Illu-  
 strissimi Domini non debere remitti,  
 saluo meliori.

#### ADDITIONES.

**A**D nu. 4. quod Baro non sit Iudex com-  
 petens in causa propria, nec in cogno-  
 scendo, nec in delegando, concordat cum  
 allegatis per meum Genitorem hic Capi.  
 decis. 124. nu. 3. cum seq. & sic ibi fuit deci-  
 sum, vt in fine decisionis, & ibi vide Mo-  
 derniores addentes.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

Y

SV M-

## SUMMARIVM.

- 1 Pater disponens, vt filius naturalis legitimetur, & post hoc legat, secundum ordinem intellectus apparet voluisse legitimatione legare.
- 2 Pater potest mandare in eius testamento, vt eius filius naturalis legitimetur etiam in præiudicium agnatorum.
- 3 Filius naturalis legitimatus patris ordine legitimatio retrahitur.
- 4 Grauat, vt filium naturalem legitimet, potest compelli, vt de suo expendat.
- 5 Pater potest facere legatum filio naturali pro alimentis.

## ALLEGATIO 88.

**I**N materia legitimatiōis filij naturalis. Pro legitimatiōe cuiusdam Thomacelli.



Via considerando ordinem scripturæ testamenti conditi per q. Magnific. Ioan. Thomacellum, in quo disponit primo filium

- 1 naturalem † debere legitimari opera, & sumptu Magnific. Scipionis Thomacelli filij, & hæredis instituti, & post hoc dispositum, legat, apparet ordo intellectus, quod voluit legare legitimatione, & non naturali. ff. de usufr. l. quoties cum simil. nec est, quod in dubium reuocet vires legati, vt pote facti non valenti capere, cessat enim hoc, postquam Magnif. Scipio curare debet legitimatiōem, vt legitimatione soluat postea.

Quod autem debeat legitimari, non est faciēda difficultas, suffecisset solū,

quod pater in testamento demonstraverit signa, quod eius filius naturalis legitimetur, & tunc peret hic naturalis legitimatiōem, etiam in præiudicium venientium ab intestato, † & quibus est ius quæsitū, hic enim est nouus modus legitimandi. C. de nat. libe. aut. Itē sine legitimis, vt dicit ibi Salic. fit nāq; patre mandante, qui potuisset bona sua proijcere in mare in præiudicium omnium, sic poterit mandare, vt eius filius legitimetur, ita considerat Curt. Sen. cons. 16. col. 1. vers. & maxime possunt Comites, tenet etiam Bal. C. de precib. Imp. offe. l. rescripta 3. q. in fin. vbi q. habens potestatem legitimandi, legitimabit etiam post mortem patris in præiudicium eorum, quibus est ius hereditatis quæsitum, & hoc quando pater mandat: idem consuluit idem Bal. vol. cons. 18. in quæstione proposita col. 3. vers. surgit tertius pūctus, & cons. 363. eo. vol. quæritur, vtrum filius presbyteri, hoc idē voluit Bar. ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. & quid si tantum, vers. quādoq; ipse filius petit, se legitimari, vbi tenet in specie, quod quando filius petit, se legitimari, quia pater sic mandauit in testamento, peret bona paterna, etiam in præiudicium eorum, quibus est ius quæsitum, quia hoc casu, stante patris ordinatione, † talis legitimatio retrahitur, vt cēseatur habilis tempore legati, idem cōsuluit in proprijs terminis casus nostri las. vol. 3. cons. 22. in quæstione vertēte inter Dominam Baridam in princ. & clarius in cons. 127. dubitatur in occurrenti casu col. 4. vers. prædicta adhuc fortius procedunt vol. 4. qui allegat Curt. Sen. in dicto cons. 16. vt ex his dici possit, quod stante ordinatione dicti Magnifici Ioannis, q. eius filius naturalis legitimetur, cogi debeat Magnificus Scipio talem voluntatem perficere, vt sic illi legitimatione solutio legati fiat, & si attendamus dispositionem iurium prædictorum, hic filius naturalis, quem præcepit pater in testamento debere legitimari, posset petere ipse hanc legitimatiōem, vt pote

4 pote à patre habitatus, per textum in dicta authent. item sine, & de hoc non est opus litigare cum ipso Magnifico Scipione, qui tali legitimationi contradicere non possit, sed conuenitur ipse, vt faciat suo sumptu, quando & si non dixisset Magnificus Ioannes, prout iam dixit, † grauando institutum, vt legitimari faceret filium suum naturalem, sic esset prouidendum, quod grauatus de suo expendat, argum. text. sing. de leg. 3. l. pen. S. alumno, & S. seq. vt ex hoc non videatur dubitandum de legitimatione, sed quæstio sit, quod Magnificus Scipio legitimationem procurer, & expendat. Nec excusabit Magnificum Scipionem, quod talis legitimatio cum dependat à voluntate Regis, censeatur quid impossibile: procederet enim hoc, quando non solerent familia de facili obtineri, argum. de leg. 1. l. idem Iulianus S. fin. nec faciat difficultatem text. in dicta auth. item sine qui. videtur loqui, quãdo morienti non superest proles legitima, nam DD. ibi maxime Salic. in princ. intelligunt etiam, stante legitima sobole, vt scilicet legitimatio procedat, & vocetur ad bona patris, qui voluit illum legitimari. tanquam pater viuens fecisset ipse, quo casu dubitandum non esset, sic dicimus in patre, qui cauit in testamento, vt vendatur à tutoribus prædium, quia vendent tutores, tunc etiam sine decreto tanquam pater alienasset. ff. de reb. cor. l. 1. in princ.

5 Et si prouidebitur, Magnificum Scipionem curaturum, vt legitimatio hæc fiat, quis dubitabit vltius de viribus, & quantitate legati? cæterum si attendamus qualitatem filij, qui naturalis est, & non spurius, non erit patri interdictum pro alimentis relinquere, per not. † in c. cum haberet de eo qui dux. in matr. & per Dec. conf. 611. volu. 5. & quando relinquitur ei, qui non habet alium viuendi modum à patre diuite, dicitur relictum pro alimentis, etiam quod non dicatur, tenet pulche Paul.

de Cast. in 1. volu. conf. 5. incip. quidquid dicatur colu. 2. vers. videndum est igitur, quo casu si fuisset simpliciter alimenta relicta huic filio naturali à dicto Magnifico Ioanne bonus vir attendita charitate legantis modo facultatū qualitate legatarij sic dilecti, quæ omnia sunt in huiusmodi causæ cognitione. ff. de alime. lega. l. cum alimenta, non potuisset arbitrari minus hac summa legata, quæ non debet videri sic magna, prout in testamento depingitur, nam de fructibus ann. duc. 300. qui relinquuntur, non potest hic legitimandus disponere citius, quam lapsis 18. ann. & fructus non crescunt sibi, sed cedunt alijs per dictum Magnificum Ioannem dispositis, vt facti series suadere potest, vt sic posset sustineri legatum ex prædictis, circumscripta legitimitate, reliquum esset respondere diminutioni bonorum hæreditariorum, quam dictus Dominus Scipio præten dit, dum vult præcipere residuum, quod ex causa dotium suæ magnificæ vxoris exegit ab eius Magnifico socero, quod quidem facti interemptio tollit: nam quod Magnificus Marcellus Caracciolus debebat ipsum Magnificum Ioannem, vt creditorem respiciebat, quia sibi obligabatur, quando exigitur, recipit ipse Magnificus Scipio, vt hæres patris, ita vt modo non debeat audiri dictus Magnificus Scipio in dicta præceptione, ad quod accedat tenor capitulationis, in qua bona contemplatione matrimonij donantur, cum hoc tamen onere, vt super eis dos sit restituenda à quo tollitur, quod posset prætendi de causa dotium ab ipso Magnifico Scipione.

A D D I T I O N E S.

**A**D num. 2. & per totam, in hac materia legitimationis, vltra dicta per meum Genitorem hic, Addo plenissime dicta per Curt. Senior. conf. 74. sum memor., & Cassan. in Consuetu. Burdegal. fol. 291. cum alijs seqq. vbi quando sunt citadi

coniuncti, quando fit legitimatio per patrem, & quæ sunt obseruanda, & quæ contra possunt opponi, & Paris. conf. 1. vol. 2. num. 135. vbi quod pater potest legitimare in præiudicium agnatorum, quod secus videtur in Ciuitate Neap. nam non potest fieri ipsa legitimatio in præiudicium eorū, ipsi non citatis, vt voluit Neapo. in Consuetu. Neapol. in tit. de success. ab intestato, quæ incipit, si quis, vel si qua in vers. ex parte patris in fi. nu. 175. Alex. in conf. 21. circa lib. 1. col. 3. in l. Gallus. §. & quid si tantum circa fi. ff. de lib. & posth. sic decisum testatur Vrsill. ad decis. Affl. 195. n. 5. *Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

### SUMMARIVM.

- 1 *Res ruinosæ sitæ in loco periculoso possunt concedi per ecclesiam in emphyteusim sine assensu Apostolico nu. 1. & 5.*
- 2 *Maritus habens bona, quæ de facili labuntur, potest peti asscuratio per uxorem.*
- 3 *Possidens bona huiusmodi non releuatur ab onere satisfaciendi.*
- 4 *Res ecclesiæ semel solitæ concedi in emphyteusim possunt iterum concedi absque assensu Apostolico, & nu. 6.*
- 7 *Quando alienantur res, quas ecclesia minus iuste detinet, non requiritur solemnitas assensus.*
- 8 *Possessor ad repellendum actorem vendicantem rem, potest opponere de iure tertij, & nu. 9.*

### ALLEGATIO 89.

**D**E bonis Ecclesiæ concessis in emphyteusim, si possint per Ecclesiam reuocari. Pro Laura Beneincasa.

**S**I consideretur in præsentis causa, quæ à Monasterio S. Dominici hodie reuocata est in dubium concessio facta, sunt fere ann. 60. quo tēpore res concessa modicę, aut nullius erat vtilitatis, ruinosæ, & successiuis periculis subiecta, sub p̄textu, quod hodie sit magni valoris, poterit recte inuehi cōtra Prælatos, prout facit Socc. in conf. 15. incip. visis prædictis num. 31. ibi ex quibus omnibus vol. 1. erat nāque res concessa tempore primæ concessionis, quod inspicitur de iure. C. de rescind. vend. l. si voluntate in fin. prout est hodie iuxta Castrū subiecta periculis machinarum Castri, à quibus pluries deuastata erat † ex quo solo de iure res Ecclesiæ concedi potest etiam absque assensu Papæ, facit c. casellas 10. q. 2. & in S. si vero quidam, & ibi Ang. de alie. & emphi. sequitur Specul. in tit. de loca. S. nunc aliqua vers. vt autem circa præsentem materiam, & quod bona sita in loco periculoso reputentur, ac si essent vilissimæ res, facit quod ponit Bart. in l. 2. in princ. nu. 19. ff. solut. matr. vbi loquitur de re posita in montibus, vel iuxta flumen, idem tenet in l. 3. S. si. in fi. vers. nisi forte habeat res suas. ff. de libera. lega. & alias est receptum de iure, quod † quando maritus habet bona huius qualitatis, vt potest lapsus facultatibus, quod de breui labatur, pati potest asscurationem dotium vxoris, idem dicunt, quod habens bona huiusmodi nō releuatur † ab onere satisfaciendi tanquam immobilia possidens, l. in l. sciendū in princ. ibi, quinto fallit. ff. qui satisfaci. cogan. quia ex quo periculum est successiuū, bona ista reputantur, ac si essent tempore peritura, quo casu non sunt seruandę iuris solemnitates. II. vulgaribus, & si DD. habent rem pro tempore periturā vili, & non considerabili, fundū positū iuxta flumen, cuius inūdatio pōt non contingere, vel raro, quid dicetur in domibus, de quibus agitur, quas (vt est. plene dotum) lēdit utrūq; tēpus pacis. l. & belli.

Et

Et si verum est, q̄ dictæ domus fuerunt semel in casu permissio recte alienatæ, tanquam alienabiles effectæ, succedit, quod potuerunt secunda vice, alienari etiam absque assensu Papæ & alia solemnitate à iure requisita, sic tenet Abb. in c. vt super de reb. eccl. non alien. & dicit Curt. in tract. feud. in 2. p. secunda principali quæst. q̄ hæc est communis opinio q̄ alios multos cumulat.

Vt ex prædictis merito concludi possit, q̄ ex quo domus, de quibus agitur, prima vice fuerunt cōcessæ in casu à iure permissio q̄ Siluestro Beneincasa, potuerunt postmodum concedi absq; assensu, maxime quia illud, quod faciebat licitam concessionem. l. domorum ruinositas, & periculum, durabat tempore secundæ cōcessionis, prout etiam durat hodie, & considerent Dñi ludicantes pactum in dicta secunda cōcessione positum, quod in casu demolitionis forte domorū concessionarius in aliquo non teneretur, semper enim fuit ante oculos contrahentium instans periculum, q̄ domus ipsæ subibant, & si hodie reperiuntur aliquantulum melioratæ, Ecclesia non debet aliud querere, sed remanere contenta suo censu.

Et ad corroborationem firmatæ cōclusionis additur etiam, q̄ Extrauagās Pauli, quæ prohibet alienationem sine assensu Pontificis, excipit casus à iure permissos, inter quos est quādo res Ecclesiæ est ruinosæ, quia tunc alienari potest absq; assensu Sedis Apostolicæ, text. est in auth. si quas ruinas. C. de Sacros. eccl. Canon. in c. si quas vero ruinas alias c. casellas. 10. q. 1. 1. q̄ ampliatur Archid. in c. hoc ius porrectum colu. 4. in vers. ppetua ea. quæst. & causa, non solum procedere in re Ecclesiæ quæ passa est cladem, sed et in re Ecclesiæ quæ minaretur ruinā, vel dubitaretur de ruina propter futurum periculum, vt puta, quia est iuxta flumen, & cum in casu, de quo agitur, si consideretur prima concessio facta cuidam Vinc. iu anno 1496. illa potuit fieri absq; assensu Sedis Apostolicæ, quia tunc domus erat ruinosæ pro-

strata ad terram icibus bombardarum emissis à Castro nouo, prope quod Castrum est sita dicta domus, non obstat q̄ fuerit in dicta cōcessione reseruatus assensus, quia illa reseruatio facta fuit, quatenus opus erat, & non aliter, vt patet ex instrumento dictæ cōcessionis: si vero consideretur secunda concessio facta Siluestro, tunc similiter dicendum est, in ea non requiri assensum, tum quia de domo semel legitime alienata & quæ si reuersa est ad Ecclesiam, potest absque solēnitate iterum alienari, vt vol. Philipp. Franc. in c. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. col. 10. in 10. lim. tum quia cum non constet ex processu, dictam domū, quæ per prius fuit legitime concessa in emphyteusim dicto Vinc. fuisse ex causis legitimis incorporatam Ecclesiæ, & iuste eam Ecclesiam possidere, potuit tunc Monasterium eam absq; solemnitate concedere dicto Siluestro, quia tunc videtur concedere rem non suam, sed spectantem ad dictum primum cōcessionarium, ita voluit Bald. in l. si Præses. C. de transactio. & Imol. in c. statuimus in fin. de transactio. & Hostiens. in summa de rebus eccl. non alienan. S. fin. vers. sed illud quæri conuenit, quos sequitur Philipp. Franc. in d. c. 1. col. 11. & quando alienatur res, quas Ecclesia minus iuste detinet non requiratur solemnitas assensus, voluit Bald. in dicta authent. si quas ruinas, Innoc. Ioa. Andr. in c. nulli de reb. eccl. non alien. sequitur Philipp. Franc. in dicto cap. colum. 10. in 6. limit. & ideo stante dicta prima concessione legitime facta dicto Vincen. per quam fuit trāslatum vtile dominium in eum, potuit Magnus Hortensius possessor domus repellere & Ecclesiam vendicantem domum, opponendo de iure dicti Vincentij, quod est exclusiuum iuris agentis, nam permissum est possidenti & rem, quam vendicat dominus, opponere de iure tertij emphyteute ad repellendum dominum vendicantem, ita notabiliter tenuit Bar. in l. indebitis S. sed si nummi in si. de condit. indeb.

& ibi idem Alber. Angel. & Salic. quos refert, & sequitur D. Iaso. in l. 2. col. 6. vers. tertio iuxta hoc, not. C. de iur. emph. ex quibus omnibus clarissime apparet, pronuntiandum esse in fauorem dicti Magnif. Hortensij, retractando sententiam latam ex nouiter deductis p pauperculā Lauram Beneincasa.

## ADDITIONES.

**A**ddo, quod de hac materia prohibitz alienationis bonorum Ecclesie hodie attenditur constitutio Paulina Pauli Secundi, quæ est inter extrauagantes sub tit. de reb. eccles. non alien. & incip. ambitiofæ cupiditati &c. sed de iure communi civili loquitur text. in l. iubemus la 2. & in auth. hoc ius porrectum cum multis auth. seq. C. de Sacros. eccles. & in lib. Authent. in tit. de alienatione, & emphyteufi, & in alio titulo clariori de non alienandis, nec permutandis reb. eccles. in iure vero Canonico habetur in lib. decreti 12. q. 2. per totam præsertim in c. sine exceptione, ac in libro Decretalium in tit. de reb. eccles. alien. vel non, præsertim in c. nulli, & habetur in lib. festi, & in clementina, & in Concilio Tridentino sess. 25. de reformatione c. 2. incip. Magnam, standum est hodie dispositioni iuris Canonici. Glos. in c. 1. in vers. tractatus de reb. eccles. non alien in 6. Abb. in c. in præsentia sub nu. 28. de probat. & in c. inter alia nu. 16. de immunit. eccles. & in d. c. nulli nu. 6. de reb. eccles. alien. vel non, & in conf. 41. sub nu. 3. par. 1. & nota, quod ad validitatem alienationis rei ecclesiasticæ duo copulatiue requiruntur, Causa iusta in casu licito, & forma, idest solemnitas legitima. c. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. & in d. elem. l. eod. tit. Couarru. variar. resol. lib. 2. cap. 17. num. 2. Redoa. in tract. de reb. eccles. non alien. q. 51. c. 7. nu. 21. & q. 36. nu. 17. & q. 46. Mascard. de probatio. cõclus. 75. Aff. decis. 107. & decis. 35. & Vinc. de Franch. decis. 35. & vide Lanar. conf. 50. nu. 6. & 7. & Fab. de Ann. conf. 38. nu. 36. vol. 1. Hodie tamen prohibetur omnis modus alienandi, inconsulto Romano Pontifice, per dictam extrauag. Pauli Secundi, quæ incip. Ambitiofæ &c. & sic tenet Caietanus Summista in vers. excommunicatio c. 75. & sic obseruatur hodie in Romana Curia, quicquid dixerint alij, qui loquuntur secundum ius commune, quorum opinio hodie non tenetur.

Et ad totam materiam pro confirmatione eorum, quæ hic scripsit meus Genitor, videndus est Consiliarius de Georgio in allegat. 10. nu. 10. & 11.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## SVM MARIVM.

- 1 De remedio Capitulum Regni contra Monasterium.
- 2 Natura legis est, ne alius à potentiore offendatur.
- 3 Iudicis exequutio non facit iniuriam.
- 4 Si fuit processum secundum ordinem iuris, & lata sententia, cessant remedia Capitulum Regni.
- 5 Remedio spoliij præscribitur spatium 40. annorum.
- 6 Quid in malefidei possessore.
- 7 An præscribatur per 40. annos remedio Capitulum Regni.
- 8 Quando detur restitutio aduersus prescriptionem 30. ann.
- 9 Qui egit remedio ordinario, an possit recurrere ad hoc remedium extraordinarium Capitulum Regni.
- 10 Remedium extraordinarium, diu pinguius prouidet per ordinarium, non cessat.
- 11 Remedio ordinario electo, non datur ad extraordinarium uariatio.

## ALLEGATIO 90.

**I**N causa remedij Capitulum Regni aduersus Monachos. Pro venerabil Monasterio S. Laurentij de Padula.

Post



**P**ost 40. anno, cursum, quorum spatio Monasterium S. Laurentij pacifice, & quiete possedit territorium, hoc vigore sententiarum, & literarum exequutorialium expeditarum per Illustrissimum tunc Proregem, & brachij, super inde concessi, Magnificus D. Constantinus Mosachus præterens, eius fratrem spoliatum dicto territorio, intèrauit remediū Capitulorū Regni, petens, ipsam aduersus Monachos possessione prædicta reintegrari, & procedi inspecta forma dictorū Capitulorum, aduersus quem Monasterium excipit de re iudicata in anno 23. à quo anno cepit possessionem, & sic iuste Monasterium hucusque possedit. ff. de acquir. poss. l. iuste possedit, stante etiam sententia in rem iudicatam transactam per tot tempora ff. de re iud. l. i. nec vnquam adaptari poterit, vt dicamus, Capitula Regni hunc casum, de quo agitur, comprehendere, tum prædictis concurrētibus, tum ponderata causa, ob quam fuit capitulum illud editum, quod vel ex præfatione capituli colligitur, vt per Bart. in l. si. ff. de hered. instit. per illum text. cū similibus. Primo ergo præmitto, Reges huius Regni semper ante oculos habuisse hominum quietem, & pacem, & ne alius ab alio læderetur, aut opprimeretur, & idcirco multas Constitutiones sanxisse ad puniendas violentias, & oppressiones, vt patet in constit. violentiarum, & constit. violentias, & c. ad subiectorum cum alijs similibus, & hoc ea ratione, quia Dominus erat personarum, vt in constit. quia frequenter, & his Capitulis Regni, quæ de conseruatione territorij loquuntur, & ex hoc tanto magis Reges violentias oderunt, quia cum in protectione simus ipsius Regis, ea violentia, & iniuria quodammodo Regi videbatur fieri. ff. de iniur. litem apud Labeonem. S. si quis hic fecit iniuriam, & propterea adiuuenerunt defensionem in eo, qui timet offendi ab alio potentiore, vt ff. de offic. Præf. l. ii.

licitas. S. ne potentiores, vt sub nomine Regio defensas imponeret, qui si spernerent, inspretæ defensionem ex parte Regis impositæ pœnas luere, vt in constit. defensas, & constit. si quis in posterum, & constit. iuris gentium, & quia potuissent iniuriæ, & violentiæ fieri per personas ecclesiasticas vassallis Regijs, quod non erat cautum ante, sanxerunt remedia prædicta, & specialiter. c. omnis prædatio, ex cuius c. inspectione patet, Regem voluisse obuiare violentijs, & iniurijs oppressionibus, quæ forsitan fierent per clericos laicis, incipit ergo ab illo verbo, quod sui natura sonat in malam partem, & magnam vim, dicendo, omnis prædatio, quod denotat furtum, seu rapinam violentam, & ita videtur interpretari iurisconsultus. ff. de abigeis. l. i. in princ. inde subdit, per quæ naturæ lex læditur, & naturæ lex est, ne alius à potentiore offendatur, & vim patiatur instit. de iusti. & iur. S. iuris præcepta, vt nequis cum aliena iactura locupletetur ff. de condit. indeb. l. nam hoc natura indignatur iustitia, hoc verbum non cadit, quando receditur ius, cum à iustitia illud ortum habeat. ff. de iust. & iur. l. i. in princ. in glo. in verbo prius, & sic est ars boni, & æqui, ac iniqui diuisio, vt d. l. i. in contemptum maioris domini, nec hoc verbum cadit, quando aditur Rex pro iustitiæ implemento. Dominus enim tunc non contemnitur, sed honoratur, cum ad eum itur, & id Princeps præcipiat, vt ff. de appell. l. Imperator, & propterea subditur in eo. c. verbo propria autoritate, quæ autoritas propria est de directo quid cōtrarium Principis aditioni, quia quādoque quis propria autoritate quid sit, cum fieri id non debeat, vt extra de Iudicis. c. nullus, & c. vnde vi. l. meminerint, nō adit Regem, neque Iudicem, quia tantum Regis autoritate, aut Iudicis id facit, quod non parit iniuriam, quia iuris exequutio non facit iniuriam. ff. de iniur. l. iniuriarum in princ. vnde, & subditur in fine verbum iniuriæ, quæ dicitur, quando aliquid non iure fit. ff. ad l. Aquil.

1. Aquil. l. 1. ponuntur etiam verba, violentia, & rapina, quæ sonant inuaforem violentum. C. vnde vi. l. inuafor, & in summa omnia verba illius capituli inferunt quandam vim extra iudicalem, & violentam autoritate propria sufful-  
 4 tam, quam voluit tollere illud ꝑ. quod est fundatum super violentia, & notoria iniustitia, ac contemptu Regis, vt tenet Affl. in const. de Burg. 3. quæst. per Luc. in l. si Coloni colu. pen. C. de agric. & cens. non ergo trahetur ad casum, de quo agitur, cum iudicium solemniter institutum fuerit, etiam prolata sententia, & exequuta, nemine contradicente, ex quibus apparet, cessare qualitatem violentiæ, & oppressionis, super quibus fundata est dispositio dicti remedij, vt tenuit Socc. in l. rem contra nobis in 6. quæst. merito cum hæc verba non patiantur, nec dispositio locum habere debet. ff. de damn. infe. l. 4. §. quoties.

Adde cursum ann. 40. quibus Monasterium possedit vigore prædictæ sententiæ, cui nunquam fuit contradicendum, quo tempore omnes Doctores concurrunt, non posse quæ de spolio conquiri, etiam si spolij qualitas interuenisset, cum eo tempore ꝑ remedio prædicto præscribatur, voluit Socc. in d. l. rē contra nobis in 8. q. sequitur Dec. conf. 302. & pro tenui nu. 21. & 24. Balb. vbi dicit communem in tract. præscript. in 4. par. 4. partis principalis in 24. q. vbi alios idem tenere allegat, nec obstarret, si diceretur, quod illud procedit, bona fide interueniente, secus si mala fides interueniat, vt per not. per Ange. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & de reg. iur. in 6. c. possessor, vbi nota per Docto. per Dec. conf. 303. in princ. quia dico, quod nego primo, malam fidem interuenisse, quia mediante sententia d. l. iuste possidet. Secundo dico,  
 6 quod cum Monasterium sit ꝑ quædam persona, quæ representatur per Abbatem, & Monachos, in quo Monasterio maxime huius ordinis Casinensis continua mutatio prælatorum de biennio in biennium interuenit, nō potest dici,

malam fidem inesse in Monachis successoribus in Prioratu, seu Abbacia not. extra de iure patr. c. cura per Iaso. qui alios allegat in l. Pomponius. §. cum quis adminiculo in finalibus verbis. ff. de acqui. poss. & si diceretur, quod remedium Cap. Regni est reale, & ipsam  
 7 rem afficit, etiam si penes alium vadat, prout tenet Affl. qui dicit, sic fuisse iudicatum in const. de Burgenfaticis 3. q. respondeo, quod concurrere bona fide successoris Abbatis, & Monachorum potuerunt præscribere, & sic conclusio supra firmata de præscrip. 30. ann. licito iure locum sibi vendicat, cum concurrat bona fides, nec per hoc quod remedium Capitulum sit reale, prohibetur præscriptio. Nec hic D. Constantinus aduersus cursum præscriptionis ann. 40. restituetur, sicut restituitur ex capite ignorantie, quia heres, vt per Bar. in l. 1. §. si quis autem propter. ff. de itiner. actu. priua. quia licet restituatur quis aduersus præscriptionem 30. anno. non tamen restituitur aduersus cursum 40. ann. tenet Dec. alios referens conf. 29. pro tenui per totam in  
 8 conf. 375. iuridicam col. 1. in fi. ꝑ & alios referens, idem tenet Socc. l. un. conf. 76. cum diebus elapsis nu. 102. volu. 1. vbi plures idem tenentes allegat, & idem sequutus est Parisius conf. 16. circa præsentem nu. 139. vol. 2. vbi plus tenuit, ꝑ tunc demum datur restitutio aduersus præscriptionem 30. ann. quando adesset iusta ignorantia, & probabilis, non quando adesset scientia, & ignorantia supina illius, contra quem præscribitur, & ita refert, multos tenere hanc opinionem, & signanter Socc. & Dec. dict. conf. 29. in fi. & Bal. in tract. præscrip. in 4. part. 4. partis principalis q. 29. in 3. limit. nu. 8. Alex. conf. 97. in fi. at quis præsumeret, Don Constantinum senem iam octuagenarium nescisse fratrem spoliatum territorio prædicto, quod circuiuit miliaria 40. & factum tam notabile, & erat tunc temporis in ann. 23. iam quadragenarius, vt ex aspectu suæ personæ patet, proinde non est proba-  
 bilis

bitis ignorantia, maxime quia lex præsumit scientiam. ff. vnde cognat. l. octavi considerat vbi supra Balbus, nec dicatur, quod potest perpetuo excipere de spoliato, & de nullitate. Tertio dico, remedium hoc Capitulorū Regni esse summarissimum, & extraordinarium, dicit tex. cap. & Affl. in d. const. de Burgenfat. Modo cum adfit remedium ordinarium, & legale, scilicet iudicium per ipsum intentatum, non potest aliquo pacto competere remedium Capitulorum Regni, quod est extraordinarium, & exorbitans, † vt ff. de minor. l. in causæ latæ, & ff. de oper. nou. nunc. l. in prouinciali. S. 1. vbi not. per glos. & alios, & l. 1. S. per hanc. ff. de reiuendic. nec dicatur, quod cum remedium illud  
 9 extraordinarium pinguius, † prouidet idcirco extraordinarium intentari potest, etiam si ordinarie agi possit, vt not. glos. C. si aduers. rem iudicatam. l. si. quia dico, quod cum ipse Don Constantinus ordinarie sit in S. C. expertus  
 10 in alio iudicio, † nō potest ad hoc extraordinarium remedium redire, postquam illud semel elegit. ff. de tribut. act. l. 9 in hæredē. S. eligere, & in electione remediorum, vt tenet Alex. in l. cum proponas nu. 3. C. de transact. Loffred. cōf. 19. nu. 16. allegat Bar. in l. cum qui certarum S. si. de verb. oblig. & in l. serui electione. ff. de leg. 1. Item etiam dico, quod cum illud remedium Cap. Regni sit contrarius, & exorbitans tali, casu remedium ordinarium facit cessare  
 11 extraordinarium, dixit glos. in d. l. 1. S. per hanc, sequitur Ias. in d. l. in prouinciali. S. 1. in fi. in 1. limit. vbi alios idem tenere allegat.

Vltimo, non obstat, si diceretur sententiam nullam, & per consequens Iudex diceretur spoliare extra de restit. spol. C. conquerente, ibi notatur, & per glos. 3. q. 1. in summa, & per Socc. conf. 12. quoniam in præsentiarum volu. 1. per Affl. in const. violentias nu. 23. nam dico, quod illud dictum habet locum, quando Iudex extraiudicialiter procedit, tūc iuris ordinem nō seruat, idcirco

vt priuatus procedit, & hic habet remedium reintegrandæ, ac restituendæ possessionis, ita Abb. in d. c. conquerente col. 1. nu. 6. & 7. vbi alios allegat, idem tenere Dec. vbi alia cōf. 449. visis duobus consilijs nu. 17. ibi, & ista conclusio, sequitur Loffred. conf. 47. quatuor. col. pen. nu. 14. & 15. sequuntur DD. in d. l. iuste possidet, Felin. in c. dilectus in princ. colu. 1. extra de rescript. & ideo quādo non procedit, extraiudicialiter habent locum, not. glos. 7. q. 1. c. præsentium, at cum hic processus legitime etiam sit confectus, & Iudex non processit, vt priuatus, non potest dici spoliatum fuisse, maxime quando possessio fuisset adepta exequutoris auctoritate, prout hic fuit, & cum causæ cognitione, nam oblatum fuit memoriale Illust. Proregi, & impartitum brachis, vt exequeretur sententia, iuxta terminos l. à Diuo Pio. S. sententiam Romæ dictam, & cū causæ cognitione, vt ibidē narratur, & expeditæ literæ exequutoriales, & capta possessio vigore exequutoris à Rege destinati, quo casu si sententia etiam esset nulla, quod nego, nihilominus non deberet reintegrari in sua possessione, iuxta terminos l. meminert. C. vnde vi, ita Bar. in d. l. meminert. ibi Salic.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. 1. & per totam, quod remedia Capitulorum Regni cessent, vbi non adfit violentia, concordat cum dictis per meum Genitorem hic, Io. Vinc. de Ann. in alleg. 92. nu. 1. Vinc. de Franch. decis. 163. tangit hanc materiam Capitulorum Regni, & Capic. in inuestitura in vers. Feuda officiorum colu. 10. vers. Reges Siciliæ, & col. seq. vers. est tamen, & Luc. de Penn. in l. si Coloni. C. de agric. & cens. lib. 10. & Afflict. plene in constit. de Burgenfat. col. 2. & in decis. 2. & decis. 24. & Couarru. in lib. practicarum quæstionum.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## SVM MARIVM.

- 1 *Solutio prius cedit in causam vsurarum, & quod superest, vadit in extenuationē sortis principalis.*
- 2 *Sicut creditor non tenetur partem debiti recipere, ita emptor annuorum introituum nō tenetur partem introituum retrovendere.*
- 3 *Solutio prius cedit in causam pignoris, & sic in duriolem causam.*
- 4 *Quod habet locum in vera solutione, habet pariter locū in ficta.*
- 5 *Electio in quam causam censeatur facta, solutio competit debitori soluenti, & non creditori.*
- 6 *In arbitrio soluentis est dicere, in quam causam vult soluere.*

## ALLEGATIO 91.

**S**olutio extenuat tertias, seu vsuras, & si quid superest, extenuat sortem principalem, & alia, in materia compensationis, & pacti de retrovendo. Pro Illustr. Duce Nuceriae, & D. Io. Vincentio de Loffredo.



Præterea Illustr. Marchio Lauri quantitates indebite exactas, & ultra legitimum modum ab Ill. Comite deducere non in computum eius, quod sibi debetur cum hypotheca, sed in computum eius, quod debet exigere à Comite in actione personali ex causa affectus pro illis annis, pro quibus fuit declaratum non posse haberi recursum contra tertios possessores, & ex hoc per indirectum querit elidere effectum omnium sententiarum.

pro Ill. Duce Nuceriae, & Excell. Io. Vincentio Loffredo latorum contra ipsum Dominum Marchionem. Nos autem pro prædictis dominis tertijs possessoribus prætendimus, deductionem faciendam ab eo debito, pro quo potest contra ipsos haberi recursus, & hoc ultra quod suadet omnis æquitas propter maximam iacturam, quam isti Domini creditores patiuntur, & propter lucrū, in quo est: è contra Marchio cum Comite, ac etiam quia alias consumpsissent (vt ita dicam) post tantum tempus operam, & oleum, tamen ex infrascriptis meo iudicio satis aperte apparebit de non iure Domini Marchionis.

Et primo de hac questione videtur tex. ad literam † in l. creditor in S. Titius mutuum. ff. de solut. vbi habetur, facta solutio maioris quantitatis nomine vsurarum, quam illa, quæ in effectu debita erat, illud plus debito, quod solutum esset, ipso iure sortem extenuat, quæ diuersitas est inter illum casum, & nostrum? nulla quidem, quoniam licet ibi solutio illius pluris esset facta per errorem, quod forte non posset dici in casu nostro, tamen non interest, quia sicut secundum tempora illius legis error causabat repetitionem, ita secundum hodierna tempora propter Bullam Papæ Nicolai etiam nō error causat repetitionem, quando ultra decem pro centenario, & sic consuevit semper S. C. iudicare; sufficit ergo, quod ibi determinetur apertissime, quod quando sumus in casu repetitionis, indebite solutum minuit sortem ipso iure, ita quod exēplum illius. l. nō arctat rationabilissimam illam dispositionem, ad idem in specie est text. in l. si non sortem. ff. de condit. indeb. & reliqua iura concordantia allegat Alber. in d. S. Titius mutuum.

Nec dicatur, quod Dominus Marchio est dominus introituum, & nō creditor in pecunia, quasi in omnibus fuisset, vt dominus reputatus, vel quasi dispositio præfatorum iurium militaret tantum in creditore in pecuniam, quoniam

niam

niam primo dicitur non fuisse in totum habitum Marchionem tanquam dominum, prout extant decreta in prouentibus, & alijs. Secundo, quicquid sit ratio, quæ viget contra creditorem in pecunia, viget etiam contra dominum, & maxime contra hunc dominum, † ex quo sicut hic dominus Marchio non tenebatur retrouendere partem introituum, ita ille creditor non tenebatur partem debiti recipere, ex l. tutor. §. L. titius. ff. de vsuris, cum notatis in l. quidam affi maauerunt. ff. si cert. pet. si militat eandem ratio, cur diuersum in vno, & in alio, contra l. illud. ff. ad l. Aquil.

Et hoc peroptime, & sine dubio procedit, quando quantitas indebite exacta ascendit ad summam, pro qua Marchio secundum conventionem tenebatur retrouendere.

Uterius, fingamus quantitates istas solutas à Comite, non in tempore, quo nihil Marchioni debebatur pro affictu, sed solutum in tempore, quo debebat ex vtraque causa, ex causa scilicet affictus, pro qua non erant bona obligata, & ex causa prima vigore contractuum, pro qua bona Comitis erant obligata, nonne verum est, quod solutio facta ab homine prius cedat † in causam pignoris? est casus in l. cum ex pluribus. ff. de solut. si hoc operatur vera solutio, cur diuersa † in compensatione? quæ est legalis, & ficta solutio, ita vt quæ dicuntur in vera, habeant locum in hac ficta, secundum Bal. in l. si nu. 12. in fi. C. de compensat.

Hoc etiam comprobatur, quia causa pignoris est antiquior, quam causa affictus, & preualet causa antiquior secundum text. in d. l. cum ex pluribus.

Preterea non potest † Marchio creditor eligere in quam causam velit excomputare, sed debet agere rem debitoris, vt propriam, & proinde in illam, in quam debitor verisimiliter eligeret, ita dicit text. in l. 1. ff. de solut. sed quis dubitat, debitorem elegisse illam causam, quæ impediēbat cursum interesse, nullus quidem probabiliter de-

hoc dubitare potest.

Ultimo, arguo à sufficienti partium enumeratione, aut istæ quantitates solutæ cesserunt in aliquam causam, prout vere, & sine dubio cesserunt ex prædictis, aut non cesserunt in aliquam causam, sed fingantur hodie penes Comitem, & velle nunc, aut soluere Comitem aut compensare, quod est idem, quod soluere, vt supra dixi, alterum enim ex istis oportet esse, si cesserunt in aliquam causam, non est dubium ex prædictis, quæ data hac cessione, inuitabiliter pro creditoribus militant, maxime ad impediendum cursum vsurarum, auctoritate legis, si constat. C. de compensationibus. creditores istos habere intentum, aut finguntur penes Comitem, quod esse nullo modo potest, & pariter habemus intentum, quoniam in arbitrio soluentis est dicere, † in quam causam velit cedere quantitatē, quam soluit, possumus enim certam legem dicere ei, quod solvimus, sunt verba text. in l. pri. ff. de solut. & successiue est in arbitrio creditorum, qui Comitem vtiliter representant dicere in quam causam velint soluere, nec est differentia inter compensationem, & solutionem, vt dixi, potestas enim, quæ defertur creditori eligendi in quam causam velit, vltra quod est limitatissima, vt dixi, defertur ordine successiuo, quando debitor nil dicit, & non eligit, & ita in specie dicit text. in l. pri. ff. de solut. Ergo per quam regulam præten dit Marchio habere facultatem eligendi, si quantitates solutæ non cesserunt in aliquam causam? & ex prædictis, ni fallor, apparet satis lucide demonstrata iustitia. Illu. Ducis, & Excell. Io. Vincentij præ quibus iudicandum omnino arbitror.

Io. Anton. Lanarius.

#### A D D I T I O N E S.

**A**D num. 1. cum pluribus seq. pro confirmatione dictorum hic, Addo, quod aliquis debet sortem, & vsuras, & soluit prius, videntur solutæ vsuræ, & si quid superest in sortem. l. in ijs. §. apud Marcellum. ff. de solut. l. 1. C. eod. tit. l. Titia. ff. de solut. in fi. secus

secus erit, quando solutio fit facta expresse in causam sortis principalis, per text. in l. 1. ff. de solut. sic concludit Ann. in alleg. 112. nu. 1. & 2. nec censetur solutio facta in causam fructuum, vel interesse illiquidum, sed liquidandi. ita concludit nu. 3. & 4. Surd. conf. 290. num. 6. vol. 2. idem Ann. in alleg. 54. & in sing. 484. vbi omnes Quotas reperies.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

### SUMMARIUM.

- 1 *Compensatio admittitur de specie ad quantitatem, et quando species est aestimata.*
- 2 *Pactum de retrouendendo non potest labi in prauidicium creditorum.*
- 3 *Fructus extenuant sortem.*
- 4 *Compensatio fit ipso iure.*

### ALLEGATIO 92.

**C**ompensatio admittitur de specie ad quantitatem, quando species est aestimata, & fit ipso iure, & alia in materia pacti de retrouendendo. Pro Illust. Duce Nuceria, & D. Io. Vincentio de Loffredo. in eadem causa, vt supra.



**S**i dicatur, quod Marchio Lauri, qui debet consequi introitus, & successive speciem, non possit pati compensationem cum eo, quod debet in quantitate et aduertit poterit, illud procedere, cum species debita est inestimata: ponderetur text. in l. si conuenierit, vt nomen. ff. de pignor. actio. sed quando species debita aestimata est, tunc bene admittitur compensatio, est casus in l. quod dicitur la. 1. ibi proinde si aestimata. ff. de impens. in reb. doc. Co-

mes Sanctae Seuerinae non est debitor introituum, praecise cum aequitas non patitur, introitus irrevocabiliter deberi ad rationem decem pro centenario, prout sic declaravit S. C. & dato quod Comes voluisset hoc pati, vt introitus praecise deberentur, hoc non noceret creditoribus, in quorum prauidicium pactum de retrouendendo labi non poterat, et plures S. C. ita iudicauit, sequens theoricam Alex. vol. 5. in conf. 45. verum ergo est dicere, quod Marchio est proprie creditor in aestimatione introitus, & sic non proprie alicuius speciei, & sic fiet, vt compensatio admittatur, est casus in l. si propter fructus. C. de compensa. vbi fructus erant debiti ex vna parte, & sic species erat debita, quia tamen ob illorum consumptionem succedebat extenuatio, fit compensatio cum quantitate, licet alias possit suaderi consilium, ex text. l. Titiae textores S. si. de leg. 1. Ego quaero, si in contractibus initis inter Marchionem, & Comitum adfuit pactum de retrouendendo, item modicitas pretij, & de alio tertio requisito, bene scit S. C. si interuenerit, nonne bona Comitum potius teneri dicuntur a Marchione loco pignoris, quam iure irrevocabilis dominij? certe S. C. decreuit, vt habeat pecuniam, & usuras, & in hoc solo sibi fauet, ita vt non possit pretendere introitus sibi decursos, & ita fiet, vt postquam in effectu iure pignoris tenet bona haec Marchio fors et extenuetur ex fructibus, & erit proprie casus noster sub determinatione l. 1. C. de distract. pigno. & l. 1. & 2. ff. de pignor.

**E**t postquam et ex praedictis apparet compensationi locum esse, dicendum est, illam fuisse factam legis ministerio ipso iure. ff. de compens. l. verum, & l. postquam, & C. eod. l. si constat, & l. si in princ. iuncto S. in bonam fidem instit. de act. vt sic hodie non sit censendus creditor Marchio, nisi in eo, quod remanet, compensatis summis declaratis, nunc iam quod lex est semper certa.

*Nec dicat Marchio, quod sicut ipse non*

non tenebatur accipere minorem summam duc. 1000, ad finem, ut teneretur retrouendere, ita non potest dici, quod summæ minores, quæ penes eum peruenerunt, debeant sortem extenuare, quia hoc non esset aliud, quam retrouendere contra formam pacti, quia postquam Marchio, quod debebat cōsequi ratam suarum tertiarum tantum, & hoc sibi permittebatur autoritate contractus recipiendo maiorem summam, faciebat contra contractum, non debet posse ex eo se iuuare. Quæ equitas suadet, ut ipse velit obseruantiam contractus pro se, & nolit contra ipsum seruare.

*Marcellus de Mauro.*

#### ADDITIONES.

**A**D nu. 1. cum seq. Addo, pro confirmatione dictorum per meum Genitorem hic, quod licet nō admittitur compensatio de specie ad quantitatem; tamen hoc nō procedit, quando illa species de breui esset liquidanda, DD. in l. fi. C. de compens. & hoc iudicis arbitrio committitur, Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. casu 14. nu. 5. sed ubi non competit compensatio de re illiquida, interim habebit locū retentio, glo. in l. grege. §. cum pignori vers. compensatum. ff. de pigno. late Fab. de Ann. in conf. 101. qui sic decisum testatur, & in conf. 62. num. 5. Io. Vinc. de Ann. eius pater in alleg. 80. nu. 3. vol. 2. de Franch. decif. 53. nu. 1.

**A**d num. 4. concludit hic meus Genitor, quod compensatio fit ipso iure legis ministerio, per tex. in l. constat C. de compensat. & per alia iura, Addo, Vinc. de Franch. decif. 53. nu. 2. & 3. ubi dicit, quod compensatio opposita ab homine ipso iure fit à lege per dicta iura, ut per ipsum, quem video.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SUMMARIUM.

- 1 *Officialis tenetur de facto familie deputati in exercitio officij.*
- 2 *Officialis an tenetur de facto familie sibi data à superiore.*
- 3 *Sed an exhibendo delinquentem officialis liberetur.*
- 4 *Officialis malos eligendo non libe-*

*ratur exhibendo.*

- 5 *Si culpa custodis carcerum carcerati aufugiant, an potestas teneatur, vel per exhibitionem custodis liberetur. ¶ nu. 11.*
- 6 *Quid facit id, quod publice licitum reputatur, excusatur.*
- 7 *Castellanus Arcis an teneatur de culpa substituti per eū, vel liberetur exhibendo substitutū. ¶ n. 8.*
- 9 *Potestas exhibendo assessorē liberatur.*
- 10 *Baro exhibendo suum officialem liberatur.*
- 11 *Episcopus exhibendo Vicarium, qui male se gessit, liberatur.*
- 12 *Thesaurarius Regni an liberetur exhibendo suum officialem, qui male se gessit.*
- 13 *Substituens tenetur de culpis, & defectibus substituti.*
- 14 *Nominans ministros, & subofficiales tenetur de facto ipsorum, nec per exhibitionem ipsorum liberatur.*
- 15 *Nominator pluribus modis sumitur.*
- 16 *In officijs proceditur de similibus ad similia.*
- 17 *An in casibus, in quibus quis exhibendo liberatur, non solum liberatur à pena delicti, sed etiam ab interesse pecuniarum.*
- 18 *Vbi maius est periculum, ibi cautius agendum.*

#### ALLEGATIO 93.

**Q**ueritur, an Thesaurarius Regni teneatur de facto suorum ministrorum, vel per ipsorum exhibitionem liberetur. Pro D. Thesaurario.

**Z** Offi.





Officialis tenetur de facto familiae deputate in exercitio officij, non extra officium. l. i. §. familiae. ff. de public. & l. 3. §. eod. modo. ff. nau. cau.

stabu. idq; in officiali nō habente iurisdictionem, vt ibi, nā habens iurisdictionem tenetur de facto familiae, etiā non deputate in exercitio officij, si modo prae-textu officij domini delinquat, Bal. in l. obseruare. §. proficisci in prin. ff. de offic. proco. tenetur, inquam, nō ex maleficio, sed ex quasi maleficio, quia aliquatenus reus culpa est, q̄ opera maiorum vitur. l. ex maleficijs in fin. ff. de actio. & oblig. & inst. de oblig. ex quasi malef. §. penul. & quia bonos ad tale ministerium eligere debebat. l. cum si exhibuissent in prin. ff. de publi. qualiter autem tenetur, & quid de familia data à superiore, † vel iussu superioris, & quid de stipendiario, vel alio officiali, & quid de contractibus, notanter ponit Bal. vol. 1. conf. 385. casus est talis, Dominus Ioannes de Castelliono. & Feli. dat regulam, & septem limit. in c. Petrus de homi.

3 An autem exhibendo † delinquentem liberetur, tex. in l. 1. §. quod nouissime, & l. cum si exhibuissent in princ. ff. de public. dicit, quod sic, sed Bart. in d. §. quod nouissime, dicit esse speciale in publicano, qui habet officium publicum, vt liberetur exhibendo, & ita intellexit text. illum, ibi, hoc proprium est huius edicti, secus in habente priuatum officium, puta nauta, & similibus, quia isti non liberantur exhibendo, sed insolidum tenentur. l. 1. §. serui vero. ff. fur. adue. nau. nam est situm in facultate damnum passi, vtrum agat cum famulo, vel cum domino, & si agit cum domino, non liberatur dominus exhibendo liberum, vel seruum alienum. l. fin. §. hac autem actione. ff. de nau. caupo. stabu. & cum Bart. tenet Abb. in c. 1. colum. 2. de restit. spoliat. Felin.

in c. Petrus colu. pen. nu. 12. in quinta falle. de homi. Affl. decis. 82. dubitatur nu. 4. Paris. in vers. familiaris c. 4. incipiente Rectores in princ. & cap. seq. & Cappell. Tholos. decis. 164. item fuit quaesitum in glos. & licet text. in dicto §. quod nouissime, aliter intelligatur per glos. ibi in vers. iudicium, & aliter per Cuman. qui recedit ab intellectu. Bart. tamen negari non potest, quando sit speciale in publicano, vt exhibendo liberetur, ita tenet Roman. in d. l. cum si exhibuissent in princ. vbi numerat tria specialia illius edicti, & inter caetera est illud, de quo dixi: idem etiam tenet Cuman. & Imol. ibi, & ita intelligendo, ille text. non facit pro alijs publicis officialibus, sed potius contra, quia si speciale est in publicano, ergo in contrarium est ius commune, l. ius singulare. ff. de leg. possumus dicere ex mente Pauli ibidem, vt sit speciale in publicano, quod exhibendo liberetur, quando malos elegit, ita proprie loquitur text. in d. l. si cum exhibuissent circa princip. regulariter contra, quia nemo liberatur exhibendo, quando malos elegit. l. videamus in princ. ff. de loca. qui text. loquitur in habente priuatum officium, † tamen in habente publicum, quod non liberetur exhibendo, quando male elegit; est text. in l. ad commentariensem C. de custod. re. & in l. si. in princ. & ibi glo. ff. eod.

4 Et ex hac communi Docto. distinctione inferri posset ad multa. Primo, quod Rectores Terrarum, qui habent officium publicum, exhibendo liberantur secundu[m] Bart. in dicto §. familiae, & §. quod nouissime, † & Docto. communiter, ibi, per illa iura, & per text. in l. si post depositam C. de offic. assesso. vsque adeo, vt si ex forma statuti, vel ex speciali obligatione Rectores tenentur de facto officialium, adhuc exhibendo liberantur, quia talis obligatio intelligitur secundum naturam actus, vt per Bart. in dicto §. quod nouissime, & Roman. conf. 11.

in

- in propofita, & Angel. in l. 1. C. ad leg. Iuliam repet. hinc singulariter dixit Alber. in l. quantę in princip. ff. de publi. se iudicaffe in contingentia facti in potestate Pergami, qui habet etiam custodiam carcerum, super qua propofuerat tres officiales, quorum negligentia quidam carcerati effugerant, potestas exhibuit custodes, præterdens se liberatum, contra quem allegabatur multa, tandem fuit obtentum, quod fit liberatus, maxime quia erat confuetudo, quod potestas faceret custodire carcerem per suos officiales, quæ confuetudo excusat glos. in l. fi. in princ. ff. de custo. reo. † nam qui facit, quod publice reputatur licitum, excusatur, vt latius ibi per eum.
- 7 Secundo infertur quod si Rex committat Castellano custodiam arcis, & Castellanus alij, qui tēpore commissæ custodiæ reputabatur idoneus, & diligens, qui tamen sua culpa perdidit arcem, liberatur miles illum exhibendo, ita Old. conf. 92. Rex mandauit, sequitur Paris. in ver. carcer c. 5. incip. licet dicatur nu. 4.
- 8 Tertio, licet custos carceris exhibendo subcustodem non liberatur d. l. ad commentariensem, & ibi glo. & Bal. tamen si tempore, quo apposuit subcustodem, ille reputabatur bonus, & fidelis qui subito mutauit mores, est excusatus, & liberatur illum exhibendo, ita Paris. in d. ver. carcer, vbi supra, maxime si ex necessitate dedit subcustodem, & in d. l. ad commentariensem in fi. per distinctionem Lucæ, de qua infra; facit etiã decisio Alberici, de qua supra.
- 9 Quarto, si potestas elegit assessorem de cuius cōsilio aliquid agit, liberatur exhibendo Paris. in ver. familiari c. 4. incip. Rectores nu. 2. de quo per Bald. in rubr. C. de pen. iudi. qui mal. iu.
- 10 Quinto, si Baro † facit Capitanum ad iustitiam in sua Terra, & is committat varias extorsiones, & oppressiones, liberatur eum exhibendo, si modo extorsiones non cefferint in vtilitatem Baronis, quia tunc non liberaretur

exhibendo, sed tenetur resarcire, & restituere, Pari. in ver. familias c. 5. incip. potestas n. 3. pro quo allego sing. conf. Rom. 338. in casu in 2. dub. vbi firmat quod si Ciuitas, quæ tenebatur facere iustitiam, deputauit certum officialem, & is aliquem grauaerit, tenetur Ciuitas, tamen exhibendo liberatur secundum eum.

- 11 Sexto, idem † in Episcopo, qui dedit Vicarium, quia liberatur eum exhibendo per dict. conf. Rom. de quo ponit Rota decis. 431. no. vtrum Episcopus in antiquis, & 278. si Vicarius in nouis.

Quæ omnes decisiones, & similes procedunt, quando sumus in officiali publico, qui elegit idoneum, & habilem, ita vt cesset ratio malæ electionis secundum Cuman. in dict. l. cum si exhibuissent in princ. à contrario sensu illius text. cesset etiam ratio, quod sit vsus opera mali hominis, quia pro bono elegit, & tanquam bono est vsus, qui si mutauit mores, non est quod sibi imputetur, l. 2. S. si eo tempore ff. de administr. rerum ad ciuit. pertinen. & l. argentum ff. cōmo. cum simil. secus si ab initio malum elegerit, iuxta decis. Decij in l. seruus colu. prima in fin. C. de pac. quia tunc non liberatur exhibendo, sed in solidum tenetur, quia speciale est in publicano, ergo in contrarium est ius commune, vt dixi supra ex mēte Paul. in d. l. cum si exhibuissent.

11. Et ex prædictis posset † inferri ad casum, de quo queritur, an Excellens Thesaurarius liberetur exhibendo sub-officialem, & quidem cum habeat officium publicum, & elegerit idoneum, & habilem, & ex causa necessaria, & de iussu Superioris, omnino videtur liberandus per supradicta, & per decisionem Luc. in l. agentes colu. pen. C. de agen. in rebu. lib. 10. vbi in specie de Aerario, & sic de officiali pecuniario firmat, quod non tenetur de facto sui substituti, quando elegit idoneum, & de necessitate, & iussu Superioris,

Z 2 sequi-

sequitur Paris. in ver. substitutus cap. 2. hoc idem tenet Oldra. d. conf. 92. quæ decisio in fortioribus terminis loquitur scilicet quod non teneatur, multo magis liberabitur exhibendo secundum Paris. ibi ad fi. & in specie Roma. dicto conf. 338. in casu in 2. dub. qui subofficialis si non potest luere in cre, luat in corpore, secundum Rom. conf. 11. & licet Luc. loquatur in substituto, & substituente, idem est in officiali, & subofficiali, nam sicuti substituens tenetur de culpis, & defectibus substituti, ut in d. lagentes in fin. cum simil. sic officialis tenetur de facto subofficialis, l. ex facto. ff. de nego. gest.

Præterea, aur dicimus, quod Excell. Thesaurarius tenetur ex contractu ratione officij, quasi pro se, & suis officialibus se astrinere, & talis contractus intelligitur secundum naturam officij, quæ est, ut quis exhibendo liberetur secundum Bart. & omnes in d. S. quod nouissime, aut ex quasi maleficio, & opera mali hominis sit vsus, & cessat quasi maleficio, cessante culpa in eligendo, tenendo, & utendo, accedente iussu superioris, urgente necessitate, & stante solito, ut dixi.

14 Tamen fortiter videtur obstare ꝑ ꝑa nominans ministrum, & subofficiale est velut eius fideiussor. l. fi. in fi. C. quo quisque ord. conue. lib. 10. & conuenitur tanquam eius fideiussor. l. Imperator ad fi. ff. ad muni. fideiussor non liberatur exhibendo debitorem, sed soluendo. S. fin. institu. de replic. & licet illa, 15 iura loquantur de nominatore, ꝑ nominator pluribus modis. sumitur glos. & Bart. in l. 1. S. solent quando appellat. sit: & inter ceteros quando officialis nominat subofficiales in exercitio officij, prout in casu nostro, & ita intelligit Bart. in l. 2. C. de pericul. nomi. lib. 10. & ita nominator sumitur in pluribus capitulis Reg. videlicet in capit. irem, quod prædicti officiales, & capit. item magistri passuum, vbi officiales nominant, id est eligunt, & constituunt subofficiales, & ratio illorum iurium

à fortiori militat in hoc casu, in quo nominator, & nominatus simul sunt in officio, & administrant vnum, & idem officium, & licet sint plures personæ, non sunt plura officia, sed vnum, & vnus personæ vicem tenent. l. magistratibus. ff. ad munic. & hoc est, quod dicitur nominatoris, & nominati, indiuiduum officium, & commune periculum est, d. l. Imperator, & l. quid ergo. ff. ad munic. & in officijs proceditur de similibus ad similia, ut ex text. in d. l. ex facto. ff. de nego. gest. & ibi not. Bald.

Istud videtur difficile, contrarium tamen posset dici, quod illa iura intelligantur in fideiussore de iudicio fisci, non de iudicato soluendo, cum id non exprimitur secundum Bar. in d. S. quod nouissime, sed ista non videtur tuta responsio, quia text. in l. quoniam augerio ad fi. C. de conue. ff. debi. lib. 10. dicit, quod debet fieri excussio in bonis officialis, qui administrauit, item etiam in bonis nominatoris, ergo nominator tenetur soluere, non autem sistere, vel exhibere, & sic est potius fideiussor de iudicato soluendo, quam de iudicio fisci. Præterea ratio illorum iurium, scilicet l. quoniam augerio. C. de conue. ff. debi. & in l. 1. C. de pericul. nomi. vel quoties. C. quo quisque ord. conue. & l. Imperator. ff. ad mun. non patitur illam interpretationem, ut nominator exhibendo nominatum liberetur, iuxta terminos l. cum si exhibuissent, quia non in hoc tenetur nominator, ut exhibeat, sed ut soluat pro nominato, ut in d. iuribus patet, igitur non liberatur exhibendo, nisi dicamus, illa iura limitari, ut non procedant, quando quis nominauit ex necessitate, & de iussu superioris, & habilem, & idoneum, & est solitum, & consuetum in officio, tales nominationes fieri, tunc enim ijs concurrentibus, ne officium nominatoris sit sibi damnosum. l. si quis ex signatoribus. ff. quæ. test. aperi. & ne sit pena, vbi non est delictum. l. aliud est fraus in prin. ff. de verb. sign. dicendum est, nominatorē non tene-

teneri, vel saltem liberari exhibendo per decis. Lucæ, & Alberi. & Oldr. de quib. supra.

Ex prædictis etiam posset inferri ad intellectum. l. ex facto. ff. de nego. gest. ubi dicitur, quod curator tenetur de facto subcuratoris, nec aperit, vtrum exhibendo liberetur, nec ne, quia posset intelligi secundum prædictam distin. Bar. & aliorum in d. S. quod nouissime, aut sumus in officio publico, aut in priuato, si in publico, aut male elegit, & non liberatur exhibendo nisi in publicano, aut bene, & liberatur, vt ex prædictis: rursus, aut ipse curator elegit, & procedunt quæ dixi, aut superior, & nõ tenetur secundum Bal. in d. conf. 385. & Feli. in d. c. Petrus col. pen. nu. 1. hinc videmus, quod Regens M. C. non tenetur de male gestis per carcerarium, & alios officiales M. C. per superiorem electos non per ipsum Regentem secundum Paris. in vers. familiaris cap. 3. num. 24. item aut ex necessitate fecit subcuratorem, aut ex voluntate secundum distinct. Lucæ, de qua supra, cæterum quantum spectat ad illum tex. communis intellectus Bar. Bal. Angel. & Paul. est, quod subcurator ibi sit datus à superiore, non à curatore, mouetur Bar. quia si curator dedisset, vtiq; ageret actione mandati contra subcuratorem, non actione negotiorum gestorũ, & tamen ille tex. dat negotiorum gestorũ, & si dicas, quomodo tenetur curator de facto subcuratoris dati non à se, sed à superiore? dico, teneri eadem ratione, qua tenetur quis de facto sui collegæ, l. si. S. item curatorem. ff. de admi. rerum ad ciu. perti. & tutor de facto contutoris. l. Lucius. S. cum testamento. ff. de admi. tuto. & tamen constat, collegas dari non à se, sed à superiore. Pari ratione quis tenetur de facto subcuratoris sibi dati à superiore, equiperantur. n. in hoc magistratus paris potestatis cum ijs, qui sunt imparis, & subalternæ potestatis, per illum text. expressum sũ Bar. Bal. Pau. ibi, & ex hac intelligẽtia infertur ad decis. quæst. omis. ibi, an

curator liberetur exhibendo subcuratorem, & certum est, quod non, quia quãdo sunt plures magistratus, ex necessitate, non ex voluntate, quilibet tenetur in solidum, & alter alteri, sũ regulas traditas per Bar. in l. si cui. ff. de nego. gest. si quilibet tenetur in solidum, igitur non liberatur exhibendo. l. 1. S. serui. vero ff. de fur. aduer. nau. nã si non liberatur cedere actiones, ergo nec exhibendo personam. l. si procuratorem. S. si tutores, & ibi glo. ff. mand. & per hoc patet responsio ad id, quod dixi de Regente M. C. quod non teneatur pro carcerario, & alijs officialibus, quia sũt diuersa, & omnino separata officia, & habent separatã rationem, at curatoris, & subcuratoris est vnum officiũ, nimirum si alter de altero tenetur. l. magistratibus. ff. ad muni. nõ tamen nego, quin ille tex. possit intelligi et, quando subcurator esset constitutus à curatore, iuxta tex. in l. 2. S. sed & si curatores. ff. ad muni. & ita illũ tex. intelligit Bar. in l. 2. C. de peric. nomi. non tamen tũc curator ageret actione nego. gest. sed mand. vt dixi, quo casu, nec tunc exhibendo liberaretur, sicut hec exhibendo collegam, nam magistratus paris potestatis in hoc equiperantur sub illis subalternis, & imparis potestatis, vt dictum est, & secundum hũc intellectum videtur facere contra, tamen cogitandum.

17 An autem in casibus in quibus quis exhibendo liberatur, non solũ liberatur à pena delicti, sed et ab interesse pecuniario, & quidem quantum ad penam delicti, certum est quod non tenetur, nisi is solus, qui deliquit, non eum constituens, glof. in l. obseruare. S. proficisci, & ibi Bal. ff. de offic. procons. & Roma. d. cõf. 11. nisi sit particeps fraudis d. l. ex facto in si. quia tunc ex facto suo non alieno teneretur. l. si plures. ff. de admi. tuto. solum ergo liberatur ab interesse pecuniario, de quo interesse pecuniario loquitur tex. in d. l. ex facto, & hoc est quod dixit tex. in d. l. cum si exhibuissent noxali iudicio teneri: noxale iudicium importat, vt quis exhibendo delinquẽ-

rem egiſſet pecuniariam condemnationem .l. ff. de noxa. actio. & in hoc eſt decifio Alber. in d. l. quantæ, vbi ſolum de pecuniario intereſſe dicit, & id puto indubitatum.

Aduertendum inſuper, quia illa diſtinctio Bart. inter publicum officium, & priuatum, de qua ſupra non videtur fundari ratione, & ipſemet Bart. in d. l. cum ſi exhibuiſſent. S. an autem, non aſſignet aliam rationem, niſi quia ita ſcriptum eſt, & Cuma. in d. S. quod noſſime miratur de iſta differentia, cum omnis ratio poſtulare videatur, vt plus puniatur habens publicum officium, quam priuatum, nam publicum præferitur priuato, & maius periculum vertitur in publico, quam in priuato, & vbi maius periculum, cautius eſt agendum, c. vbi periculum de elect. in 6. vnde nō eſt ratio, cur in publico quis liberetur exhibendo, non autem priuato.

Rurſus videmus, in publico officio quem non liberari exhibendo, patet in l. ad comentarienſem. C. de cuſto. reor. & in priuato officio liberari exhibendo, lex diui. C. loca.

Item illa differentia videtur confundi, per tex. in l. ſi procuratorem. S. ſi tutores. ff. mand. vbi tutor mandando cōtutori, quod emat mancipium neceſſarium pupillo, & ille non emat, non excuſatur, ſed tenetur pupillo, nec liberatur cedendo actionem contra contutorem ſecundum glo. ibi in ver. nec pōt nec exhibendo eius perſonam, quia inſolidum tenetur, vt ſupra dixi ex Bar. in l. ſi cui. ff. de neg. geſt. & tamen ille text. loquens in officiali priuato adducitur per Bartolomeum de Capua in ſua Apoſtil. ad officialem publicum, dicit enim ibi Bartolomeus, quod ſi Rex mandet Secreto Prouincie ſub poena, quod munit aliquod Caſtrum, & is mandauit ſuo viceſecreto, qui morte præuentus non adimpleuit, non excuſatur Secretus à poena, quia ipſe facere non alij mandare debebat, ſecundum eum, multo fortius ergo, ſi ille viceſecretus per negligentiam non impleuit,

ſet, non eſſet excuſatus Secretus, nec liberatus cedendo actionem contra eum, nec ipſum exhibendo, iuxta terminos illius text. igitur diſtinctio publici officij, & priuati non videtur vera, tamen diligentius conſiderandum, quia iſta à me non decidendi, ſed inueſtigandi veritatem ſtudio poſita ſunt.

#### ADDITIONES.

**A**D totam, concludit meus Genitor hic per has perſuſas allegationes, quibus nihil addi poteſt, quod Officialis tenetur de facto familiae, nec per exhibitionem ipſius liberatur, quia culpa eſt in mala electione, ſic fuit alias tractatum, diſcuſſum, & decifum in R. C. S. in cauſa Ducis S. Agathæ cū Io. Vincentio Valenzano, & ſuis creditoribus in Banca Sarnitani, Montoja cauſæ Commiſſario, ſed e conuerſo ſi familia poteſtatis aliquid fecerit iniuſtum ex ordine ſui ſuperioris, non tenebitur familia, ſed poteſtas, qui iuſſit, late Gramma. decif. 86. nu. 82. & 83. & quod Officialis teneatur de facto ſui ſubſtituti, vel familiae, Addo Roman. conſ. 297. in caſu.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

#### SVMMARIVM.

- 1 *Creditor conſentiens venditioni amittit hypothecam.*
- 2 *Decretum Iudicis facit, vt omnia præſumantur ſolemniter facta.*
- 3 *Filius tenetur de propria ſubſtantia liberare Patrem à carceribus.*
- 4 *Vbi non eſt leſio, ibi nullus eſt metus.*
- 5 *Minori non in lucro, ſed in damno ſubuenitur.*
- 6 *Quomodo cognoscitur, clauſulas in decreto cōtentas eſſe pro forma.*
- 7 *Quando dicitur res vendita iure creditoris.*
- 8 *Augmentum temporis cedit beneficio emptoris.*

AL-

## ALLEGATIO 94.

**C**reditor consentiēs venditioni perdit hypothecam, & plura in materia. Pro Magnifico Io. Hieronymo Lambertino.



Agit D. Cæsar de Naua super Terra Castellanz, q̄ possidet Hieronymus Lambertinus, & quidem sine actione, ita vt debeat repelli. ff. de nego. gest. l.

si pupillus. S. videamus. Defectus actionis patet, nam Hieronymus possessor emit à Don Gutterio patre, cuius bona obligata erant Don Cæsari pro causa donationis, & dotium, & talis emptio processit, consentiēte creditore, quo fit, vt creditor ꝑ super ea re ꝑdiderit hypothecæ ius. ff. quib. mod. pign. vel hypo. l. sicut. S. si voluntate, vbi dicit text. q̄ inuerecunde agit creditor, qui consentit venditioni rei pignoratæ, idem dicit tex. in l. si debitor. S. si in venditione eod. tit. nec impedit hanc conclusionem, quod D. Cæsar, & fratres erant minores, postquam ordine S. C. in actuali consensu interuenit curator, vt sic debeat omnino haberi ratus talis consensus, l. si consensit venditioni. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. facit etiam ad prædicta ille not. text. C. de remiss. pign. l. si.

Prædicta eo fortius procedunt, quia S. C. in tali venditione interposuit decretum, & omnia in tali venditione solemniter acta fuere, vt sic vltius non veniat retractandū. C. de prædi. decuri. l. i. lib. 10. vbi Bar. & Ioan. de Plat. ꝑ & alias dicimus, quod pro decreto iudicis semper præsumitur, vt omnia solemnia in eo interuenerint, Modern. in l. sciendum de verb. oblig. late Modern. Mediolan. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. Et in minore vendente cum decreto, & autoritate tutoris, licet prætendatur læsio, quod contractus

ualeat, est casus in l. si quidem. C. de prædi. minor. Quid potuit desiderari in tali venditione Terræ Castellanz? læsio nulla consideratur, aut prætenditur, ex quo fuit empta pretio cariori: commodum, quod Don Cæsar fuit cōsequutus est magnum, si quidem redditus Castellanz erant satis in modico, vrgebant creditores anteriores, qui ex cursu tertiarum per aliquos annos absorbuisset integrū valorem terræ: quid igitur est, in quo se grauēt Don Cæsar?

Aduerto vltius, Terra Castellanz fuit vendita, vt res Don Gutterij Patris, qui erat Dominus; Don Cæsar, & fratres eo tempore, prout hodie, non erant, nisi creditores, ex hoc fiet, quod in vendenda dicta Terra non requirebatur decretum iudicis, & solus curator potuisset, est casus in l. magis puto S. i. ibi, tuac enim quasi debitoris. ff. de reb. eorum, si pro cautela vberi S. C. etiam aditum ab ipso D. Cæsare decretum interposuit, quid est querendum vltius? considerent aliud Circūspecti Iudices, aut venditio Castellanz recte processit, & ex prædicta res est, aut venditio ex errore processit, nonne Don Cæsar, qui agit hodie, ante omnia teneri debet soluere Lambertino omnem pecuniam vna cum interesse, quā soluit emptor creditoribus anterioribus, & in hoc potest ei opponi exceptio doli mali: certe sic; est casus in l. si fundus, quæ est lex penul. S. fin. ff. de reb. eorum, & vt clarius Circūspecti Iudices videant, quam vexetur in debite Magnificus Lambertinus emptor, aduertant.

Terra Castellanz fuit vendita pro duc. 885 r. ad rationem duc. trium, & quarti vnus pro cetenario, & sic introitus erant duc. 286. 9. ij. ÷

Videatur modo, ad quid est conuersum pretium. Magnif. Franciscus Guindatus erat creditor longe anterior D. Cæsare in duc. 1470. Illustr. Ducissa Adrię erat creditrix pariter anterior in duc. 696. Quæ summæ ascendant ad duc. 2166. ante omnia Don Cæsar deberet

beret restituere hoc capitale vna cum tertijs, nec dicatur, quod fructus essent compensandi, quia quousque vixit pater, consumpsisset pro eius alimentis.

Instrumenta solutionum sunt alterū fol. 358. alterum fol. 370.

De eodem pretio sunt deducendi duc. 1833. 1. 13. quos Don Gutterius conuertit in emptionem annuorum introituum cum Magnifica Lucretia de Naua sorore, & amita ipsius D. Cæsaris, est instrumentum talis emptionis fol. 385.

Remanserunt in posse Magnif. Lambertini duc. 3000, & sic calculando integrum pretium dictæ quantitatis, quæ iam sunt in tuto, ascendunt ad d. 6999. 1. 13.

Restarent pro complemento ducat. 1851. 3. 7.

Magnificus Lambertinus quando emit, promisit soluere Vniuersitati Castellanz tanquam creditrici Don Gutterij duc. 851. qui vere non sunt soluti, sed pro eis Vniuersitas retinet quandam annuam quantitatem, super qua D. Cæsar egit, & instruxit processum, & Vniuersitas se defendit, & est Commissarius idem Dominus Macedonius.

Restât partitę infrascriptę videlicet.

Don Gutterio fuerūt soluti per medium Banci duc. 218. est fides fol. 375.

Ill. Comiti Biccari tanquam creditori D. Gutterij duc. 50. fol. 54.

Magnif. Andreæ de Ancora pariter creditori duc. 140. fol. 56.

Marco Baroni Villamainæ similiter creditori duc. 600. fol. 57. & 430.

Isti vltimi creditores erant illi, ad quorum instantiam Don Gutterius erat carceratus.

3 Quis tolerabit, † vt filius, & à patre sic dilectus, vt in eū exercuerit liberalitatem fere totius substantiæ, non debuerit à carceribus liberare patrem? esset causa maior expressis in S. causas in auth. vt cum de appell. cogno. & debet videri durum, quod pater egeat, si filius est in diuitijs. ff. de liber. agnoscen. l. si quis à liberis. S. si vel parens in fin. Et

quando S. C. nõ videbitur hoc iustum, Magnif. Hieronymus instruxit processum contra illos, quibus facta est solutio, vt creditoribus, quod restituat: vnico processu prouidebitur indēnati omnium.

Consensus iste, quem præstitit D. Cæsar in venditione Castellanz, aut reuocatur in dubium, quia per metū extortus, & nõ video, cur dici hoc possit, iam quod ex Terra Castellanz non perueniebant vltra annuos duc. 286. tertiaz creditorum absorbebant, & effectum fuissent, quod D. Gutterius cõsumebat introitus Castellanz, vt viueret, & tertiaz, quæ non soluebantur, cõsumpsissent omnia, ex hoc fiet, quod venditio fuit commodissima D. Cæsari, & fratribus,

4 ergo nullus est metus, vbi nulla læsio, immo lucrum, per not. in l. interpositas

5 C. de transactio. minori subueniri † in damno, nõ in lucro. C. de in integr. restitut. l. si merito allegatio metus nulla est, aut D. Cæsar vult eius consensum debilitare, vtpote, quia non est seruata forma decreti præcipientis, debere pretium conuerti in emptionem, & tunc aduerto, quod istud contentum in decreto erat perficiendum post venditionem, & post decretum, non autem contemporanee cum ipso decreto. Ex hoc fiet, & non debet dici datum pro forma

6 substantiali, † vt sic actus non ruant, videantur quæ in hoc particulari plene congerit Feli. in cap. cum dilecta colu. 6. ibi quartum signum extra de rescrip. & dato quod istud, quod à decreto præcipiebatur, fuisset requisitum tanquam pro forma substantiali, quia tamen cõtinebat partis interesse, potuisset omitti de illius consensu, ita Feli. in d. e. cum dilecta colu. 11. ibi limita hoc, nisi forma rescripti, vt ex his dici possit, quod aut conuersio facienda in emptionem continebat fauorem Magnifici Hieronymi, & quidem potuit huic fauori renunciare, aut fauorem D. Cæsaris, & potuerit consentire, vt per æquipollens pinguius impleatur, quod autem consenserit D. Cæsar hoc ex lectura instru-

menti



menti, & decretorum, facillime potest deprehendi in processu.

Nec poterit Magnif. Hieronymus super hac Terra Castellanz molestari à Magnif. Francisco Moles, vt pote quia, quando ipse emit Terram Thuri, inter alia bona, q̄ tenebatur à D. Gutterio, erat dicta Terra Castellanz, quia aut Mag. Moles ex quo soluit pretiū Thuri anterioribus creditoribus ipse D. Cæsare, erit per hoc tutus, aut si non poterit hac anterioritate se defendere, quia cessionem non obtinuit à creditoribus, sibi debet hoc imputare, sed considero ulterius. Terra Castellanz fuit vendita instante D. Cæsare creditore, qui aut hoc fieri fecit ex potestate concessa D.

7 Gutterio in instrumēto donationis, aut quia lex dabat sibi talem facultatem, iuxta terminos l. si. C. de iur. domi. impetr. & S. è contra inst. quib. alien. licet, vel non, & ff. de pign. actio. l. si conuenierit, dicetur hæc venditio facta iure creditoris, semper enim quod creditor instat vendi, dicitur exercere potestatem, quam habet, non enim faceret, nisi creditor, dicitur res vendita iure creditoris, qui virtute obligationis præcedentis cum præcario, & constituto habet illa tria remedia, videlicet d. l. si. & l. si. C. de acquir. poss. & l. 3. C. de pignor. & passim videmus seruari in S. C. quod petentes assistentiam super bonis debitorum, illa obtenta, instant vendi bona, quid aliud erit hoc, quam eorum potestate vti? & ex his fiet, quod si res iure creditoris venditoris vendita est, dominium Castellanz fingitur abdicatum à tempore primæ obligationis, quando pater donauit, vt sic tempore, quo Magnificus Franciscus emit, Terra Castellanz non erat in bonis vendentis.

Ultimo, aut competit ius Magnifico Francisco super pretio Castellanz, & sit illud saluum cuiunque, iam quod Dominus Hieronymus de eo rationem reddit, aut vult super Terra, quæ forte auxit in valore post emptionem, & tunc dico, quod S. C. alias referente Domino de Curtis, in causa illorum de Ciar-

lone, cum Hieronymo Bozauotra habuit † pro vero, augmentum temporis cedere beneficio emptoris, vt sic vndique sit tutus Magnif. Hieronymus.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. 7. quod quando venditio fit sub-  
hastâ ad instantiam creditorum, dicatur facta iure creditoris, & cesset ius offerendi in secundo creditore, late Io. Vinc. de Ann. in alleg. 56. qui alios cumulat, & quod augmentum temporis cedat in beneficium emptoris, prout dixit meus Genitor hic in fine allegationis, Addo, quod idem tenet Ann. in alleg. prædicta nu. 8. & sic ibi fuit decisum, vt in fine, & de hoc augmento temporis, vide Præs. de Franch. in decis. 38. nu. 5. vbi vult oppositum, scilicet quod augmentum temporis cedat in beneficium creditorum, sed illa decisio loquitur in casu suo, vt ibi videre licet nu. 5. vsque ad finem. Vide etiam Consil. de Georg. in sua alleg. 40. nu. 2. qui sicut scripsit meus Genitor hic, quod augmentum temporis cedit in beneficium emptoris, sic ipse per easdem, & alias rationes scripsit, quod augmentum cedit lucro hæredis.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Creditor quando dicatur constitui in mora recipiendi.*
- 2 *Creditor non cogitur particularem recipere solutionem.*
- 3 *Oblatio non fit procuratori non habenti mandatum ad recipiendum.*
- 4 *Vassallus debitor tenetur asportare victualia ad borrea, vel domum Baronis.*
- 5 *Si creditor sit in mora recipiendi, et res, seu victualia deteriorentur, cuius periculo cedat hæc deterioratio.*
- 6 *Debitor non iuuat depositum, vel obsignatio, si postea conuerterit in proprios usus.*

AL

## ALLEGATIO 95.

**C**reditor si fuerit in mora recipiendi, cuius periculo cedat deterioratio. Pro Ill. Principe Venusij.



**I**cet ex parte Vniuersitatis Tegorę fiat magna vis, quod decisio huius articuli emendę, seu recompensationis petita pro Ill. Principe Venusij ob victualia cõsignata deterioris conditionis, & bonitatis recollecta per ciues dictę Terrę, ex quibus soluere tenebantur Principali Curia, dependeat ex facto, si Princeps in exigendo, particulares ciues in non soluendo fuerint in mora, attamen ad demonstrandum, quod nec huiusmodi assumpto Pars poterit obtinere, annotantur hæc pauca, siquidem ad finem constituendi Principem in mora de iure requirebatur interpellatio congruo loco, & tempore per particulares ciues debitores, alias Principem non poterit fundari ꝛ fuisse morosum in non recipiendo victualia per debitores. l. mora. ff. de vsur. in princ. ibi opportuno loco. l. si soluturus. ff. de solut. ibi quid. n. si non opportuno loco, & tempore. Hęc interpellationem Pars non habet, & proinde mora ei ascribi, aut probari non potest.

Nec obstat, si Vniuersitas vult se iuuare de prætenfa oblatione facta de mense Decembris, in quadam replicatione Procuratoris Vniuersitatis ad litem, quia hæc non potest dici interpellatio, sed tantum in formis oblatio, & Illustrissimo Principi non nocet ex pluribus. Primo, quia non est facta integri debiti, nam Princeps erat in possessione exigendi compassum, idest solidum semen, & hic offert duodecimam, nec minus seruata forma decreti Reg. Cam. interpositi paulo ante, quia decretum dictabat, quod soluerent deci-

mam, vel duodecimam. Vnde cum non integrum debitum fuerit oblatum secundum Principis prætenfionem, nec seruata forma decreti Reg. Cam. oblatio non solum Principem constituit in mora, ex reg. text. in l. obfignatione. C. de solut. sed nec aliquid offerentem releuabat, cum Princeps iustam causam recusandi habebat, cum ex iuris regula non cogebatur ꝛ recipere diminutam solutionem, & currit periculum totius quantitatis, text est ad literam in l. tutor. S. Lutus. ff. de vsur. & melius in l. quidam æstimauerunt. ff. si cert. petat. in princ.

Et quod in effectu Princeps habebat iustam causam recusandi duodecimam, etiam seruata forma decreti, ex verbis decreti colligitur, quod dictat de solutione decimę, vel vndecimę, & non à casu, sed magna consideratione fuerat dictum, quod pro tunc solueretur huiusmodi, eo quod eadem Vniuersitas in quamplurimis scripturis, & instrumentis productis fatebatur pro maiori parte de præstatione decimę, & non duodecimę. Vnde offerendo duodecimam non adimplebant formã decreti.

Secundo, dicta oblatio fuit in formis, & non notificata Illustrissimo, pro vt decebat, sed procuratori ad litem, qui mandatum non habebat ad ꝛ recipiendum, nec apparet principali denũciasse, vnde non constituit Ill. Principem in mora, vt est text. in l. mora in princ. ibi seruo. ff. de vsur. l. item veniūt. S. ponamus. ff. de per. hæred. l. 3. S. 1. ff. de itiner. a. & uq; priuat. Tenebantur. n. offerre congruo loco, scilicet in Terra Tegorę, vbi erat locus solutionis, & nõ in Ciuitate Neap. Item, & congruo tempore, & non de mense Decembris, sed tempore recollectionis d. l. obfignatione. C. de solut. id tamen exequutum nõ fuit, ex quo re vera victualia non extractant, sed erant consumpta.

Tertio, is, qui offert, non est Principis debitor, nec procurator illorũ, nam debitoris Principis erant particulares ciues coloni territorij, & annotati in anno-

annotationibus factis de ordine Regiæ Camere, & proinde cum non erant debitores, qui huiusmodi informem obligationem faciebant, merito non obligant, aut constituunt Principem in mora.

Sed his circumscriptis, quæ mora, aut culpa imputari poterit illust. Principi in non recipiendo duodecimam, quo fuit ordinatum, quod interin prædicti particulares ciues, qui colebant territorium, soluerent duodecimam, si ante dictam prouisionem factam decretum erat, solui decimam, vel duodecimam, iustissime enim recusabat, item quia à decreto prædicto fuerat habitus recursus ad Collaterale Cons. & obtenta Regia decretatione, vt fieret relatio, nunquam fuit facta, & ideo cum habebat iustissimam causam recusandi, non fuit in mora, arg. l. sciendum. ff. de vsur.

4 Et nulli dubium est, quod isti coloni tenebantur asportare ad horrea domini victualia, vel saltem tempore reollectionis in areis interpellare dominum, seu eius ministros, vt asportarentur, per ea, quæ habentur in c. reuertimini ad me 16. q. 1. vbi glo. in vers. in horrea, Bal. in l. acceptam. C. de vsur. in 12. q. & melius in l. si. C. de condit. insert. nu. 8. vbi allegat text. in l. pro locis. C. de ann. & trib. lib. 10. & l. quod nisi. ff. de oper. liber. Imol. & Rom. in l. stipulatio ista. S. inter. ff. de verb. oblig. indecens enim esset, & satis indecorum, Principem dominum ire per domos subditorum illos interpellando super solutione.

Est igitur verum, quod vel subditi tenentur asportare, & fuerint ipsi in mora, & non solum tenentur ad emendam petita, sed ad interesse pretij quantiplurimi, vel saltem tenebantur interpellare dominum tempore reollectionis, & similiter fuissent in mora, postquam non adest oblatio, & obsignatio per ea, quæ supra allegata fuerunt.

5 Sed dato, quod Princeps fuisset in mora, & articulus iuris esset discutere si res perijissent, vel deteriorate essent ob moram Principis in recipiendo, si

eius damno, vel periculo, iuxta text. in l. 1. & l. si pro emptore cum alijs concordantibus in eod. tit. ff. de peric. & comm. reiuend. vel si tractaretur de liquidanda æstimatione, seu pretio victualium, tunc consideraretur mora creditoris, vt liquidaretur æstimatio tanti, quanti valuit tempore, quo creditor fuit in mora, vel quanti minoris valuit post interpellationem, vt in l. vinum. ff. si cert. pet. vbi notatur per Scribentes, & Bald. in d. l. acceptam. C. de vsur. in 12. q. nu. 27. sed quando agitur de bonitate, non de extrinseca, quæ est in pretio, sed de intrinseca, vt quia de frumento bono, seu optimo, tunc debitorem non releuat mora creditoris, quia in omnem euentum respicitur respectu bonitatis tempus debiti, & qualitatis rei indebitæ, vt l. cum quid. ff. si certum pet. vbi glo. in vers. bonitate, quæ est finalis, & quod mora creditoris in hoc non officiat, not. glo. quam sequuntur ibi communiter Scribentes in d. l. vinum in vers. cum petitum, vers. sed dic circa princ. ff. si cert. pet. vnde cum tractetur de hac bonitate intrinseca, nil facit ad propositum discussio, si Princeps fuisset in mora, eo magis cum Princeps non fuerit in mora, vt dictum fuit supra, & hodie agat de repetendo id, in quo iam particulares fuerunt in lucro, quia in eorum vsus conuerterunt frumentum bonum, & soluerunt frumentum non idem deterioratum, sed de relectio post annos quinq; satis deterioris conditionis, vt fuit probatum. nec tractatur de pretio, quia si Princeps voluisset pretium, habito respectu ad tempus moræ, vtiq; fuisset satis in lucro, quia tempore, quo erat debitum, fuerat in cariore pretio, quam tempore consignationis.

Et sic cessat etiam dispositio text. in l. nulli. C. de erog. milit. anno. lib. 12. nam ultra quod non trahitur ille text. ad consequentiam, nisi in casu, de quo loquitur, & quando annona recipitur de publico, vt notauit Bald. in l. acceptam 16. q. C. de vsur. Princeps non expectauit carestiam, seu penuriam, sed

quan-

quando de ordne Reg. Cam. fuit ordinatum, consignare ad rationem duodecimæ, erit satis pinguior annona, quam postea, & per prius, vt dictum fuit supra, habuit, prout etiam hodie haberet iustam causam litigandi.

Quinimmo in his terminis etiam si isti t̄ obsignassent, & depositassent vidualia, & deinde in vsus proprios conuertissent, prout conuerterunt, ex integro teneretur, & in aliquo non fuissent liberati, vt in d.l. acceptam. C. de vsur. in si. cum similib. concordantibus. Et si exemplis effct iudicandum, iam Reg. Cam. inter easdem personas decreuit deberi emendam, & particulares acquieuerunt determinationi, & soluerūt sine alia reclamacione agnoscentes, re vera illam deberi: cum igitur sit p̄sens causa decidenda extra terminos, quos ex aduerso pars p̄supponit, speratur ex his, & alijs supplendis, decerni in fauorem dicti Ill. Principis.

#### ADDITIONES.

**A**D num. 1. & per totam, agitur hic de mora debitoris non soluentis debito t̄pore, & vidualia acta ad recipiendum, ac de mora creditoris non recipientis, cuius mora noceat, vltra allegata per meum Genitorem hic, vide latissime Vincent. de Franch. decis. 227. qui bene tractauit hanc materiam, & non discordat à dictis per meum Genitorem hic.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SVMMARIVM.

- 1 *Heredi an liceat vendere bona hereditaria sine voluntate legatariorum, si hæres ex dictis bonis, & introitibus tenebatur solvere legata.*
- 2 *Si certum corpus est designatum pro annua p̄statione, an illud corpus dicatur obligatum, & quid in legato, dum verba sunt directa ad hæredem.*

- 3 *Testator censetur, se reddidisse conformem dispositioni iuris communis.*
- 4 *Vna pars testamenti declaratur per aliam.*
- 5 *Stante prohibitione de alienando in beneficium aliquorum vocatorum, si illi consentiant alienationi, cessat prohibitio.*
- 6 *Alienatio est translatio dominij.*
- 7 *Exceptio debet esse de regula.*

#### ALLEGATIO 96.

**H**Aeredi an liceat vendere bona hereditaria sine voluntate legatariorum. Pro D. Marco Antonio Caracciolo.



Aeres vniuersalis est Dominus Io. Baptista Caracciolo, & post eius mortem est Dominus Domitius, & subinde alij in pluribus gradibus vocati sunt, à quibus omnibus sunt repetita legata facta à primo.

Legantur Domino Iulio Casari, & post mortem eius primogenito libræ 4000. imperiales singulis annis, quoad vixerint dande per dictum hæredem, ex feudo Galeratz, & redditibus dationum.

Prohibetur alienatio loci Galeratz, & dictorum reddituum, vt conferuntur in dictos Fratrem, Nepotes, & eorum descendentes, imponitur poena alienanti, quod incontinenti bona sint deuoluta ad sequentem vocatum.

Excipitur, quando vellent alienare, & conuertere pecunias, vel permutare in alia bona feudalia, siue allodialia, acquirèdo in Regno Neapolitano, nam tunc sibi liceat.

Quod sit declarandum, licere hæredi vendere, vt supra, sine voluntate legatariorum.

legatariorum sunt infra scriptæ considerationes. † Primo dominium feudi, & introituum est hæredis, quod pro tēpore erit, licet teneatur ex dictis bonis, & introitibus soluere quolibet anno tot libras ibi dandas, & soluendas ex feudo, & introitibus, & ibi super exactione ipsa, & parum post ad præstationem dictarum librarum, & sæpius repetitur, quod præstetur summa librarum, vel pecuniarum. Nam dicitur; q̄ dictæ libræ dentur, & solvantur per hæredem, & sic quatenus verba sūt directa ad hæredem, nihil iuris habet legatarius super proprietate introituum, ut dicit Bart. in l. fundi Trebatiani in prima oppo. ff. de usufr. leg. ex quo sequuntur tres iuris effectus, de quib. in d. l. fundi, inter quos primus est, quod hæres possit videri proprietatem introituum, & demū soluere de suo annuam quantitatem legatam, & idem dicit tex. in l. liberto in princ. ff. de ann. leg. vbi similiter erat factum legatum pecuniæ annuæ ex prædijs, & tamen prædia illa potuerūt vendi, quinimmo glos. dicit, quod emptor nō potest molestari à legatarijs, ex quo legatarij non habebant aliquod ius in re, & proinde illa personalis obligatio non sequitur rem. l. si. S. si. ff. de contrah. empr. l. 1. S. si hæres. ff. ad Trebell.

2 Nec obstat, si diceretur, † q̄ quando est designatū certum corpus pro annua præstatione, ut ex redditibus illius solvatur quid annuum, q̄ illud corpus dicatur obligatū. l. Lutus, cum ibi not. ff. de alim. & cib. leg. l. 2. eo. tit. nec hoc sit speciale in alimentis, prout quidam senserunt Bart. in l. fundus quem. ff. de ann. leg. & ponit Anto. de Fano in 4. memb. 2. par. in vers. vigesimus tertius casus sol. mihi 52. proinde trāseat corpus introituum in emptorem cum onere soluendi annuas præstationes. l. si. S. Lutus. ff. de donat. ut sic requiratur consensus legatariorū, l. sicut S. nō videtur ff. quib. mod. pign. vel hypo. solui. ponit Signoro. in cōs. 100. nam prædicta procedunt, quādo simpliciter agitur de annua præstatione ex aliqua re, secus in

casu ultimæ voluntatis, quando verba sunt directa ad hæredem. Tunc enim obligatio est mere personalis, & non est quæsitum legatario aliquod ius in re, ita considerat Bar. in d. l. fundi Trebatiani in princ.

Ex prædictis facio duo corollaria. Primum est, hæredē dominum proprietatis introituum, secundum, legatarios nō habere aliquod ius in dicta proprietate, & proinde circumscripta testatoris voluntate, hæredem posse procul dubio videri, sed quod testator ultra processit, est videndum, si verba repugnant, v. in hoc alterare voluerit legis dispositionem.

Et q̄ verba non desiderent legatariorū voluntatem, vel scientiam, fundatur primo. nam in dubio censetur testator, se reddidisse conformē dispositioni legis. l. nemo pot. de leg. 1. ponit Dec. in cons. 121. & in l. nec ex prætorio de reg. iur. & censetur cogitare de dispositione legis dicit Affl. in decis. 44. col. 5. vers. 4. Dec. in cons. 256. colu. 2. vers. & hoc, & Alex. in cons. 55. lib. 4. † Secundo, vna pars testamenti declaratur per aliā. l. qui filiabus de leg. 1. ponit Dec. in cons. 50. col. 2. in princ. in cons. 545. nu. 7. & 581. nu. 6. sed ex prædictis, circumscripta prohibitione, poterat vendere hæres sine legatarijs, ergo idem est dicendum in casu permissio per testatorem, & idem conijcitur ex præcedentibus, & sequentibus.

Præterea si consensus legatariorum esset necessarius, & illa verba (vbi vellet) cōprehenderent legatarios, dispositio illa esset inanis, nā ijdem legatarij ex capite præcedēti sunt vocati in casu alienationis, & in casu mortis pximiorum sine filijs, & clari iuris est, q̄ stante prohibitione de alienando in beneficiū aliquorum † vocatorum in casu alienationis, si illi consentiunt alienationi, cessat prohibitio. l. quotiens. C. de fideico. Dec. in l. cum proponas. C. de pact. & in cons. 323. in princ. ergo non oportebat dicere, si illi. i. legatarij vellet.

Ex alio hoc idem dignoscitur, nam

Aa

post;

postquã ex præcedenti capitulo dominus introituũ, & datiorum est hæres, & est facta prohibitio de alienãdo, & alienatio est † translatio domini, l. r. C. de fund. dot. Dec. in cons. 584. nu. 2. Ergo illa verba (vbi vellent) intelliguntur de hæredibus, qui pro temporibus erunt, nam legatarij non possunt transferre nec dominium, nec ius aliquod: faciunt etiam illa verba (prohibeo alienationẽ dictorum bonorum, & iurium) quæ bona, & iura sunt hæredis, & non legatariorum, eo maxime, quia prohibitio fit hæredibus, & limitatio prohibitionis ibi eo tamen semper excepto, & c. debet intelligi, † vt sit de regula, scilicet, quod pmittatur hæredibus, quibus erat prohibita cum limitatione sequenti, l. nam quod liquide cum vulga. de pen. leg. ista pro nunc mihi in mentem veniunt, quæ volui currenti calamo notare, vt excitem diuina ingenia dominorum, arbitrorum ad contemplandum.

## ADDITIONES.

**A**D num. 1. cum seq. pro confirmatione adductorum per meum Genitorem hic, q̄ quando heres vendit bona hereditaria non est necessarius consensus legatariorũ, et si legatarij habeant hypothecã, vt puta, quia Testator dixerit, solui legata ex talibus bonis, vel super talibus bonis, Addo, lo. Vine. de Ann. in alleg. 101. nu. 7. vsq; ad fi. cũ ibi additis per eius filium, & quod ista legata censeantur facta magis causa demonstrationis, seu facillioris exactionis, quam causa taxationis, vide Vincent. de Franch. decis. 721 qui allegat Dec. cons. 324. & sic dicit, fuisse decisum.

*Abb. Io Hieron. de Mauro.*

## SUMMARIVM.

- 1 *In taxatione salarij Aduocatorum attendenda sunt Aduocati facundia, magnitudo causæ, & mos regionis. & nu. 2. ad idem.*
- 3 *Promissio facta Aduocato, quamuis excedat summam à iure taxatã, si fuerit soluta, non datur*

*repetitio.*

- 4 *Salarium per legem taxatum non habet locum in causis criminalibus.*
- 5 *In Regno de consuetudine dantur magna salaria, & præcipue in causis feudorum, quæ equiperantur causis criminalibus.*
- 6 *Aduocatus potest à diuitibus accipere cum bona conscientia quicquid sponte datur.*
- 7 *Vna præsumptio tollitur per aliã, immo per contrariam probationem.*

## ALLEGATIO 97.

**T**Ractat de salario Aduocatorum, & de pacto quotę litis, Pro Doctore Io. Angelo Pisanello.



Tendatur ad apocas pro palmario, quia hoc non prohibetur, l. 1. vers. & si nomine palmarij, ff. de varijs, & extraord. cogni. & ita limitat text.

- ibi Iacob. Butr. in l. si quis. C. de postul.
- 1 & quamuis † per leges taxetur salarium, vt non excedat centum aureos, non tamen ex hoc imponitur pœna, nisi quod si ultra fuit pœceptum restituatur, vt d. S. si nomine, & hoc modo declaratur in d. l. in vers. in honorarijs. Nec hoc casu dicitur pactum de quota parte litis, quæ limitatio hodie ex consuetudine non seruatur, vt omnes testari possumus, & iam probatum est, & nimirum, quia facundia Aduocati, & magnitudo causæ, & mos regionis spectantur, quæ consideranda sunt in taxatione † salarij, vt nor. in l. salarium. ff. mand. & per Bald. in l. sumptus. ff. de pact. & per Card. Alex. in c. infames. S. si quis in fi. 3. quæst. 7. quæ omnia considerantur in D. Pisanello,

vt

vt verificatum est. Propterea Petrus de Bellapertica in d. l. si quis. C. de postul. dicit, quod conuentio moderata sub quacunque appellatione conueniret de salario moderato, etiã sub appellatione quotæ partis valeret, ideo Angel. in d. l. sumptus dat cautelã, quod Aduocatus recipiat generalem promissionem, non de eo, quod est in lite, & ita decisum testatur Guid. Pap. in decis. 102. vbi Apostillator confirmat, qui fortius in decis. 190. tenet, quod ꝑ stante consuetudine fori, & Aduocati facundia, etiam si promissio excedat summam à iure taxatam, si fuerit soluta, non datur repetitio, & ita post Beatum Thomam dicit Card. in d. S. si quis relinquendo totum in arbitrio Iudicis, & per Bart. in l. Diuus Seuerus de varijs, & extraord. cogni. dicitur, quod in Curia Romana interpretantur id, quod dicitur, de centum aureis pro causa, idest pro singulis capitulis causæ, & ita obseruatur ibi de facto, & hæc obseruantia tâto plus obseruata fuit in hoc Regno. Nam istæ causæ magnæ solēt multis annis durare, ita quod dantur plures termini, & labores sunt infiniti, & propterea text. in l. eadem lege in fi. ad leg. lul. repet. permittit, Iudicem quolibet anno posse recipere duc. 100. & Aduocatus potest vendere iustum patrociniū. c. non licet 11. q. 3. & propterea dicimus, ꝑ quod salarium per legem taxatum non habet locum in causa criminali. l. si pater. S. si quis aliquem, vbi Bart. ff. de donat. hinc text. in Constitutione hac edictali de salario Aduoc. in primo libro disponitur, quod in causis, quæ non poterunt æstimari, salaria diffiniantur arbitrio Iudicis, consideratis causis: quæ constitutio, vt dicit ibi Affl. quatenus in alijs causis taxat salarium, non est in obseruantia, & propterea ꝑ in Regno de Consuetudine dantur magna salaria præcipue in causis feudorum, quæ æquiperantur criminalibus, vt in Cõstitutione in pecuniarijs in princ. in 2. lib. & tanto magis, quia attentis apocis Domini Pisanelli

sibi destinatis, & in sui absentiam factis apparent factæ sponte, & non per actū ꝑ est duorū consensus, & magis pollicitatio. l. 1. ff. de pactis. l. pactum. ff. de pollicitatione. Ita ꝑ non adaptatur lex dicens de pacto de quora litis, quando n. sponte clientulus promittit, non reperitur prohibitum, vt est glo. in l. quisquis in ver. contractum in fin. C. de postul. ideo Inno. in c. quia pleriq; de immun. Eccles. dicit, ꝑ quod Aduocatus potest à diuitibus accipere cū bona conscientia quicquid sponte datur, sequi. Card. in d. c. non licet in fin. & in ipso D. Pisanello est consideranda eius persona, nã de optima eius qualitate in litibus est probatum, & cum quanta liberalitate, ita quod sepe cliētulis subuenit de suo, ita quod illa præsumptio de calumniosa aduocatione cessat in eo, & apparet, nam in multis apocis obtinuit sententiam, & ne dum non exegit, sed donauit promissa, ꝑ vna enim præsumptio tollitur per aliam, immo per contrariã probationem, vt in materia falsitatis consuluit Alex. in cons. 124. in fi. vol. 6. & Io. Anto. Alex. in cons. 15. in princ.

## A D D I T I O N E S.

**H**æc allegatio tractat de salario Aduocatorum pro patrocinijs præstitis, vel præstandis in causis, & de albaranis factis per clientulos dictis Aduocatis, licet sapiant, vel non sapiant pactum quotæ litis. Addo, ꝑ de hoc hodie non est disputandū in Regno, quia habemus nouellam Pragmaticam tẽpore Ducis Ossunæ, quod ista albarana rejiciantur tanquam sapientia pactum quotæ litis, sed salaria Aduocatorum taxentur arbitrio Iudicis pro facundia Aduocati, & labore, ac pro magnitudinẽ causæ, & sic hodie seruetur.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## S V M M A R I V M.

- 1 In feudis, sub quauis forma inuestiture in Regno succedunt descendentes masculini sexus, & præferuntur omnibus alijs.
- 2 Stipes semper attenditur in successione feudorum.

Aa 3 3 Suc-



- 3 *Successio in Feudis non extenditur ultra septimum gradum.*
- 4 *In Feudo antiquo ex pacto, et providentia, rebellio vnus non nocet alijs descendantibus à stirpe vocatis in prima inuestitura.*
- 5 *Descendentes vsque in infinitum ei, cui facta est inuestitura, succedunt tam de iure communi, quàm iure regni.*

## ALLEGATIO 98.

**I**N Feudis in hoc Regno præferuntur descendentes masculini sexus in successione, & rebellio vnus non nocet descendantibus in feudo antiquo ex pacto, & providentia. Pro Domino Cesare Zurulo.



Magnifici q. Saluator, Henricus, Martucius, & Bernardus Zuruli † fratres impetrauerunt priuilegium de anno 1390. à Serenissimo Rege Ladislao, quod in bonis feudilibus, quæ tunc ipsi fratres habebant, & in eis quæue essent in posterum habenturi, succederent masculi ex ipsorum, vel alterius eorum corpore, ipsorumq; hæredum, & successorum, exclusis foeminis de paragio nuptui tradendis, etiã si fuerint filia, vel neptes, aut quocumq; consanguinitatis nexu eis cõiunctæ existerent, prout in dicto priuilegio, siue gratia latius continetur, atq; successio fuit eis delata, secundum formam constitutionis Regni incipientis, vt de successione, sub rubr. de success. nob. in feu. prout cantat dictum priuilegium, vt sit maior natu præferatur, quia poterat dubitari, quod extantibus filijs omnium, an æqualiter in feudo succedere debeant, tãquam omnes in gradu

æquali, sicut succederent in bonis feudilibus, ad tollendum hoc fuit dictum, quod successio inter eos secundum formam constitutionis Regni procederet, quæ forma intelligitur, seruata gradus prærogatiua, & maioris ætatis, & quousque adsunt hæredes masculini sexus legitimi descendentes à dicto Saluatore primogenito, repelluntur à successione feudorum hæredes Henrici secundogeniti, & sic Martucij tertio geniti, & Bernardi quarto geniti, & si forte à dicto Saluatore primogeniti non fuissent progeniti masculi, sed foemina tantum procreata, atq; ex altero fratre secundo, tertio, vel quarto genito, quibus quidem omnibus æqualiter, & in solidum fuit facta prædicta gratia, fuissent orti masculi, certe illi masculi admitterentur ad successione, exclusis penitus foeminis Saluatoris primogeniti. Cum ergo ex latere trium patruorum defecerint hæredes masculini sexus, & ex persona Bernardi adsint hæredes ex suo corpore legitime descendentes, quia est Magnus Cesar Zurulus profecto ipse est vocatus ad successione cap. 1. de eo, qui sibi, vel hæredibus, quia omnes masculini sexus legitimi descendentes à dicto Bernardo, cui quidem facta est prædicta gratia, succedunt per infinitum, tam de iure communi feudorum, vt in c. S. cum vero Corradus de his, qui feud. dar. postquam de iure constitutionis Regni, vt consti. vt de successione de succ. nob. in feu. semper .n. quod tractatur de successione in feudis, † stirpes attenditur, vt inquit Ange. in cons. ex sanctiss. & Illustriss. Dña col. 3. vers. 3. Curt. Sen. in cons. 49. colu. 9. in princ. Bal. & Aluar. in c. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus masculis, & Bal. in cõs. 395. ad euidẽtiam vol. 1. & licet dictus Cesar magno spatio distare videatur à Saluatore, Henrico, Martucio, & Bernardo, attento quod in feudis successio non dicitur † protendi ultra septimum gradum, prout est tex. in c. 1. S. 1. de success. feud. cū similibus traditis per Ang. de Aret. in S. si. insti. de success. cognatorum

rum, tamen hoc fallit in casu nostro, nā sumus in descendētib; ab ipso Bernardo, cui gratia facta est, quo casu clarū est, tam de iure communi feudorum, q̄ constit. Regni, quod vsq; in infinitum successio defertur, vt de iure probatur in c. 1. post princ. de nat. succ. feud. & in c. 1. S. hoc quoq; de his, qui feud. dar. poss. & ibi tradunt DD. secundum quas dispositiones censetur concedēs disposuisse, per not. in l. h̄eres mei. S. cum ita, ad Trebell. & per Bar. in l. vt ius iurand. S. si liberi de oper. libert. quæ omnia fortius militat in casu nostro, in quo expresse h̄eres masculini sexus legitimi descendentes ex altero ipsorū sunt vocati, exclusis penitus foeminis ex quocūq; nexu coniunctis, vt sic in familia, & in cognatione feuda remaneant, argu. l. pater. S. quindecim. ff. de leg. 3. qua ratione stante, etiam si essemus in transuersalibus, illud idem esset dicendum, cū eadem esset ratio, & mens concedentis.

Nec obstat secundo, si diceretur, q̄  
4 filius secūdogeniti Hercules † Zurulus, qui erat primogenitus rebellis, extitit, & ipsi debebatur primo loco successio, cuius iura hodie vidētur residere apud Fiscum, quia istud dubium certe habet apertam resolutionē, quod licet Fiscus post mortē delinquentis possit perquirere, & v̄dicare omnia iura ipsi delinquenti quæ sita, vt in l. Lutius. ff. de iur. Fisci, tamen ius ignoratū, & non agnitum per delinquentem, Fiscus non potest sibi vindicare, vt l. quoniam. C. de iur. delib. not. glos. in l. ventre. ff. de acquir. h̄ered. not. Salic. in d. l. quoniam. l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. ita arguit Bal. in d. l. quoniam, & not. Salic. in l. cū antiquioribus. S. ita tñ. C. de iur. delib. cū ergo dictus Hercules nullam habuerit notitiā de dicta cōuentione suos inter prædecesores facta, neq; compertū habuerit, ius prædictæ gratiæ ad ipsum deuolutū, seu debere deuolui tanquam masculinum, & vocatum ex vi prædictæ gratiæ, q̄ est verisimilius. c. cum quis in ius de reg. iur. lib. 6. & ff. eod. tit. l. qui

in alterius, & tradit Affl. in decif. 329. nu. 5. & 7. & in decif. 37. nu. 1. & 2. certe ius ignoratum, & non agnitum, non potuit trāsmittēre ad eius filios, & h̄eres, postquam nō erat de eius patris h̄ereditate, sed de antecessoribus suis, vt l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. & dicti Herculis factum nō nocet dicto Magnif. Cæsari, ex quo non capit feudū ab eo, sed à primo acquirente, atq; non venit, vt h̄eres dicti Herculis, sed vt vocatus ex vi prædictæ gratiæ tanquā descendens à prædicto Bernardo, cui quidem gratia facta est, quo casu sufficit, q̄  
5 volens succedere † sit de descēdentibus ex dicto stipite, & non requiritur, quod sit h̄eres vltimi morientis, ita Andr. in c. 1. S. deniq; quæ sit prima caul. benef. amitt. idem Andr. latius in c. 1. si vassal. feu. pri. cui deferat. Iaco. Aluaro. in d. S. deniq; ver. secūda sit conclusio, etiam attenda forma dicti priuilegij, & idem firmat eo loco, ver. septima conclusio, Affl. in d. S. denique, idem Affl. & Bal. in c. 1. si vassal. feu. priu. & Alex. in conf. 30. vol. 1.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. 4. Tractatur per meum Genitorē hic illa ardua quæstio, quod Fiscus ius ignoratum, & non agnitum per delinquentē rebellem non potest sibi vindicare per l. quoniam. C. de iure delib. cum alijs allegatis, Addo, quod Fiscus ad iura de futuro, quæ debentur rebelli, siue bannito, nō admittitur, text. est in l. si mandauero. §. is cuius. ff. mand. cum pulchre notatis per Ias. in l. si stipulatus fueram. §. cū stipulamur. ff. de verb. oblig. Deci. in conf. 442. in causa quæ nu. 20. & per Curt. Sen. in conf. 60. col. 9. in ver. venio ad secundum, late Vrsil. ad Affl. decif. 127. num. 5. vbi quid in antefato existente penes vxorem rebellis.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Vassalli non tenentur ad operas, et seruitia personalia Baroni, nisi sint vassalli ligij.
- 2 Ligius vassallus quis dicatur.

Aa 3      3 Per

- 3 *Prescriptione an quis possit fieri homo alterius.*
- 4 *Vassalli angarij qui dicantur, qui villani, & qui burgenses.*
- 5 *Angariae sunt de Regalibus, & nō veniunt, nisi expresse dicatur.*
- 6 *Angaria quid sit.*
- 7 *Qui dicit se spoliatum aliquo iure, quod habet iuris resistantiam, non solum, lite pendente, nō manenetur, sed etiam si probauerit, se possedisse, non restituitur.*

## ALLEGATIO 99.

**V**assalli non tenentur ad seruitia personalia Baroni, vel ad operas, nisi sint vassalli ligij, seu angarij, idq; constet ex priuilegio, & possessione, per totam. Pro Casale S. Marcellini cōtra Baronem.



Ontra Magn. Hieronymum de Fundis prætendētem cogi homines Casalis S. Marcellini districtus Auerse, ad operas, seu seruitia, saltim p nunc soluta mercede, iuxta Pragm.

Adducitur, quod innitatur contra iuris dispositionem, proptereaq; debeat concedi terminus ad probandum, & interim iubere abstinere ex duobus.

Primo videlicet, quia nec appareat, dictos homines esse suos vassallos, consequenterq; nullo iuris adminiculo sua intentio iuuetur.

Secundo, quia posito, quod essent vassalli, prout non sunt, tamen seruitia, seu operas non debeant, quia titulus ipsius actoris, quo innititur, id nullo modo comprehendat.

Primus articulus probatur per decis.

Specu. in tit. de feud. §. quoniam col. 9. nu. 33. q. 17. vbi habetur, quod eo ipso, quod aliquis est homo meus, est iurisdictioni meae subiectus, si autem non sit ligius, non habeo in eum iurisdictionem, quia homo meus, non ligius, non obligat, nec astringit personam tuam, nisi ratione feudi, & in tantū est subiectus, in quantum se extendit feudū, sed in casu, de quo agitur, Magn. Hieronymus nō habet iurisdictionem aliquam ciuilem, vel criminalem, prout constat ex confessione sui authoris, qui interrogatus in iure, negauit habere iurisdictionem aliquam, quā negatio sufficit, vt etiam si habuisset iurisdictionem, eā amisset. c. 1. §. vassallus, si feudum, si de feud. fuer. contr. vbi Andr. ad finem, quod id non est immutatum per capit. Regni, ad quod Gram. decis. 77. ad fin. constatq; etiam idem ex priuilegijs ipsius Vniuersitatis, quibus emit iurisdictionem ipsam ciuilem, & criminalem. Ergo nec habet aliquam obligationem ad seruitia, circa quod illud prēmitten dum est, quod Spec. in toto illo suo tractatu appellat hominem ligium eum, qui de persona sit astrictus ad seruitia, vt latius patet ibi col. 2. in 3. q. per totum, dum quærit, vtrum præscriptio net quis possit fieri homo alterius, subditq; exemplum, præstando seruitia solita præstari per homines ligios, videatur rogo, per totam illam quæstionem, & quod sit necesse, quod quis teneat aliquid à domino, vel sit sub eius iurisdictione, vt dicatur vassallus talis, tenet Andr. in c. 1. §. omnem vtilitatem col. 1. circa med. vers. item si non habet feudum de noua for. fidel. idem in c. 1. col. 1. ibi item, & qui habitat in terrali, & est in iurisdictione eius, & in prima additione in prin. ibi ille, de cuius feudo est, habet iurisdictionem, & sub iurisdictione illius est, qualiter vassal. iura debe. fidei, & scribit Loffred. in d. c. 1. de nou. for. fidel. col. 1. in glo. quæ incipit hic titulus, & est glo. in c. 1. in vers. domino in princ. quid sit inuesti. & ibi Andr. in §. traditionibus circa fin. vers.

verf. fic. & feudum habet iurisdictionē,  
& alias non tenebuntur possessores, nisi  
ratione bonorum burgensaticorum, quæ  
ibi possident, vt scribit Loffred. conf. 5.  
col. 9. nu. 35. verf. quibus tamen non  
4 obstantibus, † & hoc est, quod aliqui di-  
cuntur vassalli villani simpliciter, ali-  
qui vassalli angarij, consti. si quando  
contigerit in princ. ibi siue etiam an-  
garij, siue etiam villani simpliciter, &  
consti. prosequentes, idq; clarius dicit  
Specul. vbi supra, dum dicit, quod si nō  
habet iurisdictionem, habebit solum-  
ius, quatenus feudum se extēdit, erūtq;  
vassalli Burgenfes, vt dicit Loffred. vbi  
supra, & Afl. in cap. 1. in verf. angaria  
col. 2. nu. 8. verf. quid autem de vassal-  
lis burgenfaticis, quæ sint rega.

Et hoc, quod taliter autoritate ful-  
citur, facilius quis percipiet, si primor-  
dia rerum gentium perscrutetur, post-  
quam enim iure gentium introducta  
fuerunt bella, discrete gentes ædificia  
collata, id est e syluis deducta in Ciui-  
tates, & alia, de quibus in l. ex hoc iu-  
re, de iust. & iur. his consequenter ser-  
uitus inuasit. l. manumissiones eod. tit.  
inde serui dicti ab eo, quod vendi, ac  
per hoc seruari, nec occidi soleant,  
l. 4. de stat. homi. & latius tam ex histo-  
ricis, quam ex diuinis scripturis, scribit  
Tiraq. in suis legib. cōnubia. reg. 1. nu.  
45. vsq; 47. idq; procedit siue in bello,  
siue in pace eueniat. l. postliminij in  
princ. & S. in pace, ibi nam cum gente  
aliqua, neq; amicitiam, neq; hospitium,  
neq; foedus amicitiae causa factum ha-  
bemus, hi hostes quidem non sunt, q;  
autem ex nostro ad eos peruenit, illorū  
fit, & liber homo ab eis captus, fit ser-  
uus eorum, idemq; est, si ex illis ad nos  
aliquid perueniat de captiuis, & eousq;  
propterea bona, & libertatem retine-  
mus, quousq; sumus in Ciuitate nostra,  
vel alia, cum qua foedus habemus. l. non  
dubito eod. tit. ibi. n. sub nomine publi-  
co tūci esse incipimus. l. postliminium  
S. 1. ibi, sed si in Ciuitatem sociam, ami-  
camue, aut Regem socium, & eo. tit. suc-  
cedanea autem ætate inducta fuit, &

alia non tam stricta species seruitutis  
eorum, qui ascriptitij censiti coloni, vel  
similes dicebantur, vt in tit. de agrico.  
& censu. lib. 1. r. & similibus, de quibus  
Appia. primo bello ciui. ita differit: Ro-  
mani Italiam per partes bello vendicā-  
tes telluris portiones inter se diuiserāt,  
in hisq; vel condiderant vrbes, vel vbi  
conditæ fuerant, ipsi colonos deduxe-  
rant, agros habitatoribus colendos de-  
derant, immensa camporum spatia ob-  
federant, liberos etiam ab agris ad mi-  
litiā transire prohibentes, tertio, & vl-  
timo successit, & alia læuior conditio  
eorum, videlicet quorum conditionem  
in Galliam homagium, in Italia vassal-  
lagium appellamus, vt declarat Specu-  
in d. S. quoniam in princ. verf. q; autem  
in Italia. Hęc tria genera seruitutum  
per ordinem licet non degustans, scri-  
bit Capi. decis. 168. qui, & omisit, quod  
hodie receptū est, quod inter Christia-  
nos, quoad personas cessant iura capti-  
uitatis, Bart. in l. hostes ad fin. de capti.  
Et propterea dicit Spec. vbi supra col-  
2. verf. nam hæc homagia, quod homa-  
gia habēt aliquam speciem seruitutis,  
immo nihil aliud sunt, quam seruitu-  
tes, & alio vocabulo hominum appel-  
lantur, vt scribit Ifern. in d. S. omnem  
utilitatem, nec immerito à Gallis id sū-  
prum sensit Specul. nam vt scribit Cæ-  
sar 6. belli Gallici car. 2. ibi in omni Gal-  
lia &c. quod ibi plebs pene seruorum  
loco habetur, & pleriq; eorum, cum  
aut cre alieno, aut magnitudine tribu-  
torum, aut iniuria potētorum premū-  
tur, sese in seruitutem dicant nobilibus,  
ac in eos eadem sunt iura, quæ domi-  
nis in seruo, quod dictum vltra quod  
probat hanc rei originem conformem  
dictis per Capi. probat etiam, quod ita  
demum sit vassallagium, si habeatur  
iurisdictione, vt supra dixi, olim enim in  
seruos vitæ, necisq; potestas erat, eaq;  
postea restricta est. l. 2. ff. de his, qui sūt  
sui, vel alie. iur. & hodie eadem manet,  
l. respiciendum. S. furta de pe. & l. serui,  
& filij de fur. l. vni. C. de emen. seruo.  
& per dicta tria tempora triplex eius  
spe.

Species talis introducta cū diminutione mutua iurisdictionis successit.

Cum igitur author prædicti Magn. Hieronymi negauerit habere iurisdictionem aliquam, conditio priuilegij, quæ dicitur, quod concedit feudum cū hominibus, & vassallis; si, & prout in possessione erat, verificata est in eo, & non fuerit, nec sit in possessione, postquam ex dicta confessione apparuit nunquam habuisse iurisdictionem, & sine ea non possit haberi vassallagium, sed tantum villenagium burgense.

Et hæc obiter dixerim, quia de his in re præsentī nō sit quæstio, sed solum tractatur, an Magnif. Hieronymus, qui dicit, quod vassalli denegant seruire, petitq; declarari, eos teneri seruire, & cogi mediante mercede, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, debeat, lite pendente, manuteneri in quasi possessione cogendi, vel conuenti debeant manuteneri in quasi possessione libertatis.

5 Circa quod descendendo ad secundum articulum, res videtur expedita vno verbo videlicet, quod eo quia prædictus Actor ostēdit titulum sui authoris, in quo non habetur concessio cum angarijs, siue seruitijs, habet iuris dispositionem contra, quia tangariæ sunt de regalibus, & non veniunt nisi expressim dicatur. cap. 1. quæ sint regalia, vbi Affl. in dicto verbo (angariæ) in princ. & nu. 2. vers. propriæ autem, & nu. 4. vers. sed iuxta hoc iterum quæritur, & colu. 3. nu. 13. vers. & pro hoc in terminis allego, decidit in specie quæstionem istā videlicet, quod Actor debeat abstinere.

6 Nec refert, quod text. ille loquatur de angarijs, vt sic possit controuerti, an seruitia præstanda cum mercede, de quibus hic agitur, dicantur angariæ, de quibus loquitur ille text. quasi ea sint diuersa. Primo enim respondetur, quod rei veritate angaria est coactio † ad seruiendum, mediante mercede, & eos, qui sint soliti, accepta mercede, locare, l. pen. C. de cursu publi. & anga. & peranga. & per totum titulum, vbi habetur rubrica dictans de cursu publi. &

angarijs, idest coactionibus ad necessaria ad cursum publicum, & tamen in nulla lege illius tituli habetur de seruitio aliquo præstando gratis, sed cum salario, & regulariter is, qui operas debet eas, impedit sumptu, & vectura eius, cui debentur. l. opere. ff. de oper. libert. ex quo patet, quod angaria nil aliud est, nisi seruitium, & propterea non immerito Affl. ipse loquitur de seruitijs, & angarijs promiscue, dum ponit quæstionem in angarijs, & respondet in seruitijs, est enim angarizatio verbum persicum, quod cogere significat, vsitatum per Persas in cursu publico, qui vulgo dicitur, la posta, Calepi. in ver. angaria.

Secundo respondeo, quod etiam circumscripto dicto c. 1. quæ sint regalia, habemus in Regno Constitutionē, quia frequenter, quæ loquitur per verbum (seruitia) & generaliter non distinguēs, si desiderentur cum salario, vel sine, & statuit, quod non possint expeti sine speciali assensu Regis, quia homines in Regno Regis sunt, ad quod, & Constit. si dubitatio ibi communi iure domini pro nobis prima facie faciente, idq; & iure communi fundatur per rubricam, & totum titulum. C. ne opere à collato. exigan. lib. 10. vbi indistincte prohibetur, operas exigi, & seruitia equorū, bobum, & similibus, non facta distinctione, an gratis, vel cū salario, & quod homines sint Regis, prout loquitur dicta Consti. scribit Bart. in auth. immo C. ne vxor pro mari.

Corroborantur prædicta ex deci. Spec. in d. tit. de feudis. §. quoniam colu. 3. vers. super hoc dixit Marti. de Fa. quod iudicandum sit pro vassallo, qui sit in possessione libertatis, ad quod. l. ordinata. ff. de libe. cau. & l. lite ordinata. C. eod. immo plus dicit, & notanter Affl. in dicto verbo (angaria) in princ. nu. 4. vers. ex quo infero, quod etiam Baro repertus possidere destituitur, quia ius resistit eius possessioni, ad quod regula cap. ad decimas de restit. spol. & tradit Lucas in l. quicunq; de fun. immisio. quæ, & eo facilius procedunt in re præsentī,

## SUMMARIVM.

senti, quia Actor afferit, istos conuentos denegare præstare seruitia, & sic fateatur non possidere, quia in corporalibus quis priuatur quasi possessione per denegationem subiectionis, seu præstationis, Inno. in c. querelam de elect. & postquam ipsemet fateatur non possidere, non competit ei remedium cap. cū personæ de priuil. & l. si solemnibus. C. de fid. instrum. videlicet petendi manuteneri, lite pendente, quia tale remedium competit ei, qui contēdat, se possidere (vt ea verba sonant) & habeat priuilegium, vel iuris præsumptionem pro se, quorum vtrumq; deficit ipsi Actor, & per contrarium patet, quod vtrumq; est pro conuentis, qui habent præsumptionem pro ipsis, & confessionem aduersarij, quod ipsi possident, consequenterq; de plano procedit, quod debeat prouideri, quod capiatur informatio, & interim Actor absteat, hæc habentur ex tex. in d. c. cum personæ, & declarat ibi Francus vbi in §. quod si tales in 2. nota. dicit, quod ille, qui est in possessione adiura, tit. iubetur manuteneri, lite pendēte, immo quod plus est, eo ipso, quod quis narrat se spoliatū aliquo iure, circa quod habeat iuris resistantiam, non solum non manuteneri, lite pendente, sed etiam si probet, se possedisse, non restituitur. Aretin. in c. ex parte col. 2. vers. in glos. posita super ver. alijs de foro compe. nu. 13. & pēdet hoc à regula traditorum communiter in d. c. ad decimas, & eorum, quæ scribit Luc. in d. l. quicumque.

## ADDITIONES.

**P**ER totam, tractat hic meus Genitor, quod Baro non potest compellere vassallos ad operas, seu seruitia personalia, etiā soluta mercede, iuxta Pragmaticam, si nō habet vassallos angarios, vel ligios. In hac materia vide quæ copiose scripsit Fab. de Ann. in cons. 3. nu. 41. vsque ad fi. consilij, & aliquid per Vince. de Franch. decis. 301. num. 6. & 7.

Abb. Jo. Hieron. de Mauro.

- 1 *Fatalia currunt in S. C. sicut currunt in appellatione coram alijs Iudicibus.*
- 2 *Lapsis fatalibus, appellatio declaratur deserta, & sententia facit trāsitum in rem iudicatam.*
- 3 *Sententia S. C. nō oportet intimari.*
- 4 *Procurator tenetur prosequi appellationem.*
- 5 *Mandatum acceptando simpliciter, videtur illud acceptare super omnibus, quæ comprehenduntur in mandato.*
- 6 *Absens causa Reipublicæ, si reliquit procuratorem, non restituitur.*
- 7 *Qui allegat impedimentum, debet illud dare, probare, ac etiā probare suam diligentiam.*
- 8 *Quando quis pretendit Iudicis impedimentum, debet protestari.*
- 9 *Contumax non restituitur.*
- 10 *Contumax similis est transfuge.*
- 11 *Absens causa Reipublicæ post litē captam tenetur relinquere procuratorem.*
- 12 *Absentia, quæ causatur ex contumacia, non solum est iniusta, sed punitur.*
- 13 *Ex eodem facto non debet quis premium, & poenam habere.*
- 14 *Sacerdotes excōmunicati, qui fructus non percipiunt, tenentur censum soluere.*
- 15 *Bannitus licet desinat esse ciuis, hoc intelligatur quoad sui cōmodum, non quoad incommodum.*
- 16 *Excommunicatus, qui non percipit fructus beneficij, tenetur cōmen*

*men soluere pensionem.*

17 *Carceratus ex delicto, si non soluit Canonem per triennium, non excusatur.*

18 *Vigilantibus iura subueniunt.*

19 *Tertium fatale non conceditur.*

## ALLEGATIO 100.

**F**atalia currunt in S. C. quibus lapsis, declaratur deserta reclamatio. Pro D. Ioa. Baptista Brancia.



**I**n causa Magnif. Ioa. Baptistæ Brancie contra Magnificum Carolum Brancacium, præsuppono, quod in Sac. Reg. Conf. currunt fatalia in supplicatione, sicut currunt fatalia in appellatione coram alijs Iudicibus, † vt fuit decisum in anno 1539. de mense Augusti die 24. vt testatur D. Gram. in decis. 13. & ita fuit obseruatum ab eo tempore, & obseruatur hodie in appellatione apud inferiores Iudices impartitur annus ad prosequendum appellationem, aut si iusta causa intercesserit, alius annus indulgeatur, quo tráfacto lite non completa, rata manet sententia, ita formaliter dicitur in authen. ei qui appellat. C. de temp. appell. firma manet sententia, ac si nõ fuisset appellatum. l. contra maiores. C. de appell. l. si. S. illud. C. de temp. appell. ibi tanquã si ab initio fuerit minime prouocatum, & notat glos. in d. auth. ei, qui in verb. manet sententia. Quod tempus currit à die porrectæ supplicationis, sicut in alijs iudicibus à die interpositæ appellationis. clem. sicut appellationem de appell. vbi dicitur, appellationem iudicialem infra annum à die interpositionis ipsius prosequi, & finire tenetur appellans, quod si iusto impedimẽto cessante, non fecerit, debet eius appella-

2 tio deserta censeri, † & declarat Philip. Franc. in c. ex ratione de appel. in prin. & est indubitatum apud omnes. Sententia pro Magn. Ioa. Baptista Brancia fuit prolata die 14. mensis Iulij 1557. quæ cum fuerit lecta publice presentibus quam pluribus, non oportuit intimari, & hæc est obseruantia S. C. † die 6. Iulij 1559. fuit interposita reclamatio p. egreg. Petrum Angelum de Leone Procuratorem, & dominum litis, à die ergo 6. Iulij 1559. vsq; ad diẽ 6. Iulij 1560. cucurrit primum fatale à die 6. Iulij 1560. vsque ad diem 6. Iulij 1561. cucurrit secundum fatale, & pro parte Magnif. Caroli nihil fuit actum in causa reclamationis, nisi quod tantum die 7. Septembris 1559. fuit facta apertura in causa reclamationis, vt in processu car. 152. deinde à die 6. Iulij 1561. vsque ad diem 6. Octobris 1563. quo fuit opposita exceptio rei iudicatæ, vt in processu car. 156. in quo tẽpore cucurrerunt anni duo, & menses quatuor, pro parte Magnif. Caroli nihil actum fuit toto prædicto tempore, nisi quod fuit porrecta supplicatio, & causa fuit commissa propter absentiam Excellen. Patigni Magnifico Domino Thomæ de Altomari die 22. Septembris 1563. in processu car. 153. & fuit citatus ad dicendum Magnif. Ioa. Baptista Brancia die 27. mensis Septembris 1563. vt ad car. 154. Fundata est clarissime desertio reclamationis, non solum per lapsũ primi, & secundi fatalis, sed etiam per lapsum duorum aliorum annorum, & mensium quatuor post lapsa fatalia prædicta.

Sed allegantur tria impedimenta pro parte Magnif. Caroli.

Primo impedimentum Magnif. Ioa. Baptistæ, qui fuit absens à Regno à die 25. Septembris 1558. vsq; ad diem 20. Maij 1560. in quo cucurrerunt annus vnus, menses septem, & dies 25. vt ex producta fide cuiusdam Domini Donati de Pastoribus asseritur probatum, licet nullam probationem faciat, vt in processu car. 161.

Se-



Secundo impedimentum Magnifici causæ Commissarij licet non exprimat, forte voluit dicere, quia fuit Dominus Patignus absumptus in officium Regentis Reg. Cancellariam.

Tertio impedimentum Magnif. Caroli, quia fuit contumax in M. C. reputatus ob insultum, & violentias de mēse Augusti 1560. in qua perstetit vsq; ad diem vltimum Martij 1562. quo die habuit indultū, vt in processu car. 163. & à mēse Augusti 1560. vsq; ad mensem Martij 1562. concurrerunt annus vnus, & menses sex in circa.

Circa primum impedimentū absentię Magn. Io. Baptistæ luce clarius demonstratur, non fuisse verum, neq; iudicum impedimentum, nam Magnif. Io. Baptistæ reliquit Procuratorē in prædicta causa, & ad oēs alias motas, & mouendas, vt in proc. car. 7. quo casu Procurator tenebatur prosequi appellationem, vt tex. secundum verum intellectū in l. si. ff. an per alium caus. appell. & ita limitatur text. in l. inuitus. C. de procu. & in l. si Actor C. de appell. & in c. iniuste. de appell. ita declarat Bart. in d. l. inuitus dum opponit de text. d. l. fin. sequitur Fulgos. ibi nu. 4. not. optime ibi Paul. de Cast. in 2. col. vers. item est verum, quando mandatum suum, vbi assignat rationem, quia simpliciter acceptando mandatum, videtur illud acceptare super omnibus, quæ comprehenduntur in mandato, qui rogo videatur, sequitur Alex. in d. l. inuitus in 2. col. nu. 13. Iacob. in 1. col. vers. secundo fallit Ias. ibi in princ. ver. secundo fallit, & communiter omnes DD. ibi, & in d. c. iniuste.

Quinimmo dum prædictus Procurator opposuisset, quod stante absentia ex causa Reipublicæ prædicti Magnif. Ioa. Baptistæ, non poterat procedi in causa appellationis, vt in proc. car. 150. 152. fuit hoc reiectum per Magn. Dñm causæ Commissarium, instante Procuratore Magn. Caroli Brancacij per decretum, vt in proc. car. 157. vana est ergo, cum reuerentia, allegatio prædicti

impedimenti, nam qui Reipub. causa abfuturus erat, † si Procuratorem reliquerit, per quē defendi potuit in æternum, volens restitui, præsens cōtra eum nō auditur l. 15. qui Reipubl. ff. ex quib. ca. maio. qui est secundus intellectus glos. in ver. non audietur ibi, vel non auditur scilicet præsens, quem sequitur Bar. ibi in vers. venio ad secundam lecturam, vbi dicit, quod casus est clarus.

Remanent ergo firmi prædicti annus vnus, menses septem, & dies 25. quia non fuit impeditus prædictus Mag. Carolus, & quia porrexit supplicationem reclamationis die 6. Iulij 1559. vsque ad diem 20. Maij 1560. quod dicitur esse reuersus Magn. Io. Baptistæ decursi fuerunt 11. mēses, & dies 14. q̄ tempus volebat deducere Pars aduersa, & nullo iure deducere potest, vt clarissime est probatum.

Secundum impedimentum absentię iudicis similiter, & multo magis vanū est, cum reuerentia, immo non meretur responsonem, quia non est allegatum formiter declarando, & distinguendo modum, & tempus asserti impedimēti, qui enim allegat impedimentum, ipse clare illud probare debet, vt in l. fin. S. illud de tempore appellationis, ibi, nisi ipse appellator euidentissimis probationibus posset ostendere, &c. & in dicto cap. ex ratione in verbo, constituit, de appell. & ibi notat Frac. in 2. col. vers. circa secundum; quin etiam, quia facile illud remoueri potuisset, adeūdo Excel. Dominum Præsidentem † & causam alteri committi faciēdo, hoc assertum impedimentum ei non proficeret, text. est notab. in l. quibus diebus in princ. ibi, nec per te stet, quo minus agendo ob calumniam eum submoueas ff. de cod. & demo. & ibi expresse not. Bart. pro quo ponderat tex. in l. si. S. illud C. de tempore appell. ibi vel aliam memorabilem causam, & ideo dicitur, quod debuit probare, se fecisse debitā diligentiam, ita quod si non fuisset impeditus, non stetit per eum, quo minus

nus causa expediretur, tex. sing. in l. qui commeatus. ff. de re mil. vbi Bar. num. consuluit Alex. in cons. 49. in 2. volu. colu. 2. vers. accedat, & not. Franc. in d. vers. circa secundum, & debuisset protestari, l. 1. S. dies, & ibi Bart. ff. quando appell. sit, & not. glos. Imol. & Gemin. in c. cupientes. S. quod si per 20. de elect. l. 6. not. Franc. in d. c. ex ratione in 4. colu. vers. sed dubitatur, vbi cōcluditur, quod protestatio est necessaria, 8. quando ꝑ quis præ tendit impedimentū ludicis, firmat Ias. in l. de pupillo. S. si quis ipsi prætori colu. 3. de oper. no. nunc. quæ clare, & aperto iure procedunt, nec vltius insisto, quia text. in l. si. S. illud. C. de tempore appellat. dicit, quod debet ostendere, se quidem summa ope nixum voluisse litem exercere, per ludicem autem sterisse, & notabiliter habetur, Dominos Rotæ in decis. 65. in nou. in additione, vbi declarantur illa verba, summa ope niti, & multa ad propositum per D. Gram. in decis. Sacri Consilij 13.

Stat igitur firma conclusio, quod à die 6. Iulij 1559. à quo die fuit reclamatum, vsq; ad diem 6. Iulij 1560. fuit completum primum fatale, quia nullū affuit impedimentum, & propterea reclamatio fuit deserta, nec alius annus indulgeri debuit, vt est text. apertus in d. auth. ei qui, de temp. appell. ibi aut si iusta causa intercesserit, alius annus indulgeatur, & in d. S. illud ibi, vel aliā memorabilem causam subsecutam, propter quam hoc facere minime valuit, tunc etenim aliud ei annale tempus indulgemus, & in d. clem. sicut de appell. ibi infra annum prosequitur, & finire teneatur, ita quod non oporteat ingredi discussionem circa tertium impedimentum assertæ contumaciæ dicti Magnifici Caroli, quod incepit de mense Augusti 1560. & sit post completum primum fatale, item quia in supplicatione non allegauit, nisi asserta duo impedimenta, & super illis tantum fuit causa commissa, sed vltius progrediendo, vt patefiat noto-

ria iustitia Magnif. Io. Baptistæ ad maiorem exuberantiam eius iurium ostēdo clarissime, quod etiam assertum impedimentum non limitat.

Circa tertium igitur impedimētum 9 text. est clarus, quod ꝑ contumax non restituitur. l. sed & si per prætorem. S. 1. ff. ex quib. cau. maio. vbi ad literam dicitur aduersus relegatum restitutionē faciendam, ex generali causa Pōponius ait, sed non est ipsi concedendam, quia potuit Procuratorem relinquere, ad idē est text. in l. item ei succurritur eo. tit. ibi nam transfugis nullū est concedendum beneficium tribui, quibus dene- 10 gatum ꝑ est postliminium; contumax. n. similis est transfugæ, similiter est text. optimus in l. Papinianus. ff. de minori. vbi formaliter dicit Papinianus lib. 2. responsorum, ait, exuli reuerso non debere prorogari tempus in integrum restitutionis statutum, quia abfuit, cum potuerit adire prætorem per Procuratorem, qui tex. clare fundat prædictam opinionem, nec obstat text. in l. nec nō in princ. & in vers. item si quis, & text. in l. si qua militi. S. si. eo. tit. quib. ex ca. maio. nam illa iura intelliguntur, quando Procuratorē relinquere non potuit, vel reliquit, & mortuus fuit; ita declarat glo. in d. l. sed & si per prætorem. S. 1. in ver. ex causa tamē. ff. ex quib. cau. maio. sequitur Bart. in d. l. si qua militi S. si. & in d. l. sed & si per prætorem. S. 1. eo. tit. & in magistrali sua distinctione, idem Bar. quam facit in l. si. ff. de integ. restit. colu. 2. vers. venio ad tertiam absentiam, maxime quia in casu, de quo agitur causa reclamationis iā erat cępta, quo casu etiam qui Reipubl. causa abesset, teneretur relinquere Procuratorem. l. eundem S. 1. ff. de lega. vbi tex. sing. not. glos. in l. 2. ff. eum, qui appellat. in prouin. defen. sequitur Alber. in l. Diuus de in integr. restit. num. 3. & 4. nam supplicatio reclamationis fuit porrecta die 6. Iulij per Procuratorem, & 14. Iulij 1559. ratificata per Magnif. Carolum, & 7. Septembris fuit facta apertura, & deinde de mense Augusti

1560.

1560. & sic post causam ceptam fuit reputatus cōtumax dictus Magnif. Carolus, & sibi imputari debet, quare nō  
 11 reliquit Procuratorem ad prosequendum appellationem ceptam, vt notabiliter decidit Bart. in d. l. si. colu. 2. vers. aduerte, quod non distinguatur. ff. de integr. restit. quod multo magis procedit in casu, de quo agitur, vbi absentia est improbabilis, immo tunc etiam in causa non cepta tenetur Procuratorem relinquere, vt not. Abb. vbi supra, & Fulg. in l. nec non ex quib. ca. maior. vltra Bar. in d. vers. venio ad tertiam.

Comprobantur prædicta, nam absentia, quæ causatur ex contumacia, non solum est iniusta, sed punitur, & est tex. notab. & singularis in casu, de quo agitur in litem ait Prætor. S. hæc autem restitutio, ver. eo potius. ff. ex quib. cau. maio. quem ad hoc ponderat Bar. in l. is qui Reipubl. in 1. col. eo. tir. vers. hoc probatur per rationem, ibi, & ista culpa causatur ex contumacia sua, facit etiam, quia ille, qui deliquit, non debet habere priuilegium ex delicto suo. l. si cui in prouincia in princ. in 2. responso  
 13 ff. ex quib. caus. maio. † & ex eodem facto non debet quis poenam, & præmiū habere l. siue hæreditaria, vbi bene per Alber. ff. de nego. gest. & nemo ex delicto immunitatem consequi debet, vt pulcher text. in l. relegatorum. S. fin. de interd. & releg. vers. sed muneribus, & hinc notanter ad propositum decidit Bar. in l. inter quos. S. damni. ff. de dān. infec. quod † sacerdotes excommunicati, qui fructus non percipiunt, tenentur censum soluere, & sequitur ibi Paul. de Castr. facit etiam, quod voluit idem Bart. in l. tutela. S. item. ff. de cap. dimi.  
 15 vbi dicit, † licet exbāditus desinat esse ciuis, tñ intelligitur, quoad sui commodum, non quoad incōmodum. Item excōicatus communiter, qui non percipit  
 16 † fructus beneficij, tenetur soluere pensionē, vt late decidit D. Hieron. Gig. in tract. de pensio. mihi in 6. vol. q. 64. & propterea dico, qd decisio relata per Ias. in l. i. de inr. emph. col. 17. nu. 62. quod

17 si quis † detentus in carceribus, propterea non soluit canonem per triennium, non possit expelli à re emphyteutica, intelligitur, si sine eius culpa, & delicto fuit carceratus, & non potuit percipere fructus rei emphyteuticæ, vt loquitur text. in c. significante de pig. in quò Ant. de Butr. fundat prædictam decis. relata per Ias. alias de iure non procederet per super allegata, immo si quis esset carceratus, non excusaretur, quando in vinculis præses esset actui gerendo, l. ait prætor, qui in vinculis ibi, fieri. n. poterat ff. ex quib. caus. maio. quod puto notabile, licet nō reperiam, per alios esse tactum.

Firma igitur, & indubitata remanet conclusio, quod assertum impedimentum respectu contumaciæ non excusat Magnif. Carolum, & ideo annus vnus, & menses sex, qui cucurrerunt à mense Augusto 1560. vsque ad mensem Martij 1562. quo die habuit indultum, non deducuntur de medio, sed tanto magis faciunt reclamationem desertam, si fieri potest, vt reclamatio semel deserta, iterum deferatur.

Vltimo demonstratur maxima, & supina negligentia Partis aduersæ, nam per lapsum duorum annorum, & mensium quatuor post primum, & secundū fatale decursum, nihil fuit actum pro parte Magnif. Caroli, nisi tantum commissa causa, & tamen deberat summa ope niti, vt in d. l. si. C. de temp. appell. non. n. negligentibus subuenitur l. non enim ff. ex quib. caus. maio. & vigilantibus † iura subueniunt, iuribus vulgaribus, & hæc negligentia ponit sigillum huic causæ, maxime si fuisset impeditus in secundo fatali, non daretur restitutio, nisi petita fuisset, quæ non est  
 19 petita, & in tanto † tempore, in quanto fuit impeditus, & non daretur tertium fatale, vt recte concludit Philip. Franc. in d. c. ex ratione colu. 17. vers. 2. casu.  
 Ex quibus videtur clarissima iustitia Magnif. Io. Baptistæ, quod reclamatio sit deserta per lapsum quatuor annorum, & mensium quatuor aliquo im-

pedimento non obstante, & magna quidem reprehensione dignum est immodeste dictū Procuratoris Partis aduersæ, qui dixit in sententia S. C. vbi tot viri eminentissime scientiæ, & mirificæ sanctitatis deciderūt causam, quod sit notorie iniusta, quod tantum abest à veritate, sicut cum omni veritate fateri oportet, reclamationem esse non solum semel, & bis, sed ter, atq; iterum desertam. Cetera suppleant Doctissimi, & Religiosissimi Domini mei, & quia hæc non fuerunt discussa in S. C. propter absentiam dicti Magnifici Io. Baptistæ, placeat modo illam discutere, & recognoscere, ac reformare decretum, & providere, quod stante desertione, non procedatur in causa reclamationis, vt prudentissime, ac æque iustissime, recognita iustitia, facere solent, & debent.

## A D D I T I O N E S.

**A**D num. 1. cum seq. quod fatalia currant etiam in S. C. in causa reclamationis vltra tradita per meum Genitorem hic vide latissime Vincent. de Franc. decis. 646. qui sic decisum, & practicum fuisse testatur, etiam in causis iunctis Aulis, & in Reg. Coll. Conf. ibi omnia habebis, & in prima instãtia fuit iudicatum in fauorem Io. Baptistæ Branciz, vt in allegat. 30. mei Genitoris, vt supra, qui fuit Aduocatus in vtraque causa.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## S V M M A R I V M.

- 1 Interusurium dotis quando nõ debeat mulieri ab heredibus viri, & quid in interusurio ante-fati.
- 2 Mulier petit usuras dotis loco alimenterum.
- 3 An elapso anno à die mortis viri, mulier possit petere alimenta, vel usuras dotis.
- 4 Heredes viri quando disantur
- constituti in mora dotis non restituta, & nu. 7. & 12.
- 5 An mulieri petenti alimenta ab heredibus viri incumbat onus probandi non habuisse, nec habere, vnde se alat, & quomodo id probetur.
- 6 Legatum dotis affert commodum representationis.
- 8 Aliud est petere, aliud posse petere.
- 9 In legatis, vel fideicommissis pure relictis, que statim peti possunt, non veniunt usura, nisi à tempore, quo heres fuit in mora.
- 10 Iniquum est, quod eodem puncto, quo quis obligatur, etiam in mora constituitur.
- 11 Auctoritas magis, quam ratio mouere solet.
- 13 Instantia capta cum defuncto transit, & continuatur in heredem.
- 14 Emptor licet non sit in mora soluendi pretium, quia venditor non dedit fideiussorem, de cuius retentione, sicut promisit, tenetur tamen ad usuras pretij non soluti ex equitate.
- 15 Maritus, qui sustinuit onera matrimonij, potest petere fructus interim ex fundo perceptos, qui fundus debebat estimari per tertium, & tertius distulit appropiare.
- 16 Tex. in l. curabit. C. de actio. emp. loquitur in usuris recompensatiuis, que etiam de iure diuino sunt permisse.
- 17 Mora irregularis est illa, que

con-

*contrahitur citra interpellationem diei, & hominis.*

18 *Res empta de pecunia dotali, quando dicatur dotalis.*

19 *Quid veniat probandum circa damnum, vel interesse lucri cessantis, & damni emergentis.*

20 *Non est necessaria depositio pecunie, quando usura non ceperunt currere.*

21 *Consuetudo Neap. que incipit, viro mortuo, dumtaxat inter usurium dotis, habuit respectum ad alimenta, quando mulier non habet, unde se alat.*

## ALLEGATIO 101.

**I**Nterusurium dotis, & antefati mulieris, quando non debeatur ab hæredibus viri. Pro hæredibus quon. Magnif. Alexandri Caualerij.



**I**Nterusurium hoc, quod præ-tendit Magnific. Lucretiam de Strozis dotis, & antefati ab hæredibus viri, non deberi ex infra-scriptis, spero (si me ani-

mi affectus in causa propria non fallit) verissimis, atque euentissimis rationibus ostendere.

Vera quidem, & communis tam Canonistarum, quam Legistarum conclusio est quod ususfructum dotis consistentis in pecunia mulieri non deberi ab hæredibus viri, cum sapiat usuram omni iure prohibitam, ita Canon. in c. salubriter de usur. & Legistæ in l. diuortio in princ. solut. matr. & Alex. alijs omissis qui hanc commun. opin. esse testatur in conf. 27. col. 1. volu. 4. & conf. 141. col. 2. volu. 5. quæ conclusio eo magis procedit in antefato, cum sit lucrum, vt

refert Affl. plures fuisse decisum in decis. 291. & Capi. in decis. 65.

Negare tamen non audeo, quod si mulier infra annum soluti matrimonij infra quod dorem in pecunia consistentem consequi non potest, nec habeat unde se alat, quin sit alenda ab hæredibus viri, & eo casu vsuras loco alimentorum petere possit, vt per Doct. in locis superius citatis, & hanc commun. opin. dicit esse Ias. in S. fuerat num. 23. vers. restat, vt success. inst. de actio. Sed post lapsum quod annum, dicit ibi Iaso. num. 26. vers. an autem post lapsum, quod Doct. magis commu. tenent, nullo modo posse mulierem nec alimenta, nec aliud quicquam percipere ab hæredibus viri, quia censetur lucrum vsurarium, & mulier sibi imputare debet, quæ potuit dotes petere, & non petijt. Bene tamen verum est, quod si fecit quicquid potuit, vt dotem consequeretur, & hæredes interpellati fuerunt in mora restituendi, hoc casu petere poterit alimenta, vt ibi per Iaso. quod sane intelligendum est, si propterea mutuam pecuniam accepit pro se alimentanda, secus si aliunde alimentata est, nam præterita alimenta petere non poterit, cum officio Iudicis debeantur, non iure actionis, ita Alexan. in l. de alimentis. C. de transact. post Paul. de Castr. in dicta l. diuortio, dixit etiam Imol. & Alexan. in dicta l. diuortio, quod vbi hæredes viri fuissent in mora, & consuetudine esset mulier dare pecunias ad honestum lucrum, tunc ratione moræ haberetur ratio interesse, quod quando autem dicatur per hæredes fieri mora in dotis restitutione, declarat Alexan. in dicto consil. 141. colum. 3. versic. per hoc videtur vol. 5. post Doct. in l. si mora. solut. matrim. scilicet quando hæredes fuerunt expresse interpellati in rebus immobilibus, vel tacite per lapsum anni in rebus mobilibus per l. vni. S. exactio. C. de rei vx. actio. nunc applicando prædicta ad casum, de quo agitur, apparet, nullo modo Magnific. Lucretiam prætere-

Bb 2 posse

posse interurium prædictum, non quidem ratione sortis, quæ fuit penes hæredes, cum esset usura, non ratione alimentorum, cum aliunde habuerit, ut patet ex testamento eius viri per ipsam productum, in quo fuit sibi relictum aurum, & argentum, & præcipue scuticentum, & sexdecim aurei, & omnes vestes, & mobilia, quæ reperiabantur intus cameras, ubi habitabat, ite suppellectilia domus, ac omnia mobilia, quæ reperiabantur in duabus cellis penuarijs, vulgo dispensæ, in quibus multa etiam exculenta ad sui, & familiæ victum parata seruabantur, oleum, farina, legumina, candelæ, balsameta, & alia huiusmodi. Item relicta fuit habitatio pro tribus annis, quibus durantibus grauauit hæredes ad præstandum quolibet anno i 2. tumulos frumenti, duos fabarum, duas vegetes vini, & currus duos lignorum, & deinde in codicillo vegetes sex vini, vaccas septem cum quibusdam vitulis, & ducatos 524. in pecunia, ut optime recordatur Excell. Commissarius. Ex quibus potuit alimenta percipere, prout iam percepit, ad propositum † facit, quod in fortioribus terminis dixit Alex. in conf. 72. colu. fin. vers. item habebat volu. 5. quod quando mulier potest vendendo vineam ex illa pecunia se alere, dicitur habere unde se alar, allegat Ang. & Imol. in l. si maritus in id. ff. solu. matr. Et si Magnifica Lucretia diceret, se non habuisse aliunde, unde se aleret, debuisset probare, ut per eundem Alexan. in d. conf. 141. colu. 2. vers. ita etiam consulendo vol. 5. concurrat etiam facultas sibi competens ad petendum ab initio dotem, & antefatum ab hæredibus viri, propter commodum representationis † quod in est legato, l. 1. ff. de dot. præl. quam dotem saltim sub cautione, vel conuertendo in emptionem consequi potuisset; hoc dico propter impedimentum illatum per illos de Bonzis, prout iam fuit, deinde per D. Commiss. liberata, & cum non fecerit posse suum in exigendo, prout facere debuit, non potest interurium

petere ratione alimentorum per ea, quæ supra dixi de muliere, quæ post annum habet potestatem exigendi, & exigere non curat, & cum sint alimenta præterita, & ipsa iam reperiatur alimentata, petere non potest, ut dixit Alex. in d. l. de alimentis, nam non ostendit propterea mutuam pecuniam accepisse, quam nec accipere debuisset, postquam habebat aliunde de bonis, & pecunijs legatis, nec hæredes fuerunt in mora, pro quo rogo, videatur Socc. in conf. 126. col. pen. & si. vol. 1. & conf. 180. col. pe. & si. vol. 2.

Nec ratione interesse siue damni emergentis siue lucri cessantis, aliquid prætere tendere potest, postquam non apparet interpellatio, nec hominis, nec diei, cum dies, quo solutio facienda esset, non fuerit appositus in legato, & sumus in dote consistente in pecunia, & infra annum soluti matrimonij, ita quod dici non potest, hæredes fuisse in mora, quæ requiritur, ut interesse debeat, ut superius ostentum est, non obstante quod ex aduerso dicitur, hæredes fuisse in mora tempore mortis D. Alexandri propter legatum dotis, & antefati, quod facit, ut statim debeantur, non expectato anno, d. l. 1. de dot. præleg. nam cum in legato, ut dixi, non fuerit appositus dies solutionis, licet statim deberentur, non ex hoc sequitur, quod fuerint in mora, si non soluerunt, mora enim non oritur ex facultate mulieri concessa ad petendum ab initio dotes, sed ex ipsa petitione, seu interpellatione, † aliud enim est petere, aliud posse petere, hoc probatur in l. 1. C. de usur. & fruct. lega. & in l. Titia. S. usuras de leg. 2. ubi in legatis, & fideicommissis pure relictis, quæ statim debentur, non veniunt usuræ nisi à tpe, quo hæres fuit in mora, vel per litis contest. vel per interpellationem, & ratio esse potest, quia per aditionem hereditatis oritur obligatio, & actio contra hæredem, insti. de oblig. quæ ex quasi contr. in S. hæres, iniquum est, quod eodem tempore, quo quis obligatur, etiam in mora constituitur, l. quod dicimus. ff. de solu. quam ad hoc propositum allegat Bar.

Bar. in l. ita stipulatus la grande nu. 43. & 50. de verb. obligat. & late per Dec. in cons. 2. colu. 3. vers. ex quo sequitur, & Socc. pulchre in cons. 34. vol. 1. in si. verb. loquens in obligato vigore instrumenti quarantigiati, & quia auctoritatest quandoq; magis mouere solent, quam rationes, vt vtar verbis Curt. in cons. hoc in terminis nostris consuluit Fulgo. in cons. 201. Domina Gacaldrada, vbi erant relictae dotes in testamento vxori, & nihilominus probat, nō deberi interesse ex eo, quia hāredes, nō fuerant in mora, nec per lapsun diei, nec per interpellationem, & facit quod consuluit Soccin. in cons. 56. viso testamento vol. 3. & Alex. in cons. 27. vol. 4.

Plus dico, quod & si de interpellatione appareret, adhuc tamen non fuissent in mora, stante impedimento illato per dictos de Bonzis litigantes cum Magnifica Lucretia super dotibus prædictis, qui mediante comparitione requisierunt prædictos hāredes, vt illas minime dictæ Lucretiæ soluerent, & sic quando fuissent interpellati, potuissent illa exceptione se tueri aduersus petentem, & satis est, vt non censeantur in mora, † quia non dicitur esse in mora qui habet exceptionem, dicit text. in l. lecta. vers. sed cum sortis. ff. si cert. petz. & regula non est in mora de reg. iur. in sexto, immo si post factam dictam denunciationem, hāredes soluissent, fuissent in dolo, & potuissent conueniri actione in factū ad interesse, l. quædam §. nihil interest vers. sed nec hāres. ff. de eden. iunct. glo. nec est necesse, quod de tali exceptione Pars aduersa habeat notitiam, vt consuluit Corn. in cōs. 77. col. 1. & 2. vol. 3. vt sic parum curandū sit de notitia, quam negat Lucretia, habuisse dicti impedimenti (quod verū ne sit, an falsum, equidem credo, non latere Excell. Commiss. qui omnia nouit, & scit, quæ & quanta procurauerit dicta Lucretia, vt impedimentū tolleretur etiam quia dicta comparitio illorum de Bonzis paucis deinde diebus ad instantiam prædictorum hāredum

fuit notificata Egreg. Alfonso Nacle<sup>2</sup> rio generali Procuratori dictæ Lucretiæ, prout ipse in eius depositione cum iuramento fatetur, cuius procuratio apparet fol. 23. quæ quidem Procuratoris sciētia sufficit, l. procuratoris autem ff. de tributo. Tum præterea quia dum viueret D. Alexander, dicti de Bonzis porrexerunt supplicationem petendo, quod in casu soluti matrimonij minime soluere debuisset dotem dictæ Lucretiæ, aut eius hāredibus, quæ supplicatio fuit intimata, & Alexandro, & Lucretiæ, adeo quod circumscripta noua instantia intimata hāredibus, remanet prima instantia cepta cum D. Alexandro, de qua dicta Lucretia negare non potest, quin notitiam habuerit, ex qua etiam ipsis hāredibus causatum fuit impedimentum, & poterant aduersus eam petentem exceptionem se tueri, nam instantia cepta cū defuncto transit, & continuatur in hāredes, l. si eum hominem, vbi Bar. & Imol. ff. de fideju. & nor. DD. in l. hāres absens de iud.

Nec similiter ob id, quod concurrēs 14 allegat † scilicet nota. in l. curabit. C. de actio. empt. maxime per Cagno. ibi qui post alios decidit, quod licet emptor non sit in mora soluendi pretium, quia venditor non dedit fideiussorem de euictione, vt promisit, tenetur tamen ad vsuras pretij non soluti, quia potius veniunt ex equitate, quam ex mora, vt per eum ibi col. 4. & in 5. col. vers. 4. extēdit illam, l. ad maritum, qui sustinuit † onera matrimonij, quod poterit petere fructus interim perceptos ex fundo promisso dari in dotem, etiam si mulier, vel pater dotem promittens non fuerit in culpa dandi dotem, puta quia erat remissa estimatio fundi in arbitrium alterius, & ille distulit declarare, vt sic idem videatur dicendum in proposito, quod & absq; mora, ex equitate tamen debeantur vsurę, sicut interesse dotis nō solutæ, cum hāredes ceperint redditus ex re dotali, præsupponendo concurrēs, quod redditus fuerint empti de pecunia dotali, & per cō-



sequens esse dotales; nam pro respon-  
sione aduertendū est, quod materia l.  
16 curabit floquitur in vsuris recompen-  
satiuis, quæ etiam iure diuino sunt per-  
missæ, vt in c. salubriter, & c. cōquestus  
cum materia extra de vsur. & not. in  
d. l. curabit, quæ debentur ex mora,  
17 quadam in regulari, quæ contrahitur  
citra interpellationem diei, vel homi-  
nis, l. in minorum. C. in quib. caus. in  
integr. restit. non est nec. & nota. in l.  
mora. ff. de vsur. debentur enim in re-  
compensam fructuum, qui ab emptore  
percipiuntur, vel onerum matrimonij  
quæ maritus sustinet, quæ ratio cessat  
in vxore, vt dicunt Innoc. Host. & alij  
in d. c. salubriter, & Petr. de Anch. in  
conf. 141. in quæstione, quæ vertitur, &  
dicit Cuma. in l. insulam. §. vsuras, quod  
opi. Innoc. est communis, quicquid di-  
xerit Bal. in auth. ei qui. C. de bo. auc. iudi.  
possi. quem et reprehendit Alex. in  
d. conf. 141. col. 2. ibi his etiam, & col.  
seq. vol. 5. de quo latius ibi per eum,  
vnde in restitutione dotis non contra-  
hitur mora irregularis, sed requiritur  
interpellatio, vel hominis, vel diei, siue  
expressi, siue taciti, iuxta l. vni. §. exa-  
ctio ad fi. vt interesse debeat, vt su-  
pra ostendi, & probat Alex. in d. conf.  
141. & Fulgos. conf. 201. præallegato,  
& habetur per DD. in l. si mora solut.  
matr. & sic ex prædictis confunditur, &  
dicitur de introitibus perceptis per hæ-  
redes, qui nunquam fuerunt dotales,  
sed proprii ipsorum hæredum, cum quia  
non fuerunt empti ex dote, sed ex retra-  
ctu cuiusdam syluæ venditæ per Dñm  
Alexandrum pro duc. 2500. tum etiam  
18 quia † & si de pecunia dotali empti  
fuisent, non tamen fuissent effecti do-  
tales, l. ex pecunia C. de iur. do. & l. fin.  
C. de seru. dig. da. ma. nisi id actum fuis-  
set ex voluntate mulieris, l. res quæ, &  
ibi glo. & DD. ita illum tex. quod repu-  
gnare videbatur, intelligentes. ff. de iur.  
dot. de quo per Tiraqu. de retract. car.  
271. vers. id quod etiam.

Omitto, quod vltra moram require-  
19 batur † probatio interesse, vel damni

emergentis, vel lucri cessantis, & quod  
respectu lucri ipsa Magnifica Lucretia  
non erat solita tenere pecuniam otiosā  
in arca, & quod lucrum fuisset in potē-  
tia propinqua, vt per Paul. de Cast. in  
l. non vtiq; §. nunc de offic. ff. de eo, q  
cer. loc. & Dec. in conf. 322. col. si. puta  
quia emptiones erant promptæ, quod  
non solum verificatum non est, sed cō-  
stat Domino Cōmissario, D. Lucretiam  
tenuisse pecuniam otiosam duc. 500. si-  
bi relictorum per virum circiter mēses  
septem, videlicet die 14. Octobris 1562.  
quo vir decessit vsq; ad mensem Maij  
1563. quo facta fuit per eam emptio à  
Comite Potenti.\*

Ex quibus apparet, inanem esse obie-  
20 ctionem partis dicentis, quod hæredes  
debuerunt pecuniam deponere, si vole-  
bant euitare solutionem interesse; quia  
verū est, qd depositum impedit cursum  
interesse, vel vsurarum, quando currere  
ceperunt, sed si non ceperunt currere,  
prout in casu nostro ex prædictis funda-  
tum est, non fuit necessaria depositio l.  
acceptam, vbi no. glo. & DD. & in l. si  
per te non stat C. de vsur.

Vltimo non obstat, si forte dicatur  
prædicta procedere, attenda dispositio-  
ne iuris communis, sed stante Consuet.  
21 Neap. † viro mortuo, videretur quod factum  
elapsis primis sex mensibus à mor-  
te viri, ex tunc debeat interusurium  
dotis ad rationem tarenū vnus p qua-  
libet vncia, cū simus in hæredibus ex-  
traneis, qui primi sex mensibus non te-  
nentur ad alimenta, vt dicit illa Con-  
suetu. nam pro responsione considerā-  
dum est, quod prædicta Consuetud. ha-  
buit respectum ad necessitatem alimen-  
torum, vt patet in pluribus locis ipsius  
ibi, sed dictis sex mensibus elapsis te-  
neatur dare dictæ mulieri pro alimentis  
suis tarenū vnum, &c. & paulo post,  
& ad eandem rationem similiter solu-  
ant pro alimentis mulieri &c. & ibi da-  
re dictæ mulieri, pro alimentis, &c. &  
ideo intelligi debet eo casu, quo mulier  
non habet aliunde, vnde se alat, nam  
vbi ex dispositione legis, vel Iudicis of-  
ficio

ficio alicui alimenta debentur, ita demū petere potest, si non habet aliunde, l. si quis à liberis. §. sed si filius in vers. deniq; & in §. solent vers. alimenta. ff. de lib. agnō. quæ iura ad hoc propositū allegat Alexan. in cons. 27. circa princ. volu. 4. & hoc videtur sentire Neapol. in d. Consuetu. super verbo Ali. dum inquit, quod si mulier post primos sex menses moretur cum filio, & alatur ab eo, quod nō potest petere aliquem fructum pro dōte dāta in pecunia, & hoc casu saluatur Consuetu. prædicta loco alimentorum decernens certam quantitatem, scilicet quando mulier nō habet aliunde, ita quod teneantur hæredes ipsam alere, alias nō valeret, vt dicit, & tenet Abb. in d. c. salubriter colu. 2. vers. & faciunt hæc ad quæstionē extra de vsur. sequitur Socc. in cons. 56. col. 1. volu. 3. & eandem opin. tenet Comen. in cons. 77. placet mihi colu. 2. vers. nec est mirum vol. 3. las. in cons. 92. colu. 8. vers. quarto principaliter vol. 1. & Aim. expressius in cons. 189. col. 2. vers. circa taxationem vol. 1. & plures responsiones ad dictum statutum tradit Socc. in cons. 126. colu. pen. & si. volu. 1. & cons. 180. colu. pen. & si. volu. 2. quæ militant in casu nostro. Cum igitur dicta Lucretia potuerit aliunde se alimentare, vt ostensum est, & iam se alimentauit, & potuerit dotem, & antefatum recuperare, & non curauit, cessat dicta Consuetu. stante maxime dicto impedimento, & petendo nunc interesse, censetur petere vsuras omni iure prohibitas, quod ferendum non est, sed hæredes omnino absolui debent, prout ita iuris esse censeo, saluo meliori iudicio Excell. Domini Commissarij, cui prædicta subijciuntur.

*Scipio Sanctinus.*

#### ADDITIONES.

**A**D totam, tractat hæc allegatio, quando interusurium dotis, & antefati non debeat mulieri ab hæredibus viri, in quo puncto videntus est Vinc. de Franch. decis. 17. Gram. decis. 103. Vrsill. ad Affl. decis.

370. nu. 3. Theaur. decis. 46. & veritas est hæc, quod per Consuetu. Neap. quæ incip. viro mortuo, pro primis sex mensibus tenentur filij alere matrem, & elapsis illis, sic liquidatio pro dote in pecunia consistente ad rationem ducatorum sex, & duorum tertiorum pro singulis duc. 100. & pro antefato similiter in pecunia constituto ad rationem duc. 5. Pro centenario, & sic hodie seruamus. Sed si mulier post primos sex menses continuauit petere alimenta à filio, viuentis filio, non poterit petere interusurium, quia requiritur noua interpellatio, & sic fuit decisum in dicta decisione Domini de Franch. & hæc sunt ad comprobationem eorū, quæ hic scripsit Sanctinus, & meus Genitor post ipsum.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SVMMARIVM.

1. *Iusta causa non soluendi est, quando fuit facta denunciatio debitori, ne soluat.*
2. *Hæc denunciatio non est notificanda creditoris, quia sufficit, quod sit notificata debitori, ne soluat.*

#### ALLEGATIO 102.

**T**Ractat de eadem re, vt supra. Pro dictis hæredibus quon. Alexādi Caualerij.



Placet mihi opinio supra firmata, etiam alia ratione attenda, nam istud interesse quatenus de iure deberetur, nō ex alio posset peti, nisi ob

moram non solventis, non enim respicitur lucrum debentis soluere, text. est not. in l. cum quidam. §. si pupillus in ff. de vsur. si isti Magnif. hæredes non sunt in mora, sed allegant iustam causam, quare non soluerunt, quomodo nō sunt audiendi? certe non video, & erit iusta causa notificatio facta in iudicio, vt non soluant, text. est in l. si fundum. C. de rei vend. maxime quando sumus ante

ante ceptam solutionem, quo casu credendum est tali denunciationi, vt DD. tenent in d. l. si fundum, & Moderni maxime Balbus in l. Celsus nu. 110. de vsucap. faciunt relata per Affl. dec. 369. in 2. dub. sic etiam dicimus in obligato ad soluendum etiam cum iuramento, vt si denunciatur ei, quod non soluat, excusetur a poena periurij, & non dicitur in mora: est casus in l. mulier de lege commiss. tenet Afflict. decif. 328. & Lucas de Pen. in l. vni q. 3. C. vt nullus ex vicaneis lib. 11. quis ergo dicit istos Magnif. haeredes fuisse in mora, qui si soluissent, spreta illa denunciatione, fuissent in mala fide constituti, & remansissent obligati ad capitale, & interesse denunciatis.

Nec dicatur, quod haec denuntiatio debuit esse nota ipsi Aetrici ad finem vt potuisset tolli facere impedimentum, quia bene sciuit hoc procurator, quod ipsius nomine litem agebat, & illius scientia sufficit ff. de tributo, l. Procuratoris autem, maxime quia haec denuntiatio non fuit noua res, sed cepit ante mortem Magn. Alexandri testatoris, & de omnibus erat optime informata Magnifica Aduersaria, secundo, ad hoc, vt allegatio huius scientiae in aliquo opitularetur, debet Pars aduersa docere, quod si sciuisset, illam remoueri procurasset, vt omnes tenent post Bar. in l. non solum. S. morte de oper. nou. nunc. hoc non solum non videtur, sed adhuc durat lis, vt ex his omnibus de interesse tractari aliquo pacto non possit.

*Marcellus de Mauro.*

#### ADDITIONES.

**T**Ractatur de eadem re, prout in praecedenti, proinde sufficiunt Additiones ibi factae, dum autem meus Genitor hic nu. 1. & 2. dicit ad confirmationem, quod haeredes non erunt in mora, stante denunciatione eis facta, ne soluerent dotes mulieri, Ad do, Salic. in l. fi. C. de non num. pec. Ruin. conf. 150. vol. 1. Alexan. conf. 78. vilo diligenter volum. 1.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

#### SUMMARIVM.

- 1 *Maritanti non ex necessitate, sed ex voluntate, subuentio non datur.*
- 2 *Paragium forori de bonis paternis frater tantum prestare debet.*
- 3 *Pro paragio sororis, Feudum a fratre emptum non est obligatum.*
- 4 *Adiutorium debetur a vassallis Baroni dotanti, & maritanti sororem, etiam si dos fuerit legata a patre.*
- 5 *Pro maritanda nepte debetur subuentio.*
- 6 *Pro maritanda amita debetur subuentio.*
- 7 *Etiam si dos sit donata, debetur subuentio.*
- 8 *Ius petendi subuentionem a vassallis transit ad haeredes.*
- 9 *Validum est argumentum de contractu ad ultimam voluntatem.*
- 10 *Quando dotatio non fit ex necessitate, subuentio non debetur.*

#### ALLEGATIO 103.

**A**Diutorium debetur a vassallis Baroni dotanti, & maritanti sororem, etiam si dos fuerit legata a patre. Pro Ill. Marchione Galatice.



Onstitutio Regni quamplurimum inter caeteros casus, in quibus grauat vassallos ad subueniendum eorum Dominis, est illa pro maritanda sorore earatione, ne Baro deueniat ad paupertatem, & pro honore Domini, vt eius filia citius nubat cum ampliori dote, est etiam hoc onus feud. vt in constit.

in

In aliquibus per Andr. voluit Rex releuare feudum, eiusq; subditos onerare.

- 1 Hinc est quod vbi ex voluntate, non necessitate quis maritat, nō potest subuentionem petere, vt tradit Andr. in eadem constit. quam plurimum, ideoq; nō nisi ex paterno feudo debetur subuentione, cum paragium frater sorori de bonis paternis tantum prestare debeat,
- 2 nec pro paragio sororis feudum à fratre emptum est obligatum, & si nihil esset in patrimonio, tunc frater de suo dotans, tenetur ex contractu, & promissione sua, non autem ex obligatione feudali, cū si terram prædictam de nouo emptam alienaret, non daretur contra nouum possessorem actio in subsidium, iuxta not. in constit. in aliquibus, tradit D. Fricia in 2. lib. car. 169. n. 19. cum ergo frater de bonis paternis tantum teneatur maritare sororem, & in eum casum constit. quam plurimū, grauat vassallos ad subuentionem præstandam, quænam igitur differētia erit faciēda, quando dos legatur à patre,
- 4 vel quando frater eam constituit de bonis patris? militat, inquam, eadē ratio semper, cum eadem cōsideretur necessitas, de eisdem bonis dotari debet, ergo eadem debet esse iuris dispositio in vtroque casu, etiam in his, quæ sunt contra iuris dispositionem, l. si quis seruo. C. de fur. allegat illum ad propositum Andr. in d. constit. quamplurimum volum. 3. Hinc dicimus ex identitate rationis, quod debetur subuentione pro maritanda nepte, † scilicet constitutio non exprimat, vt per D. Friciam in d. loco nu. 17. ac etiam pro maritanda amita, † vt per Andr. in d. constit. quamplurimū. Nil enim refert, quid ex equipollentibus fiat, vbi viget eadem ratio, ac idem adest effectus ad text. in l. mulier. ff. ad Trebell. semper dicitur proprie, & vere dos data, siue legetur, siue donetur, vel alio modo assignetur, cum soror maritatur, hoc tantū requirit constitutio quamplurimum, scilicet, vt maritetur, & ideo etiam, dote donata, debetur subuentione † cum non vassallorum
- 7

respectu, sed Domini talis fiat donatio, faciunt dicta per Andr. in d. constit. in si. tradit Fricia in d. lib. post nu. 11. car. 167. vers. difficultas est, post Andr. in c. 1. §. sed nec, est alia iustior in addit. quæ sit prima cau. ben. amitt. Remanet obligatus saltem ad antidota Dominus, vnde merito poterit subuentionem petere, vt latius per Andr. & Fric. in locis allegatis, multo ergo fortius prædicta procedunt in dote legata à patre, nam sicut si ipse maritasset in vita, & demum morte præuentus non petisset adiutorium, possent inquam eius filij, petere cum sit quædam actio, seu ius à lege ei tributum, in quo hæredes succedunt etiam extranei, † tradit Andr. in repet. d. constit. quamplurimum in vlt. colu. in princ. nam subuentione est in fructu, quorum fit transmissio ad hæredes, sicut de vita militia, paragio, & alijs dicimus, tradit hæc Fricia in dict. car. 167. in princ. nec adiutorium peti potest ante maritadium, ad tex. in l. stipulationem. ff. de iur. dot. hic igitur sicut pater in vita maritando hæredes petere possent, ita pariter legando dotem filij hæredes adiutorium iure petunt, cum representent personam defuncti, & militer eadem ratio, quo casu de vltimis voluntatibus tad contractus licita est argumentatio ad text. in l. si hæredes palam, cum concor. ff. de testam. & l. eum, qui ita, in princ. de stipula. cum multis præalleg.

Quid enim aliud agit pater legando dotem, quam ageret filius absq; legato? tollit, inquam, controuersias, quæ solent oriri in paragio præstando, statuit modum, & qualitatem dotis, vt citius nubat filia, vnde siue dicamus filium, seu fratrem sororē maritare, prout vere ipse maritat, licet pater dotem leget, & debeatur adiutorium, quia habemus verba constitutionis, quæ vult pro sorore maritanda deberi paragium, non enim respicit, quis dotet, vel vnde habeat dotem à fratre, vnde cum conueniant verba legis, merito & eius dispositio, l. 2. §. hæc verba. ff. de nego. gest. siue dica-

mus

mus patrem maritasse, & tunc cum lex obliget vassallos ad subuentionem, acquisita est actio patri, in quam filius, uti hæres succedit, illamq; exercere potest, uti omnia alia iura hæreditaria per supradicta, & successiue adiutoriū iure petere potest, & debetur, nec dicatur, Andr. tenere cōtrarium in d. repet. constit. Comitibus, nam si recte aduertatur, fundat nostram intentionem, & legatur à ver. vbi vero in fi. pe. col. nam clare apparebit, quod quando venit ad quæstionem nostram in ver. sed si pater, idemq; auus, & est, quod est male intellectus, nam dicere debet, filia secundogeniti, & non primogeniti, & ex rationibus subsequētib; ipsius clare demonstratur, nam fundat suam intentionem, quia primogenitus non dotaret ex necessitate, quod non potest intelligi in eius filia, cum ex necessitate dotaret, & sic colligitur ex dictis Andr. clare, quod semper, quod ex necessitate dotat, adiutorium debetur, ut in casu nostro, & considerētur hic dotes legatę, sunt enim minus legitima, postquam pater Illust. Marchionis habebat plusquam duc. 300000. in bonis, & sūt tantum tres filij, & licet Assl. teneat contrariam sententiam, tamen fundat se in Capit. Regni, quod non est in rerum natura, & suę rationes ex supradictis apparēt reiectę. Hęc dixisse volui potius ex abundantia, quam necessaria, cum iam S. C. sæpe hoc determinauit, & signanter in causa Illu. Comitiss. Montellę, cū Vniuersitate Balneoli, & Montellę, referēte Domino de Curtis, & processus est in banca Ludouici Romani, & ponit quæstionem D. Fricia in dicto suo libro car. 168. nu. 16. & determinat, deberi adiutorium, etiam dote legata, & sic fuisse determinatum per Sacrum Consilium.

## ADDITIONES.

**A**D totam hanc allegationem, quod frater dotando sororem possit exigere, adiutorium à vassallis, etiam si dos fuisset legata à patre. Addo, ad confirmationem

dictorum per meum Genitorem hic Vinc. de Franch. decis. 73. vbi sic iudicatum testatur, & exactissime tractat istam materiam adiutorij, ut nihil amplius desiderari possit, & in omnibus casibus, in quibus loquitur meus Genitor hic, ipse amplissime scripsit, & cum eo concordat, ipsum videto.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 *Tertius comparens in causa pro suo interesse, est audiendus in terminis, in quibus causa reperitur, & nu. 4.*
- 2 *Reus voluntarius quis dicatur.*
- 3 *Titulus citationis attenditur.*
- 5 *Iudicium factum cum legitimo contradicatore principaliter interessato, omnibus parat præiudicium.*

## ALLEGATIO 104.

**D**E tertio comparente in causa pro suo interesse.



**H**IC punctus termini petiti pro parte D. Antonij, & D. Francisci filiorum Ducis, nō video, per quam regulam possit controuerti, stante qualitate iudicij.

Regius Fiscus mouit litem contra Ducem hæredem, & possessorem, & pro suis creditis obtinuit sententiam, cuius executionem, & si Dux conuentus procurauerit, varijs, & excogitatis modis impedire fecit, tandem decisum, etiam facto verbo in Coll. Cons. quod sententia prædicta exequeretur.

Fuit processum, in Reg. Cam. ad liquidationem, in qua procurauit Dux, ut Ducissa mater compareret, & peteret beneficium, ut causam in longum pro-

protraheret, quod Fiscus videns, & considerans, quod in dies Dux potuisset supponere personas privilegiatas in iudicio, propterea citari fecit illos non ordinarie, nec pure, sed quatenus sua interesse putauerint, qui iam comparuerunt, & petierunt in causa ipsa audiri.

Fiscus hoc non negat, sed bene dicit quod tanquam tertij in causa comparentes debent audiri in terminis, in quibus causa reperitur ex vulg. Doct. Bart. communiter sequuta in l. si per lutorio. ff. de app. Doct. in c. cum super de re iud. latissime Couar. in tract. pract. quæst. q. 13. & 14.

Pars dicit, hoc procedere, quando tertius ꝛ sua sponte comparet, secus vero quando citatus, ad quod duo replicantur, alterum in iure consistens, alterum vero in facto, ex quibus punctus iste remanet (ni fallor) absolutus. De iure dicitur, quod quando quis citatur, si sua putauerit interesse, non cogitur ex hoc comparere, & quatenus comparet, erit tunc reus ꝛ voluntarius, & haberet, ac si sua sponte in iudicio compareret, solet allegari comuniter glos. in l. ea quidem C. si manc. ita alien. fuer. in glos. si. Pau. de Castr. in l. libertus aduersus. ff. de in ius voc. & melius hoc tradit in l. testamenta omnia post Bal. C. de testam. cumulat. las. in si. num. 24. vers. limita. tamen. C. de edict. Diui Adria. toll. predictiq; DD. communiter loquuntur, ꝛ citatio fuerit specifica; & non generalis, & Bald. Paul. de Castr. & ceteri sequaces loquuti sunt in clerico specificè citato, si sua putauerit interesse.

Et licet Alex. in l. de pupillo. ff. de oper. nou. nunc. voluerit, quod demonstrato interesse, efficiatur reus necessarius, quasi purificata citationis conditione, tamen illius opinio ex autoritate præfatorum Docto. nõ est recepta, quia titulus citationis attenditur, ꝛ dum dicitur, si sua putauerit interesse, dependet demum comparitio ex sua metæ voluntate, vt post Feli. opt. explicat Dec. in c. cum inter num. 16. de except. & alias nunquam posset dici quis reus vo-

luntarius, & vana essent dicta per DD. in clerico, & in casibus similibus, nam si quis comparens interesse non proponens, nullo modo esset audiendus, quæ in casu, de quo agitur, satis superq; debent esse notoria. In quo videmus iudicium agitatum cum legitimo contradicatore, possessore, & vero debitore, isti autem comparentes non aliud habent interesse, nisi quod bona Ducis sint debitis exonerata pro futura ipsorum cautela.

Alterum, quod obiectionem prædictam in facto penitus tollit, est iudicium, in quo reperitur hæc citatio facta, si quidem est in iudicio liquidationis, & in hoc dicit Fiscus, quod audiatur formiter, quod habeant beneficia, & adducant omnia ipsis incumbentia, sed dum dicunt, quod volunt audiri in causa principali iam decisa per sententiam; ad causam illam, citatio non extenditur, & quatenus ipsi hoc petunt, erunt meri Actores, & personæ sponte comparentes, quo casu, cum reperiatur lata sententia cum legitimo contradicatore, & cum possessore, cum quo iudicium necessario fieri debebat, nõ possunt ipsi tanquam tertij sententiam illam improbare, nec iudicium iam terminatum annullare, sed bene pro ipsorum interesse reclamationem interponere, seu prosequi, eo modo, & forma, vt posset principalis conuentus, quod erit, facta reali executione. Isti enim comparetes nõ possunt infringere iudicium iam factum; quia factum fuit (vt dixi) cum persona principaliter interessata, ꝛ quæ bona possidebat. In qua non data collusione, iudicium parat omnibus præiudicium ad not. per DD. in l. sepe de re iud. per Andr. & ceteros Feudistas in c. si vassallus si de feud. defun. milit. & ob hoc iura succurrerunt, vt tertius saltem possit interponere reclamationem, ad text. in l. ab executore §. 1. ff. de appell. in l. à sententia, per totam legem eod. tit. vbi Bar. Innoc. in c. cum super, vbi ceteri Canoni. de re iud. vnde tum quia sunt isti cõparentes rei voluntarij, & lex

& lex ipsos reputat pro Actoribus, tum etiam quia sunt citati in hoc iudicio liquidationis, non videtur, quod sit tractandum de alio, nisi de eo, quod iam Camera decidit, quod audiantur in iudicio liquidationis.

## ADDITIONES.

**A**D num. 2. quod quando quis citatur, ut compareat in genere, si sua interesse putauerit, si tunc comparet, erit tunc reus voluntarius, ultra allegata per meum Genitorem hic, vide Affl. qui sic decisum testatur, & plura congerit in decis. 2. nu. 9. & Capic. decis. 8. nu. 3. & Gram. decis. 61. n. 3. *Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

## SUMMARIUM.

- 1 An per lapsum 30. vel 40. annorum sit præscripta facultas redimendi.
- 2 Actio personalis spatio 30. annorum præscribitur.
- 3 Dicitio (quandocunque) quid importet.
- 4 Verbum hoc (quandocunque) excludit legalem præscriptionem.
- 5 Pactum de retrouendendo absque temporis præfinitione præscribitur spatio 30. annorum.
- 6 Ea, quæ sunt mera facultatis, nunquam de iure præscribuntur.
- 7 Facultas adimplendi conditionem potestatiuam, nullo tempore præscribitur.
- 8 Iuramentum appositum in contractu, excludit præscriptionem 30. annorum.
- 9 An facultas redimendi possit exerceri contra tertium possessorem.
- 10 Infinitas quandoq; toleratur, & non reiicitur.
- 11 Mala fides impedit præscriptionem.

## ALLEGATIO 105.

**F**acultas redimendi an præscribatur spatio 30. annorum. Pro Magnifica Rebecca della Scala.



Vinctus est, nunquid per lapsum 30. ann. & ultra sit præscripta facultas redimendi prædictos introitus, non obstante quod Magn. quon. Franciscus

Surrentinus fecerit pactum, quod quandoque D. Federicus venditor, vel ipse hæredes, & successores soluerent pretium, pro quo fuerunt venditi introitus prædicti cum officio Capitaneatus, ipse Franciscus, & sui hæredes, & successores introitus, & officium prædictum restituere, & retrouendere deberent, ut cantat instrumentum prædictum. Et quamuis prima facie videatur dicendum, quod stante lapsu 43. ann. sit dicta facultas redimendi præscripta, tum quia ex hoc pacto oritur actio personalis, quæ præscribitur spatio 30. ann. l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. ann. cum simil. tum ad hoc, ut euitetur infinitas, quæ vitanda est, ne perpetuo emptor sit obligatus ad retrouendum, contra l. si quis vim S. ult. ff. de peric. & comod. rei vend. & l. qui bona. S. si. de da. infec. per quas rationes multi DD. tenuerunt hanc partem, in l. 2. vbi est materia. C. de pact. inter empt. & vend. & in l. petendi. C. de pact. vbi Moderni multa pro hac parte adducunt, & præsertim cons. Angel. 55. qui ut morem gereret clienti, qui forsitan bene ei soluit, firmavit illam opinionem, quam sequuti sunt postea alij freti autoritate ipsius, non aduertentes, quam grauius errauerit Ange. qui contra dispositionem tot iurium infra allegandorum firmavit prædictam opinionem, quam non potuit saltem vnica lege corroborare, & ipsemet legend. vbi non erat interesse lucri, dixit.

con-



cōtrarium, vt patet in l. cum stipulatus, sim mihi à Proculo de verb. oblig.

Tamen prædictis, & alijs, quæ pro hac opinione adducuntur, non obstantibus, prout vere non obstant, contrariam sententiam veriore esse puto, videlicet tale pactum non tolli spatio temporis prædicti, neq; vltioris, quæ fundatur primo per illa verba (quædo-  
 3 cunque) quæ prædictio denotat perpetuitatem, vt probat text. in d. l. 2. de pact. inter empt. & vend. ibi intra tēpora, vel quādoq; &c. quasi quod designet tēpora indeterminata, & perpetua, per quā ita in casu nostro firmavit in individuo Fabia. de Mōtes. in tract. de emp. & vend. in 13. q. 7. quæst. princ. consultit Barb. conf. 51. lib. 1. vbi dicit, ita fuisse alias consultum ab Excell. Viris Peritis, sequitur Ioannes Crot. in rep. l. nemo de leg. 1. in pen. car. colu. 1. vers. no. etiam, quod per hæc verba, & Alcia. in allegata l. petens in glos. 1. vbi dicit hanc opinionem æquiorē, & verbis, & conscientiæ aptiorē, hanc etiam opinionem tenuit Cassa. in Consuet. Burg. in tit. de rentes vend. arest. pact. S. 1. in glos. 1. in 2. col. vers. limita hanc &c. cū col. seq. vbi dicit, ita fuisse iudicatum in parlamento Burgun. & propterea ita tenendum, licet Boer. in quadam eius decis. referat, aliter iudicatum in parlamento Paris. & male, hoc idem latissime prosecutus fuit in cons. 11. idem Cassa. vbi per plura hanc opinionem firmat, & allegat tot iura, rationes, & decisiones, vt per illud solum consilium posset hæc causa in fauorem Magnif. Actrici determinari, apparet enim ex dictis per eum, hanc veram, & communem opin. videatur, rogo.

Dico secundo, hanc opin. confirmari per text. in l. q. si nolit. S. si quid ita venierit. ff. de edil. edict. vbi habens pactū quod in perpetuum redibitio fiat, valet, & per illum text. dixerunt Bald. & Ang. ibi, quod si in contractu, seu promissione apponatur verbum (quandocunque) quod test. verbum nostrum, per  
 4 hoc verbum excluditur legalis præscri-

ptio, quod sequitur Barb. conf. 53. colu. antepe. in 2. lib. Socc. in conf. 86. colu. pen. vers. 2. probatur lib. 1. & car. Ruin. conf. 111. col. 3. nu. 7. lib. 1. & Cepoll. cauth. 75.

Tertio, prædictis accedat, quod si fecus diceremus, vtiq; esset decipere cōtrahentes, qui forsā alias non contraxissent, nisi freti hac spe, quod liceret quādoq; redimere contra pulch. tex. ad hoc in l. si. C. de pact. inter emp. & vend. in si. vbi sunt formalia verba, videlicet. Cum enim venditor non alia lege &c. est enim verisimile, quod Magnif. Federicus, qui vendidit introitus cum officio, non vendidisset, nisi fretus illa spe, vt sui heredes, vel aliquis ipsorum quādoq; redimere possent introitus prædictos, & officium maximi valoris, & importantiæ, ne introitus, & status cum vassallis remanerent ita distracti, & iurisdictio penes tertium, & extraneos, ita quod si ad præsens denegaretur talis facultas, reperirentur decepti, q̄ non est faciendum per text. in d. l. si. & in l. 1. S. Magistrum autem, ibi alioquin contrahentem deciperent de exerc. act. & satis esset inconueniens eum conuentiones capiant legem ex voluntate contrahentium. l. 1. S. si conueniat. ff. de positi, & Prætor exclamat, pacta seruabo in l. 1. ff. de pact. & graue sit fidem fallere l. 1. de constitut. pec. & propterea nullo pacto videtur posse negari, quod fiat retrouenditio petita.

Quarto, hoc suadetur ex eo, quia, vt per multa firmat Bald. in rub. de contrah. empt. C. in 9. quæst. & Tiraq. in tract. suo intitulato, nil frustra, nullum verbum debet esse in instrumento, quia aliquid operetur, vnde si Doctores in dicta l. 2. de pact. inter empt. & vend. concludunt magis communiter, quod  
 5 si est factum pactum prædictum de retrouendendo absque temporis præfinitione, talis facultas præscribitur spatio 30. annorum, vtiq; vt illud verbum appositum (quandocunque) in nostro contractu aliquid operetur, dicendum est, q̄ talis

Cc facult.



facultas duret saltem vsque ad centum annos , & tali argumento vtitur Andr. Barb. in alleg. conf. 5 r. lib. 1. & conf. 22. lib. 4. & Cassan. in allegat. conf. 11.

6 Vltorius, & quinto, ista opinio comprobatur ex eo, quia ea, quæ sunt meræ facultatis † nunquam de iure præscribuntur, vt per tex. in l. viam publicam ff. de via publica, & facultas adimplēdi † conditionem potestatiuam nullo tempore præscribitur l. seruus quoque S. vlt. ff. de hæred. instit. l. si. C. de cond. inst. vnde cum talis reemptio sit collata in liberam voluntatem venditoris, & suorum hæredum, & successorum, vtiq; non potest dici, quod tali facultati sit præscriptum.

8 Sexto, ista opinio in casu, de quo agitur, non videtur habere dubium ratione iuramenti apppositi in † contractu promissionis de retrouendendo, quod stante, non videtur posse fundari, quod tali facultati præscribatur spatio 30. annorum, vt per multa satis not. firmavit Pet. Gir. in sing. 18. incip. not. diligēter, vbi reprobatur Ang. in dicto suo col. 55. cuius autoritate moti sunt, tenentes contrariam opinionem, & ibi allegat Alex. in l. nemo potest de leg. 1. in penul. col. dicentem, quod licet præscriptioni 30. annorum non possit per pactum renunciari, ex quo est odiosa, bene tamen poterit fieri, accedente iuramento, quæ decisio vtiq; est satis ad propositum nostrum, magna est enim, virtus iuramenti, vt considerat Bar. in l. si quis pro eo col. 1. & 2. ff. de fideiuss. & Canonista, in c. debitores extra de iureiur. ex quibus videtur, quod non possit de dicta opinione dubitari, quam tenēdo, non obstant in contrarium adducta.

9 Et primo, quod ex pacto prænarrato oritur actio personalis, quæ regulariter præscribitur spatio 30. annorum per iura superius pro hac parte alleg. Nam hoc procederet, nisi adessent illa verba (quandocunque) quæ faciunt cessare motiuum prædictū per superius adducta, nec obstat si diceretur, quod sit pa-

ctum personale, & successiue non possit exerceri cōtra tertium possessorem per ea, quæ consuluit Alex. in conf. 10. vol. 1. & Franc. Cur. Senior conf. 12. fundās se in l. si. ff. de contrah. empt. & in l. 1. S. si hæres. ff. ad Trebell. in quibus habetur, quod obligatio personalis non sequitur fundi possessorem, nam ad hoc facilis est responsio, cum enim in ipso contractu sit appositum hoc pactum sub obligatione bonorum, vtiq; oritur actio realis, & non personalis tantum, & proinde poterit etiam contra tertios exerceri, vt Paul de Castr. per tex. in l. si cum venderet. ff. de pign. act. vbi est communiter approbatus, & eum sequitur Socc. conf. 80. vol. 3. & Cassa. in Constitu. Burgund. in tit. de rentes venden. à reccat. S. 1. in glo. 1. vbi dicit ita fuisse iudicatum, & quidem cum maxima ratione, cum res transeat cum onere suo, l. cum fundus. S. seruum. ff. si cert. pet. l. si conuenerit. S. si fundus. ff. de pign. act. quæ iura adducit idem Cass. in d. conf. 11. nu. 61. cum seq. vbi dicit, opinionem Alex. & Curt. procedere, vel quando non fuit appposita hypotheca, vel quando fuit appposita tñ in alio contractu: quod non est in casu, de quo agitur, immo sumus in clarissimis, cū pactum de retrouendendo quando cūmq; hæredibus quond. Federici fuit etiam promissum per Magnif. Conuentam, vt ex eodem instrumento patet.

10 Et similiter non obstat inconueniēs consideratum de infinitate, nam quando verba contractus sunt acta importare infinitatem, tunc toleratur, non autem reicitur l. in annalibus C. de leg. l. cum quidem. ff. de vsur. & l. si ita stipulatus à Seio, vbi Bar. & Imol. ff. de fideiuss. idem Bar. in l. qui bona. S. vlt. de damn. infe. quem sequitur Alex. ibi dicens, quod dicta verba (toties quoties, & quandocunque) importāt infinitatem, & non est inconueniens, quando partes ita voluerunt.

Vltorius tamen considerans putabam, casum, de quo agitur, nullam habere difficultatem, nam ex processariis appa-

apparet, Magnificam Conuentam ne dum non possedisse per annos 30. qui requiruntur ad præscribendum dictam facultatem, vt tenent affirmantes huic facultati posse tempore prædicto præscribi, sed nec etiam possedit per annos 15. vt ex instrumento emptionis per eam factæ videtur, & sic non potest dicta præscriptione se tueri, nec potest possessione suorum authorum iuari, cum ipsi Surrentini, qui primo contraxerunt, nunquam ceperunt huic facultati, & pacto præscribere contra hæredes, & successores Magnif. Federici, tum quia eam Magnific. Franciscus Surrentinus Senior, quam Franciscus Iunior sciebant hanc facultatem traditam dictis hæredibus, & sic vt existentes in mala fide, non potuerunt præscribere cap. si extra de præscript. quæ regula habet etiam locum in actionibus personalibus, vt firmat Tiraq. in tract. de præscript. in §. 1. glos. 2. tum etiam concurrentibus alijs qualitibus in facto verificatis, videlicet læsione, contractu illicito, quia fuit partitum paupertate, & impotentia venditoris, cum nunquam potuerit habere pecuniam paratam, iuxta text. in l. si seruus §. 1. ff. de nox. act. habens enim facultatem potestatiuam, quam primum potest, debet ipsam adimplere, per text. in dicta l. hæc conditio. ff. de cond. & demo. idem sequitur Iacob. de Arena, prout refert Signor. de Homod. impedimentis, & paupertate hæredum, interruptione præscriptionis præsentæ, per intentatam dationem in solutum per prædictum Magnificum Federicum, mala fide etiã, quæ colligitur ex laudo pro lato per Magnificos Arbitros, & sic considerando hoc factum, posset Dominus Iudicans absque erroris periculo amaritudinem huius contrarietatis euitare. Accedat etiam clausula apposita per instrumentum, & pactum posset extendi ad consilium sapientis Magnifici Federici.

**A**D num. 1. cum seq. tractat meus Genitor hic illum articulum, an pactum de retrouendendo quodcumque; præscribatur spatio 30. annorum, in quo articulo videas Fab. de Ann. in cons. 98. per totum, vbi omnes congerit, & ipse tenet opinionem Iacobini, secundum meum Genitorem hic ad nu. 1. vsque ad nu. 8. Vide etiam Ann. eius patrem in alleg. 10. in fi. & in alleg. 83. nu. 4. & 5. vbi sic decisum testatur.

Ad num. 9. quod pactum de retrouendendo possit exerceri contra tertium possessorem, vltra tradita per meum Genitorem hic, vide Vrsill. ad Affl. decis. 163. nu. 4. cum seq. qui plures congerit.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

### S V M M A R I V M .

- 1 *Si Regia Curia concedit Tractas, seu extractionem frumenti à Regno, intelligitur facta concessio de frumento, quod est collectum in illo anno, & non extenditur ad nouam recollectionem sequentis anni.*
- 2 *Tractæ concessæ denegantur, si suspicetur de sterilitate anni sequentis.*
- 3 *Promissio fructuum intelligitur de fructibus illius anni, quo fit promissio.*
- 4 *Verbum (tenere) quid importet.*
- 5 *Subrogatum quando sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
- 6 *Emens rem periculo reuocationis subiectam, de euictione nõ agit.*
- 7 *Factum Superioris quando fortuitus casus dicatur.*
- 8 *Verba illa in instrumento apponi solita (in omnem casum) quomodo intelligantur.*
- 9 *Princeps iustitiæ plenus semper presumitur.*

## ALLEGATIO 106.

**V**enditor vendidit frumentum, & promisit consignare emptori licentiam Curie extrahendi extra Regnū, quę vulgo dicuntur *le Tratte*, consignauit licentiam, sed emptor fuit in mora extrahendi, & superuenit impedimentum Regis, quaeritur, an venditor teneatur ad interesse. Pro Magnificis Paride Lomellino, & socijs.



Onuenit se Regia Curia cum Magnificis Paride Lomellino, & Socijs, vt ipsi inferri facerent ad Ciuitatem Neap. certam frumenti quantitatem, quam ipsi habe-

bant in Regno Sicilia, vltra eo tempore, quo maxima inualescebat fames, & iam impleuerunt Mercatores ipsi omne, quod promiserant.

Pro pretio dicti frumenti concessit Regia Curia Mercatoribus praedictis ius extrahi faciendi tot currus frumēti à Prouincia Apulię, & ex quo erat commodius pro vtilitate Regni hoc ius extrahēdi concedere in Prouincia Aprutij, voluit eadem Regia Curia, q̄ dicti Mercatores essent contēti hac permutatione Tractarum, & iam quieuerunt.

Regia Camera Summarie, cui Illust. Prorex mandauit, prouisiones debitas fore expediendas pro hac extractione, iam illas expediuit.

Est aduertendum, quod primus ordo Suę Excell. quo mandatur Reg. Camera, vt expediantur prouisiones pro his Tractis, est de mēse Febr. ann. 1560. & fit mentio in eo, quod prouisiones expediantur pro extrahēdo frumento, quod Mercatores habent iam in Prouincia Apulię ad hunc finem, vltimus

vero ordo, quo mandatur, vt prouisiones, quę fieri debebant pro extractione à Prouincia Apulię, fiant ex Prouincia Aprutij, sunt de mēse Aprilis 60. & proprie die 4. eiusdem.

Isti Mercatores, qui hoc ius Tractarū habebant, illud vendunt cuidam Ioāni Bonori, videlicet pro curribus 230. & hæc venditio fit die 5. Aprilis, pretio inter eos conuento.

Promittit in hoc instrumento procurator venditorum per totum diem 27. eiusdem mēsis Aprilis consignare emptori expeditiones Reg. Cam. & in fine contractus sunt hæc verba. *Che caso, quo detto Procuratore in detto nome, in ogni caso mantasse de consignar detta speditione, & l'effettual extrattione de frumenti al detto Magnifico Giouanni, sia tenuto il venditore nelli nomi antedetti al prezzo quanti plurimi delle dette tratte.*

Deinde die 20. eiusdem Aprilis fuerunt consignata emptori expeditiones Regiæ Camera, quas ipse confiteretur recepisse, & est verum, nec negatur.

Prætendit modo hic Ioannes Bonori emptor non potuisse extrahere hoc frumentum, iuxta quantitatem venditam impedimento Regiæ Curie, sicq; quod sit locus refectiōni interesse, quod iam petijt.

Hæc est facti series quoad Ioannem Bonori, quo vero ad Io. Petrum Brandolinum alterum emptorem, qui similiter petijt interesse eodem prætextu impedimēti, aduertatur, quod venditio, quę fit sibi, est mediāte apoca priuata, in qua nulla fit mentio, quod sibi promittatur effectualis extractio, sed simpliciter venduntur Tractę, & promittitur consignatio prouisionum Camere, quas iam habuit eodem die, quo habuit dictus Ioannes Bonori.

Quod fuerit præticum impedimentum per Reg. Cam. producta est fides Magistri Portulani, vt sic videatur prima facie, istos emptores habere eorum intentionem fundatam.

Sed quod nil possint iuridice consequi

sequi, fundatur ex infrascriptis.

Isti Magnif. venditores dum venderunt hoc ius extrahendi, noluerunt vendere maius ius, quam quod ipsi habebant, & ita lex interpretatur. ff. de contrah. empt. l. qui tabernas, & C. de leg. l. vxor. patrum.

Ex lectura ordinis directi Reg. Cam. in mense Februarij apparet, quod Reg. Curia permittit Mercatoribus, vt extrahi faciant frumentum, quoad hunc finem habent in Prouincia Apulię, ergo de frumento presentis anni erat intelligenda facultas hæc extrahendi. ff. de aur. & arge. leg. l. si ita de verb. obli. l. si stipulatus fuerim §. 1. & l. cum stipulamur, & alias ita interpretanda erat hæc cõcessio Tractarum, in dubio, sicut dicimus in eo † qui stipulatur sibi fructus alicuius fundi, quia intelligitur de fructibus presentis Anni, dicto tit. de verb. oblig. l. inter stipulam. §. sacram. Quia iste textus est amicissimus literę, & honesti, sequitur ex eo, qd si Regia Curia concedit Magnificis Paridi, & Socijs ius Tractarum, & illud intelligitur de frumento presentis temporis, impedimētum, quod allegatur, fuit in frumento nouę recollectionis, & sic futuri anni, merito non concludit actio per partem intentata.

Nec dicatur ex aduerso, quod ista qualitas (vt concessio Tractarum intelligi debeat de presentis anno) suaderi possit in primo ordine Proregis, qui de frumentis Apulię loquitur, sed quando transit concessio in aliam Prouinciam, in qua Paris, & Socij frumentum non habebant, intelligenda esset cū effectu, vt si non posset pro primo anno, posset pro secundo, quia, vt dixi, ista cõcessio Tractarū simpliciter sumpta intelligenda erat de frumento presentis anni, ex quo Regia Curia non consuevit huiusmodi Tractas concedere, nisi quando Regnum non remaneret penuriosum, sic per illum text. dixit Afflict. in cap. post natale in 6. notab. de pace tenen. & decis. 290. causa igitur concedendarum Tractarum oritur ex fertili an-

no, ea fertilitate cessante, Tractæ non cõceduntur, aliqua de hoc dicit Andr. in rubr. quæ sint regalia, vltim. colum. ista causa videri non poterat, nisi in grano, quod in Regno est, quando conceditur Tracta, & proinde quia exitus futuri anni est incertus, & potest contingere sterilitas, merito non comprehendebatur frumentum aliud, quam illud, quod de presentis erat in Regno, quod apertius demonstratur ex illis verbis, quæ leguntur in provisione Proregis videlicet. *Quale già teneno à questo effetto in Puglia*, † verbum enim (tenere) rem facti presentem demonstrat. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista, §. hoc quoque, & de acquir. poss. l. 1. §. sed si furiosus, & quia frumento futuri anni proprietates verbi huius cadere non poterat, merito nõ cadit effectus, vt ex hoc dici possit, quod si prima cõcessio Tractarum ex Prouincia Apulię intelligebatur de frumento anni presentis, quando in locū Prouincię Apulię subrogat Prouinciam Aprutij, hæc subrogatio intelligi debet facta cum omni sua qualitate, & licet Magnif. Paris Lumellinus, & Socij non habuissent frumentum in Prouincia Aprutij, vt sic dici non possit, quod in hoc sapere possit eandem qualitatem primæ cõcessionis Tractarum. Dico, † quod postquam prima cõcessio, & ex iuris dispositione, & ex verbis apertis intelligenda erat de frumento illius anni, non de nouo, in hoc subrogatum sapiet naturam primæ cõcessionis, licet nõ in alio, ita pulchre declarat Paul. cõf. 73. incip. ista D. Lisa in vltimis verbis vol. 1. in nouis, qui allegat de condit. & demonstra. l. filiz. §. Titia, nonne tempore empeditionis Tractarum in Prouincia Apulię erant frumenta, quæ emi poterant, & eodem tempore fuerunt extracta ab alijs? certe sic, & erit verificata qualitas hæc in Tracta subrogata.

Secundo aduertatur, provisiones Tractarum consignantur die 20. Aprilis, erantq; fere tres menses vtilis, in quos potuissent emptores frumentū extrahi

facere, nam Ioannes Bonori iam cepit extrahi facere currus 130. & Magister Portulanus testatur, & cum iuramento deponit, quod plures extraneos factæ fuerunt ab alijs, si igitur potuerunt emptores extrahi facere, & nimium se ipsos arctauerunt, videtur eis imputandum.

Tertio statim, quod fuerunt impediti, vt asserunt, debuerunt illuc denunciare venditoribus, & quidem tempore opportuno, ex quo procurassent tolli impedimentum, denunciauertunt per menses postea.

Quarto, Paris, & Socij vendiderunt ius, quod habebant à Regia Curia extrahendi, & iam hoc ius est verum, & non venditum alteri, posset sustineri, quod non teneatur, vt cum effectu fiat extractio, & hoc posset procedere sine dubio cum Io. Petro Brandolino, cui in apoca dictum non est, quod sibi promittitur effectualis extractio.

Quinto, istæ Tractæ in se ipsis habent (ex experimento) hoc periculum, quod solet Regia Curia concedere, & postea impedire: quando Actores emunt, videntur emere cum hac sua qualitate, vt sic ex isto pacto non teneatur venditor, sicut dicimus in emptore rei emphyteuticæ.

Vltimo, isti venditores dicunt se tutos omni respectu, aut enim prædicta procedunt, & expedita res est, aut non procedunt, & ipsi laudauerunt Fiscum in Authorem, contra quem est iam instructus processus.

Alia insuper ratio defendit Magnif. Conuertos, nam ipsi dum vendunt Tractas, & tradunt expeditiones, vt frumēta possit extrahi, videntur vendidisse ius omne, quod habent resolubile, eo modo, quo fieri solet, & proinde si postea Regia Curia Tractas impediuit ob bonum Regni, ipsi non tenentur, & non procedit euictionis iudicium, aut enim Regia Curia vere impediuit emptores vti eo iure, quod iam vendiderat, & tunc per iniuriam, & imprudentiam hoc accidit, quando non debet cedere

damno veditoris, hæc est pulchra distinctio, quæ oritur ex text. l. 1. in princ. & ibi glo. in vers. de euictione. ff. de hered. vel actio. vend. nec dicant emptores, qd saltem veniet pretij restitutio, quia text. in l. si per imprudentiam tollit hoc dubium, dum dicit, quod iniuria, quæ emptori fit, authorem contingere non debet, & rursus dixerat, auctoris damnum esse non debere, vt sic nec euictionem, nec pretij restitutionem præstabit venditor, & hoc adiungetur, ex eo, quod hoc impedimentum præstitum emptoribus maiorem vim continere dicitur, quo casu emptor, qui vendidit, & non tradidit, si ante traditionem res sibi auferatur, in alio non tenebitur, quam emptori actiones præstare ff. de actio. empt. l. si ea res, vbi est casus. tenent Moder. in l. cum fundus. S. seruatum si cert. pet.

Ista procedent absq; scrupulo in causa Io. Petri Brandolini, qui emit Tractas, apoca mediante, per quam venditores promittunt consignate expeditionem pro Tractis in 27. die Aprilis, & illam consignat per dies septem ante, sitq; illis quietatio per Aquilianam stipulationem, vt sic Brandolino, cui per consignationem prouisionum nullum remansit ius, actio aliqua non superest, si loquimur de Ioanne Bonori, cui præten-ditur promissa effectualis extractio, & tunc vltra prædicta erit considerandū, quod aut istud impedimentum, quod præstitit Regia Curia, solebat prius accidere in similibus, & imputet sibi emptor, qui emit re periculo reuocationis subiectam. Non enim petuntur à venditore, si patitur emptor damnus, qd præuidere potuit, sic etiam dicimus in colono, qui non petit remissionem à conductore ob solita damna. ff. loca. l. ex conducto, ibi, si vero nihil: aut volumus tenere, quod hoc impedimentum censerī debeat factum insolidum, & tunc dico, quia quando factum superioris censerī debet casus fortuitus. ff. de euictione. l. Lutus de casu fortuito, certe non tenebitur venditor d. l. si ea res, fac. ff. de

de contrah. empt. l. qui officij. S. res in aduersione, & ff. loca. l. opus q̄ in aduersione, per quæ iura declarantur illa, verba posita in instrumento venditionis, † vt venditores in omnem casum teneri debeant, nam non includent casum ex vi maiore procedentem, vt ex prædictis dici possit, quod si in casu lo. Petri Brandolini nulla sibi actio competat ex lectura apocz, in casu Bonori quamuis promissa sit extractio in omnem casum, hoc non includet impedimentum casus fortuiti, ex vi maiore procedens, absolui debeant conuenti. Si quidē in fortiori casu, in eo, qui vendidit frumentum, & promisit cōsignare, omnemq; casum in se ipsum suscepit etiam fortuitum, & insolitum, si postea impeditur facto Regis, qui clausit Tractas ob publicam vtilitatē, adeo quod ipsi nil potuit imputari, vt nō teneatur ad poenam promissam, pulchre cōsuluit Bald. omnino vidēdus 2. vol. conf. 395. pro D. Rinaldo, qui pulchra iura, & rationes congerit.

Consideretur vterius, nam lex contractus venditores non obligat, vt fundatur ex prædictis: lex æquitatis minus assistit, postquam isti emptores fuerint in culpa latissima, nimis se ipsos arctando in extractionem, nam expeditio fuit die 20. Aprilis, & potuissent ea vti, & quia se arctauerunt, sibi imputent, quis enim dubitat hanc magnam moram non potuisse procedere ex alio, quam ex avaro animo, quæ cupiditas non debet eis commodum asserre.

Non omitto, quod isti emptores ex alio debent succumbere, quia debuerunt denunciare hoc impedimentum venditoribus tempore congruo, quando impedimentum accidit, nam facillime procurassent impedimentum tolli, contraxerunt enim cum Principe, qui præsumitur iustitiæ † plenus. l. 2. S. merito, ne quid in loc. public. & erat verisimile, quod nolisset præceptum suum, quod Tractas clauderetur præiudicare iustitiæ fundatq; ex contractu secum præcedenti, ita considerat Bald.

in d. conf. 395. in 2. colu.

Vltimo, aut prædicta placebunt Circumspectis Iudicantibus, ita vt ex eis absolui debeant Conuenti, & res erit in tuto, atis opimo Actorū videtur æquior, quod nulla ratione tibi suadere possum, & eo casu omnia Fiscus reficiat, non enim sciendi potest hoc iudicium, sed vnico processu sunt seruandi indēnes Magnifici Conuenti.

Marcellus de Mauro.

#### A D D I T I O N E S.

**H**æc allegatio tractat de eadem re Tractarum, prout in alia allegatione mei Genitoris 38. in hoc volumine, ideo pro confirmatione prædictorum per meum Genitorem addueo additiones per me factas in dicta allegatione 38. vbi sunt notabiliter scripta per insignem Iurisconsultū Reg. de Ponte in tract. de Potest. Proreg.

Abb. Io. Hieron. de Mauro.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Sufficit venditori ostendere ius habere, quod vendidit.
- 2 Licentia reuocabilis facit, vt venditor non teneatur de euictione.
- 3 Animus cognoscitur ex verbis, & ex forma obligationis.
- 4 Quis censeatur vendidisse ius, quod habebat in re.
- 5 Rex obligatur ex contractu.
- 6 Tracta intelliguntur concessa de frumento illius anni, non sequentis.
- 7 Periculum casus fortuiti, sicut est factum superioris, spectat ad emptorem, non ad venditorem.
- 8 Verba recipiunt interpretationem ex qualitate facti, & personarum, & subiectæ materiae.
- 9 Verbum (tenere) significat tempus præsens, non futurum.

AL.



**T**Ractat de eadē causa Tractarum, pro vt supra in allegatione 106. mei Genitoris, sed sequens allegatio est eminentissimi Iuris consulti Domini Marini Friciæ, qui fuit collega in eadem causa cum meo Genitore. Pro iisdem Lomellinis.



Videtur mihi, bene fuisse de iure conclusum per eximium Dominum Consulentem, Conuentos absolui debere à petitis per Ioannem Bonori, & Io. Petrum

Brandolini, rationibus per eum adductis. Isti enim Conuenti promissa per eos adimpleuerunt, & in tempore aliqua culpa, vel mora eis imputari non potest, cum verum sit, eos habuisse facultatem extrahendi frumentum pro certa summa à Prouincia Apulię, & obtinuisse prouisiones Regias pro eā extrahenda, iuxta formam licentię, cōmutato loco, in Prouincia Aprutina, & eas tradidisse emptoribus ante terminum inter eos firmatum in die 30. Aprilis 1560. obseruauerunt, quę promiserunt, ad nihilum tenentur vltius, vendiderunt ipsi ius, & facultatem extrahendi, sufficit ostendere hoc ius habuisse. l. si in venditione hereditatis de actio. vel hæc. vendi. not. in l. Meuius. S. à me de leg. 2. & in l. si non designata C. de fals. caus. adiecta lega. hic cōtractus censetur inter eos celebratus ratione tantum illius iuris, ex facie, & tenore illius hoc colligitur. l. Campanus de oper. liber. not. Andr. in c. 1. S. & si liuellus colu. 2. de alie. feu. pater. Sciebant, vel scire poterant, quę paria sunt l. quod te si cert. pera. Dominum nostrum Regem posse, vel potuisse eam licentiã † reuocare, vel ex causa de nouo superueniente, aut propter du-

bium futurę annonę, an sit carior, hoc ipsi debebāt specialiter præcauere, poterat hoc euenire. l. qui bona. S. cum. inter de damn. infect. & in l. sed si per. Prætores. S. 1. ex quib. caus. maio. non sunt emptores decepti à venditoribus, qui expriment modum, quo licentiã obtinent, & vendunt. l. si quis domum. S. inde quærit locati, ibi, quid tamen non quasi fructuarius, sed quasi fundi dominus, non erant ipsi forenses, & in Regno non exercitati in negotijs, qui potuissent hoc probabiliter ignorare in Ciuitate Neap. locupletissima virorum prudentum contrahunt, debent peritiores consulere, qui respondissent speciali pacto prouidendum, si Curia præstaret impedimentum extractioni, vt ipsi tenerentur restituere saltem pretium, & tunc ipsi ad hoc non se obligassent, indicat hoc obligationis forma, & verba demonstrant † ex quibus cognoscitur animus secundum glos. in l. Fulcinius. S. quid sit latitare, ex quib. caus. maio. culpa ipsorum fuit, non considerare rem tam facilem, & apertam, fere ante oculos, ius, quod ipsi habebāt assignauerunt. l. si domus. S. si. de leg. 1. & in l. qui tabernas de contrah. empt. & in l. 1. de libera. lega. Isti Domini venditores hoc extrahendi commercium à Regia Curia obtinent in locum pretij eisdem debiti pro frumento, vt dicitur in prouisionibus Regijs, ex causa onerosa non dederunt operam rei illicitę, deducendo in commercium, & alteri vendendo eandem licentiã, sic consuetum est fieri, & contrahi, præsertim, quod in eius exequutione accedit licentiã Curię, si Regia Curia præstitisset illis aliquod impedimētum, siue in genere, siue in specie, teneretur ad interesse; debet obseruare, quod promittit, obligatur ex contractu vt not. in c. 1. de proba. & in l. digna vox. C. de legi. hoc ius videtur venditum, cessum, & traditum, non apparente alio speciali pacto, sic venditio curruū 230. Tractarum de fermo, & 20. de respecto, extrahendorum à Prouincijs Apru-

6 *us*, & *Termulis*, *Fractæ* itaq; sunt in  
 venditione, quæ de iure communi *Tra-*  
*gatoriz* appellantur, extrahendi licen-  
 tia. l. pe. C. de curso publico lib. 1. 2. de  
 quo frumento & cuius anni tunc cur-  
 rentis, vel futuri quamuis non sit ex-  
 pressum in instrumento inter partes,  
 iam actum censetur de contento in-  
 prouisionibus Regijs, quæ erant pri-  
 mo super Prouincia *Apuliz* subroga-  
 tæ postmodum in Prouincia *Aprutij*,  
 & *Termulis*, easdẽ prouisiones reci-  
 piunt die 20. Aprilis, eas approbare  
 videntur, l. si filius fam. ad Macedo. per  
 instrumentum vocant se bene conten-  
 tos, & liberant promissores, non de-  
 monstrant ipsi Actores in extractione  
 illius instrumenti aliquod impedimen-  
 tum Curiz, potuissent ipsi, si voluissent  
 extrahere quo voluissent, prout extra-  
 xerunt alij, de quo ponit Magister *Por-*  
*tulanus* Prouinciz, debuerunt vti ea  
 diligentia, qua alij vsi sunt, succurrit  
 ius ciuile vigilantibus, & non dormi-  
 tibus. l. pupillus, quæ in fraudem cre-  
 dit. eorum negligentia sibi ipsis noci-  
 ua esse debet, non alijs, vt in regula  
 iuris, Curia Regis Domini nostri, an  
 iure fecerit, an pro bono publico, non  
 respicit venditores, periculum inde  
 7 contingens ad emptores pertinet & ad  
 quos iura, obuentiones, & emolumen-  
 ta trãssata sunt, ipsi quasi Domini tra-  
 ditione prouisionum effecti sunt, nulla  
 præcedente mora, vel culpa liberati  
 sunt ex superueniente casu, qui prouide-  
 ri poterat, prout argute considerat  
 Dominus Consulens, differt in hoc vè-  
 ditio à locatione, quæ superioris facto  
 impediretur, quicquid in se erat, & ex  
 natura contractus tenebatur, impleuit,  
 siue facto tertij, siue suo non habuerit  
 effectum, habet suas vtilis actiones, &  
 quæ cessæ sunt contra authorem, not. in  
 l. si res de euictio. Bartol. & Bald. in  
 l. 1. C. de rer. permut. promittunt in om-  
 nem casum, *Che mancasse de consigna-*  
*re detta espeditione*, hoc agebatur, ex-  
 peditionem tradere eo modo, quo ex-  
 pedita, & consignata est in poenam

non tradentis, promittitur interesse  
 quanti plurimi, & eodem modo sequen-  
 tia verba intelliguntur, data mora, ad  
 omnia damna, & interesse, illa etiam  
 verba, & *la effettuale extrattione*, sic  
 male ibidem posita, eodem modo ac-  
 cipienda sunt, prout ius intelligit, &  
 ciuili quidem modo. l. si cui de seruit.  
 & l. quanquam de ritu nuptiarum, in-  
 poenam non tradentis expeditionem  
 dictam, ex qua effectualis extractio se-  
 quenda erat tanquam præambulum  
 necessarium, extractio faciẽda erat per  
 ipsos emptores, ad hoc non videtur  
 emptores se astrinxisse, fuisset hoc opus  
 immensum, incertum, & indefinitum,  
 & re, & tempore, ac loco, verba hæc  
 veluti ambigua stant contra eum,  
 qui se fundat in illis. l. veteribus. ff. de  
 pactis, poterant apertius dicere, & cer-  
 8 te & recipiunt interpretationem à qua-  
 litate facti, & personarum, & sunt po-  
 sita, non in principali dispositione, sed  
 in poenam non obseruantis. Secundo  
 loco, verba secundum materiam subie-  
 ctam capienda sunt. l. si stipulatus, de  
 vsuris, & sit verborum impropriatio. l.  
 insulam de præscript. verbis, & l. si vno  
 locati. Notarius inaduerterter posuit  
 eo modo, quæ sic, salua ratione, sensum  
 capiunt. Isti Domini venditores non  
 habebant facultatem extrahendi fru-  
 menta, siue in *Apulia*, siue in *Aprutio*,  
 de frumentis, tam anni 1560. quan-  
 etiam sequentis anni 1561. sed tan-  
 tum de his, quæ tenebant ad hanc ef-  
 fectum tempore expeditionis literarũ  
 Camera, sub die 4. Aprilis 1560. ibi,  
 dum legitur, *Li debiate subito espedire*  
*la licentia di possere estrahere alretan-*  
*ti grani, per estra Regno di quelli, che*  
*teneno in Mansfredonia*, & ibid. *detti*  
*grani quali già teneno à questo effetto*,  
 tempus præsens continent, & relati-  
 uum illud stet declaratiue, vel restricti-  
 ue, non venit tempus futurum. l. si à co-  
 lono de verb. obliga. verbum (tenere)  
 9 significat & tempus præsens, & rem  
 præsentem corporaliter, vel naturaliter,  
 secund. glos. in l. si in emptione S. 1.

de contrah. empt. quam singularem dixit Roma. in l. stipulatio ista. §. sicut in fi. de verb. oblig. & Barba. conf. 6. in 4. lib. conuentio. cum Curia erat limitata, & limitata intelligetur venditio ab ipsis facta, verba Camerae, *Le debbiate fare estrarre le supradette quantità di grano dalla iurisdittione &c.* alia non veniunt, quam quæ in primis erant l. i. §. ait prætor, ibi, ex his quæ supra scripta sunt, de postul. Docto. in l. qui liberis. §. hæc verba, de liber. & posth. quod non dum erat satum, neque collectum, non poterat loco teneri, neque tunc, si voluisset, extrahi, quia non tenebatur: restringitur illa licentia ad tempus illud, & ad frumenta illius temporis, in hoc non audio impedimentum aliquod, sed in frumentis ex post collectis, quæ tunc neque erant, neque tenebantur, non venit hic casus, neque est conuentum: frustra de eo esset du-

bitandum, postquam certi tēporis conuentio facta est de re certa: simile possem referre in facto, sed qualitas negotij longa mora emptoris, & determinata conuentio, multa negligentia, in exequēdo prouisiones Camerae trahunt me in sententiam Domini Consulētis viri doctissimi, & equitas etiam suadet, vt ex bona fide succurratur vēditoribus, qui etiam tractant de damno vitando, & habent pecuniam ex causa onerosa ex mora ipsorum, re fere non integra, haberent grauem iacturam, quod Dominorum religione, & iudicio sublimi prouidendum erit.

*Marinus Fricia.*

#### A D D I T I O N E S.

**T**V vide in hac materia, quæ addidi in supradicta allegatione mei Genitoris.

*Abb. Io. Hieron. de Mauro.*

### F I N I S.

Dignæ sunt Allegationes istæ prælo.

M. Cornelius Tiroboscus Præd. Ord. Cur. Archiep. Theol.

Imprimatur. Petrus Antonius Ghibert. Vicar. Gener.

NEAPOLI, Ex Typographia Tarquinij Longbi. MDXIV.









**A R G V M E N T A**  
**A L L E G A T I O N V M**  
**D. MARCELLI DE MAVRO**  
 Quæ in hoc volumine continentur.



**Argumentum Alleg. 1.**

**Q**uando creditor super feudalibus teneatur cedere Fisco iura sua super burgensaticis. Pro D. Helionora Caracciola, & pro Fisco. Arg. Alleg. 2. fol. 10.

De spolia commissio à Beneventanis contra Baronem vassallum Regis, quod cognitio spectet ad Regem, & non ad Sedem Apostolicam; & quod manu Regia sit Baro restitendus, & manutenendus in possessione. Pro Domino Marcello Caracciolo, & pro Fisco.

Arg. Alleg. 3. fol. 16.

Quod privilegia, & confirmationes, quæ fiunt à Regibus in principio suæ creationis, non extenduntur ad petitiones, seu ad iniuste concessa, & ad præiudicialia. Pro Fisco contra Ducem Termularum.

Arg. Alleg. 4. fol. 19.

Devoluta Baronia ad Fiscum per rebellionem Baronis, si Fisco possit reintegrare bona feudalia male alienata per Baronem, & quæ requirantur. Pro Fisco contra

subfeudatarios olim Principis Salerni rebellis.

Arg. Alleg. 5. fol. 25.

Quando Fiscus teneatur de evictione. Pro Fisco contra Marchionem Padule.

Arg. Alleg. 6. fol. 28.

Quod non possit Privilegium alterare formam primæ inuestitura in damnum seminarum vocatarum in prima inuestitura. Pro Fisco.

Arg. Alleg. 7. fol. 32.

Quod potestas aggregandi ad Sedilia Ciuitatis ad solum Regem spectet. Pro Fisco contra nobiles Sedilium Ciuitatis Neapolis.

Arg. Alleg. 8. fol. 35.

An assensus super venditione extendatur ad pactum de retrouendendo. Pro Illustriss. Principe Hostiliani.

Arg. Alleg. 9. fol. 43.

An census in dubio presumaturs emphyteuticus, vel censualis, & an habeat locum ius prelationis in contractu summissionis. In causa Illustrissima Comitissa Contia.

Arg.

# ARGUMENTA ALLEGATIONVM

- Arg. Alleg. 10. fol. 46.  
*Postquam Syndicus semel est electus in parlamento, si parlamentum prorogatur, nõ debet alius Syndicus eligi, sed primus, si vult, explebit actum. Pro D. Casare Ianuario.*
- Arg. Alleg. 11. fol. 51.  
*Si consensus creditoris super venditione pignoris extinguat hypothecam. Pro Ill. Comite Montorij.*
- Arg. Alleg. 12. fol. 53.  
*Quod filia filia dotata non potest concurrere cum filia filij masculi in successione Aui.*
- Arg. Alleg. 13. fol. 56.  
*Quod procurator alterius, si promissit etiam proprio nomine, ipse tenebitur. Pro Petro Damiano.*
- Arg. Alleg. 14. fol. 57.  
*Prorogatio de vendendo Feudum non valet sine assensu, & per talem prorogationem non infertur præiudicium creditoribus, quibus erat ius questum. Pro D. Barone Latronici.*
- Arg. Alleg. 15. fol. 60.  
*Tractat de eadem re, prout in precedenti alleg. 14. Pro D. Barone Latronici.*
- Arg. Alleg. 16. fol. 62.  
*Quod Rex non debeat denegare assensum Baroni alienanti Feudum, dum habet successorem in feudalibus. Pro D. Barone Latronici.*
- Arg. Alleg. 17. fol. 63.  
*Tractat de eadem materia assensus, prout in precedenti alleg. 16. Pro D. Barone Latronici.*
- Arg. Alleg. 18. fol. 65.  
*Tractat de eadem materia, prout in duabus precedentibus allegat. 16. & 17. Pro D. Barone Latronici.*
- Arg. Alleg. 19. fol. 67.  
*Quando augetur onus, debet augeri salarium.*
- Arg. Alleg. 20. fol. 69.  
*Legato factõ pro maritagio alicuius puella intelligitur de primo matrimonio, & nõ de secundo, & quid si est factum pauperiori de linea. Pro D. Cornelia de Sũma.*
- Arg. Alleg. 21. fol. 72.  
*De pacto de retrouendendo in feudalibus, & eius remissione. Pro Fisto contra Illustriss. Principem Bisiniani.*
- Arg. Alleg. 22. fol. 76.  
*In causa Circumspecti Secretarij Regni Ioannis de Soto inquisiti de muneribus.*
- Arg. Alleg. 23. fol. 78.  
*In causa interpretationis cõsuetudinis Neapolitana, qua incipit; Sed si morienti, &c.*
- Arg. Alleg. 24. fol. 80.  
*In materia appretij valoris mobilium, & argenti. Pro Illustrissima Marchionissa Vasti.*
- Error in hoc Argum. quia vult dicere, Pro Illustriss. Marchione Piscaria; seu contra Marchionissam Vasti.*
- Arg. Alleg. 25. fol. 83.  
*Institutus in portione Consuetudinis, an censeatur institutus in medietate, vel virili. Pro D. Io. Vincentio Como.*
- Arg. Alleg. 26. fol. 88.  
*In materia spoliij, & consuium in antiquis. Pro Venerabili Monasterio S. Seuerini de Neapoli.*
- Arg. Alleg. 27. fol. 90.  
*In causa Tutoris datiu, Matre existente. Pro D. Iulia Piscicella.*
- Arg. Alleg. 28. fol. 91.  
*Agitur de vita militia debita secundo genitis. Pro Dominis de Gesualdo.*
- Arg. Alleg. 29. fol. 95.  
*Assensus non exequutoriatu infra annũ, an reddatur nullus. Pro D. Gasparrino de Oria.*
- Arg. Alleg. 30. fol. 99.  
*De fideicommissõ in familia. Pro D. Io. Baptistã Brancia.*
- Arg. Alleg. 31. fol. 105.  
*In causa estimanda legitima filiorum quon. D. Ferdinandi Brancia.*
- Arg. Alleg. 32. fol. 106.  
*Quando Baro sit manutenendus in possessione contra Vniuersitatem. In causa Illustrissimi Principis Venussii.*
- Arg. Alleg. 33. fol. 110.  
*Quando verba testatoris inducant fideicommissum.*
- Arg. Alleg. 34. fol. 112.  
*Bona antiqua quando dicantur in materia Consuetudinis.*

Arg.



# ARGVMENTA ALLEGATIONVM

- Arg. Alleg. 35. fol. 114.  
*Quod pro paragio in subsidium detur actio contra tertios possessores Feudi, & alia. Pro Dominis Ioan. Vincentio Grimaldo, & Aurelia Scagliona coniugibus.*
- Arg. Alleg. 36. fol. 118.  
*De testamento imperfecto ad pias causas. Pro Venerabili Ecclesia Annunciata Aversa.*
- Arg. Alleg. 37. fol. 122.  
*In causa excomptorum, siue remissionis mercedis ob impedimentum.*
- Arg. Alleg. 38. fol. 125.  
*Extractio frumenti à Regno quando concedatur. Pro Regio Fisco contra Illustriss. Io. Andream d'Orsa.*
- Arg. Alleg. 39. fol. 128.  
*Fuit combusta domus casualiter cuiusdam officialis Fisci, in qua fuerunt combusta scriptura Fisci. Queritur, ad quid iste Officialis teneatur. Pro Magnif. Petro Naclerio.*
- Arg. Alleg. 40. fol. 129.  
*Priuegium ad beneplacitum non expirat per mortem Regis concedentis. Pro Natione Veneta.*
- Arg. Alleg. 41. fol. 131.  
*In causa electionis Legati semel faciende. Pro Venerabili Ecclesia Sancta Maria Annunciata Aversa.*
- Arg. Alleg. 42. fol. 134.  
*Agitur de materia refutationis Feudi cum assensu agnati, & si requiratur assensus, vel ne. Pro Magnifico Ioan. Francisco Balduino.*
- Arg. Alleg. 43. fol. 139.  
*Tertius comparens pro suo interesse non potest impedire executionem sententiae. Pro Magnifico Florio de Mafutys.*
- Arg. Alleg. 44. fol. 141.  
*In causa subfeudorum, quae à Barone tenentur. Pro D. Fabio Caracciolo.*
- Arg. Alleg. 45. fol. 145.  
*De officio Secretario Regni, & Scribarum Mandamenti. Pro dictis Scribis, contra dictum Secretarium in causa emolumentorum dicti officij.*
- Arg. Alleg. 46. fol. 148.  
*In causa retentionis Feudi sine assensu Re-*
- gio. Pro Monasterio S. Laurentij de Padula.*
- Arg. Alleg. 47. fol. 152.  
*In causa euictionis rei emptae circa liquidationem interesse. Pro Monasterio Sancti Laurentij prope Padulam.*
- Arg. Alleg. 48. fol. 154.  
*In causa exceptionis Hostica, & an absente authore laudato, sit super sedendum in causa principali. Pro D. Barone Latronici.*
- Arg. Alleg. 49. fol. 155.  
*In causa possessorij, & petitorij, & an sit super sedendum in petitorio. Pro D. Bernardino Moccia, contra Illustriss. Ducem Montis Alti.*
- Arg. Alleg. 50. fol. 157.  
*In causa precedentiae, quod Dux Florentia debeat precedere Ducem Ferrariae. Pro Excellentissimo Duce Florentia.*
- Arg. Alleg. 51. fol. 161.  
*In causa licitationis faciende, quae dicatur melior conditio, & recipi debeat. Pro Vniuersitate Tramutulae, ac pro Regio Fisco.*
- Arg. Alleg. 52. fol. 163.  
*In materia diuisionis inter Fratres, & circa lesionem in partem pretij de bonis feudalibus in Feudis emptionis per Patrem. Pro Domino Io. Francisco Puderico.*
- Arg. Alleg. 53. fol. 167.  
*Tractat de eadem materia diuisionis inter Fratres, prout in precedenti allegatione 52. In eadem causa Puderici.*
- Arg. Alleg. 54. fol. 168.  
*In causa noui contractus facti per creditorem, an censetur derogatum anterioritati primarum cautelarum.*
- Arg. Alleg. 55. fol. 174.  
*In causa Gabellarum exigendarum, & in quibus locis exigi debeant, & de exemptione ipsarum. Pro Arrendatore maiaris fundaci Regiae Dohanae Neapolis.*
- Arg. Alleg. 56. fol. 178.  
*De articulis impertinentibus.*

# ARGVMENTA ALLEGATIONVM

Arg. Alleg. 57. fol. 180.  
*Traſtat de eadem materia articuloꝝ impertinentium, prout in precedenti alleg. 56.*

Arg. Alleg. 58. fol. 182.  
*In cauſa renunciationis facta per ſororem Monialem in beneficium fratris, an poſſit reuocari ob alimenta non praſtitata, & promiſſa non ſeruata, & quid in feudalibus. Pro Domino Goffredo Palagano.*

Arg. Alleg. 59. fol. 184.  
*Traſtat de eadem materia renunciationis in beneficium fratris, prout in precedenti alleg. 58. In eadem cauſa Palagani.*

Arg. Alleg. 60. fol. 186.  
*In cauſa graduationis creditorum, & an ceſſio ſuper feudalibus valeat ſine aſſenſu, & quid ſi ceſſio fiat in augmentum Feudi. Pro Domino Goffredo Palagano.*

Arg. Alleg. 61. fol. 190.  
*De Priuilegio immunitatis iuris paſculandi. Pro Magnif. Ciuitate Nolana.*

Arg. Alleg. 62. fol. 191.  
*In cauſa decoctionis poſt literas cambij praſentatas, an primi debitores cenſeantur liberati. Pro Magnif. Paride Lumellino, & ſocijs.*

Arg. Alleg. 63. fol. 192.  
*Si dico, tolle hanc pecuniam, an praſumatur donatio. Pro Magnif. Petro Pignono.*

Arg. Alleg. 64. fol. 196.  
*Quod donatio omnium bonorum ſit nulla, & quando ſuſtineri poſſit, latiffime diſputatur per totam allegationem.*

Arg. Alleg. 65. fol. 200.  
*Traſtat de eadem re donationis omnium bonorum, prout in precedenti allegatione 64.*

Arg. Alleg. 66. fol. 201.  
*Pater ſtipulando pro filijs, quam actionem eis querat, & quid ſi ſtipulatur pro incertis ex filijs, & non eligit pater, an cenſeantur omnes vocati ab inteſtato, & an includat perſonam loquentis. Pro Dominis fratribus Pignatellis.*

Arg. Alleg. 67. fol. 204.  
*Ad rub. ff. de opt. legat. electione non facta, an omnes cenſeantur vocati ab inte-*

*ſtato. Pro Dominis Fratribus Pignatellis.*

Arg. Alleg. 68. fol. 206.  
*Tutor quando poſſit agnoſcere bonam fidem inſoluendo. Pro Magnifico Iulio Caſare Perſico.*

Arg. Alleg. 69. fol. 208.  
*Feudatarius an, & quando teneatur renunciare redditus Feudi, & mortem feudatarij.*

Arg. Alleg. 70. fol. 210.  
*Legatum factum a furioſo quando ſit inuolidum.*

Arg. Alleg. 71. fol. 212.  
*Ianuenſes non impetrant aſſenſum in Regno ſuper venditionibus Feudatium, niſi cum clauſula, quod pretium conuertatur in emptionem aliorum bonorum in Regno, & hoc ne Rex amittat vaſſallum, & plura ad hoc. Pro Magnifico Ba-  
 ptiſta Grimaldo.*

Arg. Alleg. 72. fol. 214.  
*Licet Rex conſeſſit Magiſtris rationalibus Reg. Sicilae iuriſdictionem ponderum, & menſurarum, non tamen prohibetur Rex illa vendere. Pro Regio Fiſco contra Tribunal Sicilae.*

*Error in hoc num. 72. iſtius alleg. ex quo adest in originali 43. & vult dicere 72. prout ſupra.*

Arg. Alleg. 73. fol. 216.  
*Praterito nepoti ex filio competit ius dicendi teſtamentum nullum, & plura de clauſula codicillari. Pro Magnif. Leonardo Calamatia.*

Arg. Alleg. 74. fol. 222.  
*Intereſſe dotis quando debeatur genero. Pro Dominis Paſcali Caracciolo, & Fratribus.*

Arg. Alleg. 75. fol. 224.  
*Quae probationes requirantur ad probandum, quod antecellentes gaudiſſunt bonoribus Sedilis. Pro Illuſt. Sedili Capuana.*

Arg. Alleg. 76. fol. 226.  
*Vita militia debita rebelli queritur Fiſco, durante vita rebellis. Pro Fiſco contra illos de S. Felice.*

Arg. Alleg. 77. fol. 228.  
*Quod Regia Pragmatica, per quam probetur*

# ARGVMENTA ALLEGATIONVM

- betur officialibus munera capere, non includat Fisci patronum. Pro eodem D. Marcello auctore meo Genitore.*  
Arg. Alleg. 78. fol. 230.
- De Aerario negligente in exigendo, quod teneatur Baroni de proprio. Pro D. Barone Latronici.*  
Arg. Alleg. 79. fol. 231.
- De donatione dotium facta per uxorem viro. Pro D. Barone Latronici.*  
Arg. Alleg. 80. fol. 232.
- An valeat pactum, quod venditor non teneatur de euitione, nec ad pretij restitutionem. Pro D. Barone Latronici.*  
Arg. Alleg. 81. fol. 238.
- Adoba solutio an spectet ad dominum, vel ad emptorem cum pacto de retrouendendo cum assensu, & an subfeudatarij teneantur ad solutionem adoba. Pro Illust. Comite Sancta Seuerina contra Ill. Marchionem Lauri.*  
Arg. Alleg. 82. fol. 240.
- Tractat de eadem re, prout in precedenti alleg. 81. Pro eodem Comite Sancta Seuerina.*  
Arg. Alleg. 83. fol. 242.
- De torto, & confesso, legitimis indicijs non precedentibus, & an exculpatio socij criminis in patibulo furcarum iuuet. Pro Io. Antonio de Luca.*  
Arg. Alleg. 84. fol. 246.
- Fiscus quando succedat ut haeres, & sit adstrictus creditoribus.*  
Arg. Alleg. 85. fol. 247.
- In causa feudi quaternati. Pro Ill. Principe Sulmonis.*  
Arg. Alleg. 86. fol. 249.
- In materia diuisionis inter fratres. Pro Magnif. Francisco Arcella.*  
Arg. Alleg. 87. fol. 252.
- In materia attentatorum, lite pendente. Pro Magnifica Vniuersitate Terra Ebuli.*  
Arg. Alleg. 88. fol. 254.
- In materia legitimisationis filij naturalis. Pro legitimisatione cuiusdam Thomacelli.*  
Arg. Alleg. 89. fol. 256.
- De bonis Ecclesiae concessis in emphyteusim, si possint per Ecclesiam reuocari.*  
Pro Laura Beneincasa.  
Arg. Alleg. 90. fol. 258.
- In causa remedij Capitulum Regni aduersus Monachos. Pro venerab. Monasterio S. Laurentij de Padula.*  
Arg. Alleg. 91. fol. 262.
- Solutio extenuat tertias, seu vsuras, & si quid superest, exenuat sortem principalem, & alia, in materia compensationis, & pacti de retrouendendo. Pro Illustrissimo Duce Nuceria, & D. Io. Vincentio de Loffredo.*  
Arg. Alleg. 92. fol. 264.
- Compensatio admittitur de spec. e ad quantitatem, quando species est estimata, & fit ipso iure, & alia in materia pacti de retrouendendo. Pro Illustriss. Duce Nuceria, & D. Io. Vincentio de Loffredo. in eadem causa ut supra.*  
Arg. Alleg. 93. fol. 265.
- Quaritur an Thesaurarius Regni teneatur de facto suorum ministrorum, vel per ipsorum exhibitionem liberetur. Pro D. Thesaurario.*  
Arg. Alleg. 94. fol. 271.
- Creditor consentiens venditioni perdit hypothecam, & plura in materia. Pro Magnif. Io. Hieronimo Lambertino.*  
Arg. Alleg. 95. fol. 274.
- Creditor si fuerit in mora recipiendi, cuius periculo cedat deterioratio. Pro Illustriss. Principe Venusi.*  
Arg. Alleg. 96. fol. 276.
- Heredi an liceat vendere bona hereditaria sine voluntate legatariorum. Pro D. Marco Antonio Caracciolo.*  
Arg. Alleg. 97. fol. 278.
- Tractat de salario Aduocatorum, & de pacto quota litis. Pro Doctore Io. Angelo Pisanello.*  
Arg. Alleg. 98. fol. 280.
- In Feudis in hoc Regno praeseruntur descendentes masculini sexus in successione, & rebellio vnus non nocet descendentes in feudo antiquo ex pacto, & proidentia. Pro D. Casare Zurulo.*  
Arg. Alleg. 99. fol. 282.
- Vassalli non tenentur ad seruitia personalia Baroni, vel ad operas, nisi sint vassalli ligij, seu angarij, idq; constat ex priui-*

# ARGVMENTA ALLEGATIONVM

*priuilegio, & possessione, per totam.*  
*Pro Casale Sancti Marcellini contra*  
*Baronem.*

Arg. Alleg. 100. fol. 286.

*Fatalia currunt in S.C. quibus lapsis, decla-*  
*ratur deserta reclamatio. Pro D. Io. Ba-*  
*ptista Brancia.*

Arg. Alleg. 101. fol. 291.

*Interusurium dotis, & antefati mulieris,*  
*quando non debeatur ab heredibus viri.*  
*Pro heredibus quon. Magnif. Alexandri*  
*Caualerij.*

Arg. Alleg. 102. fol. 295.

*Tractat de eadem re, ut supra. Pro dictis*  
*heredibus quon. Alexandri Caualerij.*

